6
9 . f

C . 47 . g

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO E[MANUELE]
6
8 A
26

6 - 9 - F - 40
~~6 - 13 - c - 59~~

S. maria de Scala

# PALÆSTRA
## Eloquentiæ Ligatæ
# DRAMATICA.

*Pars III. & ultima,*

QUÆ COMPLECTITUR

Poeſin { Comicam, Tragicam, Comico-Tragicam.

*Præceptis & hiſtoriis rarioribus, cum Exemplis ſingulorum Pœmatum illuſtrata,*

Et Auctario Elegantiarum Plauti.

. NOVA EDITIO

*Priori longè correctior.*

AUTORE

R.P. IACOBO MASENIO

è Societate JESU.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

---

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Hermannum Demen.
Anno M.DC.LXXXIII.
Cum Privilegio Superiorum.

# FACULTAS R. P. PROvincialis Societatis IESU.

EGo Hieronymus Warmoldi Societatis Ieſu per Provinciam Rheni Inferioris Præpoſitus Provincialis, poteſtate mihi facta ab Adm. R.P.N. GOSVVINO NICKEL Soc. Ieſu Præpoſito Generali facultatem do IOANNI BUSÆO juxta Cæſareum privilegium eidem Societati conceſſum typis excudendi librum, cui Titulus Paleſtra Eloquentiæ Ligatæ Dramatica, compoſitum à P. IACOBO MASENIO ejuſdem Soc. Sacerdote, & per deputatos ad id approbatum. In cujus rei fidem haſce manu mea, & conſueto officii ſigillo munitas dedi. Coloniæ Agrippinæ. Idib. Martii Anno 1657.

Hieronymus Warmoldi.

ILLU-

# ILLVSTRI
ET
# GENOROSO
DOMINO,
# D. VVERNERO
Libero Baroni
ab Harff.

SERENISSIMI PRINCIPIS NEOB.
Conſiliario, Satrapæ in Geilenkirchen, &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DOMINO SUO MAXIME OBSERVANDO.

PAtere, Illuſtris Domine, tuis illa exhibeam oculis, quæ aliorum quondam auribus in theatro propoſui; pleraque enim ejuſmodi ſunt, quæ in ſcena luſimus, quibuſque vanitati orbis illuſimus, imitatores quandoq; vitiorum, ut ſuaderemus virtutem. La

ſonum exemplo,qui ut temperantiam, atque inprimis moderationem à vino juventuti cō mendarent, é ſervorum grege ebrios,ad turpe ſpectaculum in torum productos,filiorum ſuorum probris ac ludificationibus objiciebant,ut quod exſibilarent atq; averſarentur in aliis,ipſi deinde ne perpetrarent. Hæc in manibus ſinuque Illuſtris D. T.patrocinium favoremque Mecœnatis optimi repertura credidi,ſive illum æſtimarem animum, quo non tantùm proſequeris, ſed etiam aſſequeris liberalem hanc artium diſciplinam: ſive illud humaniſſimæ benevolentiſſimæque voluntatis ſtudium,quo Societatem JESU univerſam,ejuſque labores complecteris,ſive illum etiam humaniorum artium diſciplinarumque capacem animum,quo & olim inter eoſdem mecum ſcholarum parietes,non ignavo rudique labore verſatus, nobilitatem tuam pulcherrimè hiſce ſtudiis exornaſti, & quâ eras ingenii facilitate, oſtendiſti, pleraq; in his & potuiſſe te aſſequi cum velles,& voluiſſe cum poſſes. Indignum genere tuo exiſtimaſti illam quem ſors naſcendo dignitatē contulit,ignorantis animi vilitate deprimere, cum illa quæ mentē æternam excolunt ſcientiarum decora, his quæ corpus mortale ambiunt ornamenta, multis jure nominibus ſint præferenda. Sanè Alphonſus illud Arragonum decus atque optimorum imago Principum, ubi quendam Hiſpaniæ Regem(literis ſuo indigum nomine,quas ſemper eſt aſpernatus) dixiſſet inaudiſſet, Virum Principem non decere literas: exclamavit, *bovis hanc vocem eſſe,non hominis,* cui illud fortiſſimi, doctiſſimique Imperatoris Cæſaris de Junio

Syllano

Syllano pronepote Auguſti pronuntiatum aſſine eſt, quo eum *pecudem eſſe auream* dictitabat. Tantum Carolus quartus, & ejuſdem nominis quintus, Romani decora & columnæ Imperii, liberalibus hiſce diſciplinis deferebant; ut is quidem pertinaciſſimè ſcholis Pragenſibus, inter velitationes haſce literarias, Caroli magni, ſummi eruditionis patroni, exemplo, adhæreſceret; hic Palladem non inermem minus, quàm armatam veneraretur, doleretque (ubi in Latio Oratorem Romanum ex Cathedra minus promptè eſſet aſſecutus) Adriani optimi inſtructoris monitis, ſe non fuiſſe olim, ad has artes ex ungue capeſſendas, obſecutum. Nulla ætas, religio, reſpublica unquam diu conſtanterque floruit, aſpernatrix doctorum literarumque contemtrix. Plerique eruditionis adverſarii exciderunt poſteritatis recordatione, ignorati, quia ignorantes, neque nomen in libris meriti, quos faſtidirent. Te verò Illuſtris D. æquum eſt tantò magis in literis vivere, quantò glorioſius in Te fuit librorum, quàm liberorum curam ſuſcipere.

Porrò, quòd huic ſcientiarum auro ſuas etiam noveris gemmas inſerere, & juxta eaſdem vivere diſciplinas, quas didiciſti, artiū diſciplinarumq; capita, & mente complecti. & manibus exequi: ſcire non minus æquitatis leges, quàm tueri; hoc demum eſt quod literis in viro illuſtri gratiam cōciliet, rurſumq laudē reponat à literis, idcircò natis, ut & poſſeſſorem ſuum excolerent, & ab eodem excolerentur. Iā illa quæ in Te eminet grata morū facilitas, animique

miqueminimè elati demiſſio,quâ cuique etiam inferiori te parem facis, hoc Te facit excelſiorem cæteris,quò magis reddit æqualem ut de ſingulari iſta temperantis vitæ diſciplina taceam,quà TeTuamq; familiam ſapienter ſancteq; adminiſtras: nihil immoderatum in luxu, nihil avarum in lucro, nihil diſſolutum in moribus pateris, ut domus tua modeſtiæ quædam ſcola videatur. Qualem cùm Illuſtrem D.T. à primis adoleſcentiæ annis noverim, iiſdemque cum illa Rhetorices Sapientiæque præceptis imbutus, horum nunc ſtudiorum Patronum ac Mœcenatem adire conſtitui, atque haſce meas in Dramatica Palæſtra exercitationes deferre,ut & affectum illius erga me priſtinum experirer, & teſtarer meum.

Magnorum ſemper optimorumque Procerum fuit, eas fovere diſciplinas, quæ in omnem vitæ ac Reip. communis ſtatum conditionemque alimentum transfunderent, & ex quarum ſemente tam uberrima pietatis in religione, quàm æquitatis in politia meſſis ſubnaſcitur.

Qui Illuſtrum T. D.novit, hoc ingenio atq; hac facultate natam eſſe nō ignorabit,ut præſtantiſſima quæque artium virtutumq; decora atque incrementa promoveat,illamque in ſe formet, quam in aliis amplectitur Sapientiæ imaginem. Quo nomine cum me Societatemque noſtram dignam habeas, cui amorem tuum favoremque impendas; durus ſit atque inhumanus, quiſquis ex ea rurſum Te Tuumq; genium non colat,obſervetque. Equidem illis

illis rationibus impulſus Paleſtram hanc, quæ cùm hiſtoriarum, tum Dramatum non injucundam imaginem exhibet, illuſtri T D. offerre volui, ut graviores quandoque curas literario hocce otio poſſis oblectare. Accipe, & cum vita ac ſalute diuturna fruere.

Duſſeldorpii An. M.DC.LVII
Menſe Mart.

*I.T.D. Servus in Chriſto.*

Jacobus Maſenius.

## LIBER I.

# POESIS DRAMATICÆ SEV TRAGICOCOMICÆ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

## De MATERIA AC FORMA DRAMATUM.

## CAPUT I.

*De Natura, ac diſtinctione Dramatum ab aliis Poematis.*

§.I. DRamaticam Poeſin, poſt Epicam cenſet Ariſtoteles nobiliſſimam, neq; in paucis cum eadem communicare oſtendit de arte Poetica c.23.& 24. Ut quòd utraq; unam aliquam hominis actionem, non plùres, aut unius temporis res geſtas imitatione effingat, quod eaſdem ambæ, modulatione atq; apparatu dempto, admittant partes περιπετείας etiam, ac rerum affectuumq; perturbationes: adeoq; Illiadem, ac Odyſſeam in Tragœdias permutari poſſe. Quarum illa quidem ſimplex ſoliſq; affectionibus anxia; hæc rebus etiam implexa,& periperiis futura ſit obnoxia. Diſcrimen autem eorundem inter ſe poematum, cum hic c.24. tũ ſub libri initium tradidit. Nam ut c.1. inquit: *Omnes* (poeſes) *univerſim ſunt imitationes: differunt autem inter ſe tribus: aut quod rebus genere diverſis imitatur, aut quod diverſa, aut quod modo diverſo.* Et primò quidem *rebus genere di-*

*verſis*, id eſt ut idem deinde exponit, *Oratione metrica* ſcilic. *harmonia*, ſeu muſico concentu melicorũ: *rythmo*. ſeu choreis & ſaltu mimorũ. Quibus illi in pulpito, hi in orcheſtra inferiori pulpiti loco imitabantur Poetæ orationem in proſcenio recitatam. In quibus omnibus apertum eſt Epicam à Dramatica diſtingui. In altero, *quod ad rerum diverſitatem* ſpectat, Epica nihil à Tragica diſtat, cùm utraque illuſtrium perſonarum actiones exprimat. Niſi quòd Epica indefinitùm complectatur tempus, & non triſtes modò, ſed & lætos rerum eventus: à Comœdia vero, humilium perſonarum imitatrice, diſſidet, heroumque imago tantùm eſt, Quamvis in Eclogis viles etiam perſonas non reſpuat. Poſtremum *modo* differt: nam cum omnis tractandi ratio in poeſi; vel *exegetica* ſit ſeu expoſitiva & narrativa, ut fit in Epiſtolis, Lyricis, Aſtronomicis & Moralibus, in quibus ſolus ferè Poeta loquitur; vel *Dramatica*, ſeu actionum verborumque repræſentativa; ut in Comicis, Tragiciſque, in quibus aliæ tantùm perſonæ loquuntur; vel denique *mixta*, utriuſque modi attemperatione: ut fit in Epicis, & quandoque etiam in Lyricis; nunc Poeta, nunc aliis perſonis interloquentibus: pronum rurſus cuilibet fuerit has Poeſes diſtinguere.

§ 2. Quare Drama ἀπὸ τοῦ δρᾶν, hoc eſt, agere dictum eſt: quod aliorum mores actione imitetur ac repræſentet. De quo Poematis genere certiſſima atque ab Ariſtotele. Horatio aliiſque recentioribus recepta Lex ac regula eſt: Hoc Poema ad delectationem ſimul ac pravorum affectuum purgationem (ut Ariſtoteles loquitur) inſtituendum eſſe. Quam abſque virtutum exercitio nemo Philoſophus in homine collocat: Nimirum ut à Poeſi non excludatur; hunc communem poematum finem aſſequatur neceſſe eſt, quo *miſceat utile dulci*.* Hunc ſcopum, quis olim Græcos Latinoſque præſertim Comicos ſatis attigiſſe ſentiat? quid enim hi aliud ferè præter adulteria, inceſtus, ſtupra? Unum tantæ etiamnum famæ expende Terentium, quid hic ſine Lenonibus ac Meretriculis in ſcena egit? quos ſi deniq; nuptiis

ptiis colligavit, quo illud emolumento ad virtutem factum eſt, cum ſocietatem hominibus à natura perſuaſam, neque beſtiis ignotam proponeret neq; aliam ad hanc rem viam niſi per vitia aperiret? Videant igitur atque erubeſcant Chriſtiani Poetæ, illorum hoc etiam ævo vanitatem. qui ex horum nobis authorum exemplaribus Comœdiæ Tragœdiæque leges ita condunt, ut aliquando deflectere nefas exiſtiment, majori neſcio ſcientiæ quam fruſtra profitentur, an virtutis profligatæ notâ?

Attamen invenias, qui ex hac etiam Poeſi morum purgationem, id eſt, ex *pumice oleum* eiicere conantur. Quos aliâ, quàm Orthodoxorum ſententiâ, hos libros, niſi truncatos purgatoſque, ſcholis excludentium, damnare opus non fuerit. Et, ut admiſerint, nulla ratio ex propoſita meretricum levitate, licet ad moderationem denique inflexa, in ſpectatoribus ſenſum virtutis eliciet. *Hoc* enim vitium non perinde, ut cetera, odium, ſed favorem plerorumque, niſi robuſtæ continentiæ fuerint, conciliabit. Quam licet flagitii hujus ſubtilitatem, aut non agnoverint, aut veriùs non æſtimaverint ſuo pondere Ethnici. neque ideirco fortaſſis hic ab Ariſtotele error reprehenſus ſit; tamen Chriſtianos ſaniora perſuaſos latere non poterit. Certè Romani (ut Græcos levitati faventes prætereamus) ejuſmodi fabularum actores inter profligatæ famæ homines habuêre. Ut mirum ſit, unum Roſcium Comœdum Ciceronis patrocinium obtinere potuiſſe. Quanquam pro Quinctio, dignum neget, qui eo accedat. Quocirca horum exemplo Drama illi formandum non erit, qui Poetæ abſoluti officio fungi voluerit. Illud verò univerſim ex dictis conſtituendum eſt. *Omnem Poeſin actionum humanarum dramaticè. oratione metrica, cum delectatione & affectuum moderatione repræſentativam*, illam eſſe, de quâ modò agimus.

## CAPUT II.

### *De Dramatis in ſuas ſpecies diviſione, earumque definitione ac materia.*

§. I. DRamatum apud Græcos quatuor repertæ ſunt ſpecies, *Tragica*, quæ illuſtrium perſonarum mores, *Comica* quæ vulgarium exprimeret. Illi apud Romanos Prætextata ſeu Trabeata; huic Togata reſpondebat; quod in illa quidem prætexta trabeave (quæ Procerum erant) in hac, toga (quæ vulgi) uterentur. Addiderant his Græci Satyricam, & Mimicam (quibus Romani pares habuerunt Attellanam & Planipediam) quarum utraque magna libertate ac petulantia hominum mores perſtringebat. Illa quidem in Græcorum Tragœdia primùm acerbâ laſcivaque dictione, ſine cothurno; hæc in Comœdia, ridicula geſticulatione, ſine ſoccis, vicem chori functa eſt. Sed ambæ demum ob inſolentiam eliminatæ ſui juris eſſe cœpere, atque à Lucilio Satyra quidem hexametro conſcribi, à Plauto Mimica ad juſtæ Comœdiæ ſpeciem transferri, quæ abſque ſoccis tranſigeretur, unde & à pedum planitie nomen Plautum traxiſſe autumant. Quare cùm Satyra degeneraverit, dejectaque theatro ſit; cum Mimica Comœdiæ addita; nihil præter hanc atque alteram ſpeciem, quæ Tragœdia eſt, Dramatis titulo cenſebitur. Bucolica enim, licet Dramatica quædam imitatrix ſit agreſtium: tamen hoc illi perpetuum non eſt; cum, & Poetam loquentem admittat ſæpius, & ſcenâ ſemper excludatur. Hæc, quæ ex vulgata ſententia diſſerui limitanda ſunt, cum mixtum ſcribendi argumentum, tam in Hilarodis ſeu Hilarocomœdiis (quæ Rhintonica ab authore dicta ſunt) apud Græcos; quàm in Tabernariis apud Latinos, in quibus hominibus excellentibus humiles permixti erant ut apud Pompon. Feſtus ait, locum invenerit. De quibus infra magis diſertè agemus.

§ II. De

## § II *De Tragœdia.*

Tragœdia quaſi τράγυ ᾠδὴ plurium ſententia dicitur, quod hirco in præmium Victori propoſito, per eam certarent, ſiquidem rectè Horatius

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Definitur ab Ariſtotele hoc ſenſu. *Eſt imitatio actionis illuſtris ac abſolutæ: metro, harmonia ac ſaltu conſtans, non enarrando, ſed Dramaticè per miſericordiam & metum inducens ſimilium perturbationum purgationem.* Ex hac pleraque ad Tragœdiæ conſtructiônem poſtulata facile intelliges. Nam primo actionem, (quæ ejus eſt materia) requirit illuſtrem, id eſt, perſonæ illuſtris atque in omnium æſtimatione poſitæ, cujus improviſa infelicitas hominum animos percellat, quod humilium caſus non faciunt. Ficta etiam, ut monet Philoſophus argumenta, ac nomina illuſtrium minus præſtant: niſi fortè parabolicè adhibeantur, qualis illa eſt Regis Evangelici fabula ad perfidos vinitores filium deſtinantis, quæ ob Chriſti repræſentatam necem pondere ſuo non caret, & illa regii filii apud Div. Bernardum pro ſervo mortem ſubeuntis, quam in Androphilo expreſſimus.

Tragicæ igitur *perſonæ* ab Imperatoribus ad Comites uſque, Epiſcopos Belli Duces, ac Reipubl. præſides cenſeri poſſunt. Illuſtrem hanc perſonam neque vitiis Ariſtoteles vult excellere; quòd his indignationem ac favorem pœnæ magis quàm commiſerationem meritura ſit; neque eminere virtute, eâ potiſſimum, quæ infelicitatem omnem æquo animo excipiat, quod ea horrorem alteri conciliare nequeant, quæ impavidè ſuſcipiuntur, in autorem vero ſuppliciorum iram concitent. Quam ejus opinionem nonnihil moderandam cenſeo: nam ut verum ſit, lamentantem fortunam ſuam majorem ciêre terrorem: tamen vir fortis, indignus ſuppliciorum (quæ graviſſima fuerunt Martyrum) non territus etiam terrebit ſpectantes atrocitate pœnæ propoſitâ: imò incuſſum metum, conſtantiâ ſimul viri inſpectâ, optimè purgabit; ne in ſimili caſu terrore nimio deflectamus. Quò deinde quiſque ſupplicio

magis indignus virtute ſuâ eſt factus, eò ad commiſeratio-nem promerendam magis eſt opportunus. Neque enim propterea Herculem Oetæum excluſit Seneca, aut quiſquis tandem autor, quòd forti animo pyram conſcenderit.

Quare tantum fœdè peccantem, qualis Ægyſthus ac Oreſtes Tragœdia minus amat; potiuſque error eſſe debet, aut delictum leve, aut cum ignorantia, vel excuſatione conjunctum, propter quod perſona tragica infelicitatem incurrat, quale in Mauritio Imperatore eſt, ſpecie religionis defendendæ Monachos ad bellum cogentis; nec redimentis captivos milites ignaviæ corrigendæ gratiâ. Melior tamen hoc errore ille etiam habetur, qui ab invito; optimus qui ab ignorante committitur; qualis in Oedipo, & Anthropo noſtro Androphilum ad mortem rapientis. Porrò hic error in Dramate non ſemper committitur; ſed vel præſupponitur: ut in Clytemneſtra apud Sophoclem ab Oreſte occiſa, quòd Agamemnonem ſuſtuliſſet: aut (ne ſceleratæ exemplo utamur) ut in Ioſepho vendito ſomnia, quibus ſe reliquis prætulerat. Vel etiam falsò error imputatur, ut Hippolyto Phœdræ violatæ ſcelus: Ioſepho Dominæ: qui commiſerationi perquam idoneus eſt. Non tamen hos reprehenderim, qui ex illis ſceleribus, quæ ſine noxa pudoris aliave offenſione ſpectari poſſunt, errorem & converſionem rerum, cum juſta ſcelerum pœna conjunctam, inducunt. Licet enim affectum miſerationis imminuant, augent tamen ſimilium noxarum horrorem & metum, adeoque ad purgationem malorum affectuum, virtutiſque ſtudium plus momenti adferunt.

2. *Abſoluta eſſe debet* id eſt ſuis conſtare partibus ad juſtam magnitudinem pertinentibus, de quibus infrà.

3. *Metro conſtare & Dramatico* quidem, hoc eſt, actionem idoneis numeris exprimente. Unde vel exegeticè, per nuntios multa exponere, vel metro graviori, ut heroico; aut leniori ut ſapphico, parum erit conveniens.

4. *Harmonia & ſaltu exornari*, quæ tamen ad Choragos magis, quàm Poetas ſpectant: neque ſi vulgatâ hoc ſeculo levitate adhibeantur, ornamento erunt; ſed ad terrores & com-

commiſerationis affectiones inflammandas introducenda erunt, geſtibus totiuſque corporis habitu apposite conformatis. Quod ſi locus deſit, omittenda ſunt. Ariſtoteles enim ea ad abſolutiſſimam tantùm Tragœdiam requirit.

5. Finis Tragœdiæ eſt, ut *miſericordiam & metum* in ſpectatore ad mediocritatem expurget. Non enim, ut nonnulli male cum Platonicis contra Ariſtotelem hic urgent, ad miſericordiæ terroriſque objecta ſæpius propoſita, accreſcent hæ perturbationes, niſi immoderatè circa ea verſemur: ſed potiùs vitiorum ac pœnarum metu, miſerendique afflictorum conſuetudine affectiones inordinata, tanquam virtutum remedio, ſanabuntur.

Verùm in hac definitione, cuivis tragico argumento applicanda, multorum ſe torquent ingenia. Cum enim non obſcurè Ariſtoteles diverſis in locis Tragœdiæ non tantùm infelicem, ſed & felicem concedat exitum: imò illam, quæ ab infelicitate ad felicitatem inclinatio eſt, optimam cenſeat: ut c.15. Plerique autores, in quibus Heinſius & Alexander Donatus utrumque eventum Tragœdiæ familiarem arbitrantur. Hi tamen quomodo Ariſtotelicam definitionem admittant. ut ſanè faciunt, nondum intelligo. Siquidem manifeſtum eſt illum, qui ab infelicitate ad inſperatam felicitatem emergit, non miſericordiam ac metùm, affectus Tragœdiæ proprios: ſed ſpem ac gaudium Comœdiæ familiares motus, in ſpectatoribus concitare. Neque hunc ſcopulum evaſeris, ſi cum *Donato* aſſeras: per ſpem ac gaudium ſuperiores motus nonnihil mitigari. non enim mitigantur ſolùm, ſed prorſus, uti felicitas infelicitatem; ſic ſpes metum, gaudium miſerationem evertit.

Et verò ſi tantum inflecterentur, hoc ipſo ſua periret Tragœdiæ dignitas; quæ affectiones illas quantò excellentiùs concitat, tantò cenſetur nobilior. Unde ut hunc ſcopulum devitaret Scaliger, neglecto Ariſtotele ita deſcribit Tragœdiam. *Eſt imitatio per actiones illuſtris fortunæ exitu infelici oratione gravi metrica*: addendum erat *dramatica*, ut ab Epico carmine diſtingueretur. Nec pauci Scaligero conſentiunt qui Tragœdiã acerbâ calamitate abſolvendã exiſtimant,

quod videl. ex fine tota ipſius conſtructio & natura potiſſimum pendeat Sed ad hunc nodum diſſolvendum Ariſtoteles ipſe, ni fallor ſufficit. Nam c.14. ſic inquit, *Oportet ergo fabulam bene conſtitutam potiùs ſimplicem, quam duplicem eſſe, ut nonnulli dicunt, neque infelicitatem ex infelicitate, ſed contra infelicitatem ex felicitate mutari.* per duplicem fabulam intelligit illam, in qua plures ſimul graves perſonæ quarum aliquæ felicitatem, aliæ infelicitatem, in fine ſortiuntur, ſicut Odyſſea eſt, quæ contrarium probis improbiſque dat exitum: Et Electra Sophoclis, quam Electra & Oreſtes ſumma felicitate, Clytemneſtra & Ægyſthus infelicitate ſuâ concludunt pro ſimplici contrà illam habet, quæ unius ſortis metamorphoſin complectitur. Quid verò in hanc ſententiam diſertè magis loqui potuiſſet? qua duas res magni in Tragœdia momenti comprehendit: cum & ſimplicem duplici, & infelicem exitum felici prætulit. Quod ultimum deinde magis etiam confirmat, hac concluſione. *Quamobrem & illi qui Euripidem accuſant, quod hoc in Tragœdiis ſequatur, multaq; illius exitum infelicem ſortiantur, eadem peccant ratione, hoc enim ut jam diximus eſt rectum.* Proinde aliis in locis nihil hiſce adverſatur Ariſtoteles, & quidem cap.15. quo Donatus pro ſe utitur, non hanc ad felicitatem inclinationem; ſed *agnitionem* facinoris nunquam explendi (poſtquam illud tamen animo deſtinatum eſt, *ut ſit in Iphigenia Euripidis*) optimam aſſerit, præ illa, quæ vel facinus patrandum antecedit, *ut ſit in Medea Senecæ* vel patratum ſequitur, *ut ſit in Oedipo Sophoclis*: atque illam quæ in *Medea* eſt agnitionem ceteris poſtponit.

Quare hic non concludit, quænam agnitionum puræ Tragœdiæ ſit convenientiſſima; Ita enim hanc ultimam ſtatuiſſet, quæ in Oedipo reperitur, ac cum infelicitate conjuncta, inter omnes potentiſſima ad commiſerationem ciendam. Quis enim eâ non tangatur, cum ignorantem in extremam, quam vitabat, calamitatem prolapſum videat? At de omni tractat agnitionum ſpecie, quæ fabulæ competeret inter quas ea maximè eminet, quæ mutationem ad felicitatem præſtat (ut infrà videbitur) licet finem Tragœdiæ, ab Ariſtotele deſcriptæ, id eſt metuendi miſerendi-

rendique affectiones evertat. Pari ratione cùm perſpicaciſſimus ille Magiſter fabulam, aut felicitate, aut infelicitate, aut utraque ſimul terminari poſſe aſſerit, non puræ hos omnes Tragœdiæ fines, ſed alicui apud ſcriptores uſitatæ concedit. Sibi verò propoſitum fuiſſe aſſerit, ut quæ in ratione Tragœdiæ abs ſe definitæ eſſet perfectiſſima concluderet; quam ex iis conſtare rebus paſſim oſtendit, quæ cum terrore ac commiſeratione maximè ſunt conjunctæ.

Quantum igitur ab his affectionibus ad oppoſitas ſpei gaudiique affectiones deflectitur, tantum à Tragœdia ad Comœdiam abitur: adeoque non pauci veterum Dramata quædam Tragœdiæ titulo vulgarunt, quæ *Tragicocomedia* aut *Comicotragœdia* propriè cenſeri debeant, non errore quidem damnando, quòd à potiore earum parte appellatio duceretur: ſed non levi tamen eorum confuſione, qui de alterutra ſpecie leges ac præcepta conderent; quòd ignorarent, quibus potiſſimum terminis finiendæ eſſent, quæ illarum natura, ac indoles. Itaque ut hanc perturbationem evitemus, tantum ad nomen Tragœdiæ illam admittemus, quæ ab Ariſtotele eſt definita, atque ab eo perfectiſſima dicitur, in ratione ſcilicet Tragœdiæ, quia impermixta & pura eſt ab affectibus Comœdiæ, terrori ac commiſerationi adverſantibus, quæ verò permixtos habent affectus utriuſque, his imitatione Plauti in Amphitruone etiam permiſcebimus vocabula. Hoc autem cùm triplici ratione fieri poſſit, vel, *ut infelicitati in eadem perſona ſuccedat felicitas*: vel *contra felicitati infelicitas*. (ſi tamen perſona vel actio planè illuſtris non ſit; ita enim ad Tragœdiam puram referetur) vel denique *in diverſis perſonis protagoniſtis, alteri ultimo felicitas, alteri obveniat infelicitas*; primo tantùm exitu finitum Drama nomine *Tragicocomedia* accipiemus: poſtrema duo *Comicotragœdias* inſcribemus, quod Tragicè potiſſimùm concludant, majorque doloris quàm gaudii plerumque ſit impetus, quin etiam Tragœdia Comœdiam dignitate excellat.

## §. III. *De Comœdia.*

Comœdia, παρὰ τὰς κώμας καὶ ᾠδὴν, quaſi Κωμῳδία à pleriſque deducitur, quod per pagos ab agricolis primum (ut volunt, Megarenſibus) ad urbanorum vitia carpenda exercita ſit

Deſcribitur appoſitè ad Tragœdiam. *Eſt imitatio actionis ridicula & abſoluta metro familiari conſtans Dramaticè per ſpem ac gaudium inducens ſimilium affectionum purgationem.*

1. Dicitur actionis ridiculæ: quæ ſcilicet à gravibus perſonis ac tragicis aliena vilioribus competat, atque ad riſum excitandum idonea ſit, uti certe ſcelera & lenonum ac meretricum conſuetudines eſſe nequeunt, cum vitium nullum riſu aut gaudio; ſed indignatione potiùs excipiendum videatur. quod apertè etiam Ariſtoteles de Comœdia cap. 5. tradit. videlicet *Eſſe illam pejorum hominum imitationem, non ſecundùm omne vitium ſed ſecundum ridiculum. quod ſit turpitudo quadam qua nec dolorē adferat nec corruptionem ſicut facies diſtorta ac turpis eſt ſine dolore.* quæ ſententia multas veterùm Comœdias jugulat. Illa igitur turpitudo probatur quæ ſine gravi eſt ſcelere. qualis in iis ferè reperitur rebus, quæ à communi ratione atque ordine deflectunt, ut in corpore diſtorta membra, oculi, naſus os, pedes, venter obeſus. ſtatura gigantæa aut pygmæa. Strabæ. rugoſæ edentulæ anus. phrenetici ac phantaſtici, in officiis ac munere ut Doctor aliorum inſanus, abſurdarum opinionum magiſtri, immoderati artium viriumque jactatores in quibus contrarium eminet. Denique in perſonis ſunt agreſtes, Agaſones, Paraſiti Eucliones, Thraſones, fures, ebrii, callidi, ſenes emuncti auro deluſi à juvenibus. Quin & habitus non parum leporis adfert. Sic Paraſiti naſo olim incurvo, pendulis incedebant auribus. Placebit demum quicquid raritate ſuâ riſum meretur, modò dolore careat, ſi pœna aut caſus ſit; & indignatione, ſi inter crimina cenſeatur: qualis ebrietas apud Germanos. Lepidè tamen aliquando ſcelus etiam plectitur, ut *Ruſticus* noſter, quod immoderatâ ſervitute preſſiſſet ſervum. viciſſim illi ſervire cogitur. Suſpenditur in *Telesbio* ipſe à fure Carnifex.

2. Deinde

2. Deinde *abſoluta* eſſe debet actio non minus, quàm tragica, id eſt plena, ac ſuis partibus perfecta.

3. Metrum ex Iambis Trocheiſque liberius multò, ac magis vulgo aptum requirit, neque cantum altumque, uti nec Chorum exigit, quod ad delectandum præ tragico ſit magis idoneum.

4. Affectus ſpei gaudiique præcipuos urget. Spem in anxia hominum fortuna eorumque induſtria ad meliorem enitendi gaudium verò in ejuſdem fortunæ ac boni inſperata conſecutione. Egimus autem hic de *nova* Comœdia, cujus Menandrum principem faciunt. *Vetere mediaque* ob Satyricam omnes carpendi licentiam, quam illa per choros, hæc per ſubſtitutas quaſdam parabaſes exercebat eliminatâ. *Novæ* tamen Comœdiæ, non una ubique eſt facies, aliæ enim turbarum expertes, ut *Aſinaria. Ciſtellaria. Trinummus. Pſeudorus. Hecyra.* aliæ motibus turbulentis obnoxiæ, ut *Amphitruo. Adelphi. Phormio. Heautontimorumenos*, quarum illæ propterea *ſtataria*, hæ *motoria* dicuntur. Mixtæ ex his, ut *Eunuchus & Andria media* appellantur.

## § IV. *De Tragicocomœdia.*

Tragicocomœdia *Eſt actionis & vel illuſtris tantùm, vel illuſtris ridiculaque permiſta convenienti metro imitatio, ab infelicitate & commiſeratione ad felicitatem ac gaudium terminata.* Quæ ex ſuperioribus facilè deduces ac percipies. Quod verò illuſtris tantum actionis imitatio in felicitate terminata ſufficiat ut deſinat eſſe tragica, adeoque ad Comœdiam deflectat, tum ex dictis patet, tum ex illo Ariſtotelis c. 24. ubi, cùm agit de voluptate quæ ex duplici felicitatis ſimul ac infelicitatis exitu hauritur, ſic addit, *Quæ voluptas tamen è Tragœdia non eſt petenda ſed Comœdiæ magis propria eſt ibi enim quamvis inimiciſſimi introducantur quales ſunt exempli gratia. Oreſtes & Ægyſthus, tandem poſita ſimultate & animis conjuncti egrediuntur.* Ecce graves perſonas & exitum felicem Comœdiæ magis, quam Tragœdiæ, ſenſu Ariſtotelis, idonea. Cùm tamen Comœdia illuſtrium perſonarum graves actiones non ferat: Drama ex utriſque

compoſitum erit,cujus actio tragica, finis ſit comicus: aliud,quàm Tragicocomœdiæ nomen mereri, non poterit, quamvis hoc apud Ariſtotelem non reperias. Hoc verò Dramatum genus,quod unius præſertim perſonæ illuſtris fortunam ab infelicitate magna ad inſperatam felicitatem traduci in ceteris mixtis gratia excellit, nihil enim perinde hominum animos terrore ac commiſeratione plenos penetrat,quàm extremæ calamitatis ſubita converſio, qualis illa eſt Benjamini, fratrumque, in carcerem mortemque propoſitam abſtractio, inexſpectatâ fratris agnitione, in ſummam felicitatem commutata. Exemplum in *Androphilo* dedimus.

## § V *De Comicotragœdia.*

Comicotragœdia *eſt actionis, vel tantum ridiculæ, vel illuſtris partim & ridiculæ, per appoſitum rebus metrum imitatio à felicitate & gaudio ad infelicitatem & dolorem, aut ad utramq; ſimul ab utraque oppoſita converſa*,quales illæ actiones ſint ex ſuperioribus non ignoratis. Neque deeſt ratio nam ſi per ridicula media ad finem infelicem quis tendat,aut ad infelicem unius eventum alterius felicem adjungat,non eſt dicenda juxta AriſtotelemTragœdia,minus verò etiam Comœdia abſolutè. Quocirca uti de natura utriuſq; ,ſic& nomine participabit,cum permiſtionem illam Odyſſeæ ſimilem c.14 Ariſtoteles non rejiciat. Hujus inter Dramata dignitas præſertim ubi duplici fine conſtabit infima eſt,licet imbecilliorum judicio,ut Ariſtoteles loquitur, præferatur.nam in diverſo diverſorum exitû anceps animus fluctuat, cui potiſſimum parti aut commiſerationem aut gaudium impendat,neque ſi uni faveat parum ab oppoſita parte affectio infringitur. Mediæ verò perſonæ fortuna, id eſt,quæ neque de trivio ſit,neque illuſtri nomine vulgata, ut ferè nebilium eſt Senatorum,Patriciorumque, parvum ad inflectendos animos momentum adfert, niſi ex ſimilitudine eorum,v.g. Senatorum qui de Senatore audiunt, favorem mereatur Qualem nos *Teleſbio* in Comicotragœdia conciliamus dum eum pro cujuslibet ſpectatoris ac hominis perſona inducimus. Unde cum tam potens non eſt,

ut

ut gaudii affectum evertat, ut fit in *Ruſtico* noſtro, ad Comœdiam ſpectabit. Si dolorem mereatur, ut inter æquales, ut in perſona ſimplici merebitur, Comicotragœdiæ accedet. Illuſtrem verò perſonam ridiculi mores minimè decent. Cùm tamen in vitam illius cadere poſſint, poterunt etiam in Dramaticam imitationem adeoque in certum finem moderandis affectibus dirigi, ac nomen ſortiri.

Cetera quæ in hac definitione ſunt, ex ſuperioribus ab eodem Philoſopho vim lucemque accipiunt. Hac vero univerſim ratione, quam ex Ariſtotelis principiis quidem, non tamen concluſione, doctrinam hauſimus, ſtabilire licet. Nam cùm Poeta non minùs omnem hominis vitam moreſque, ab honeſta utilique delectatione non alienos, imitari Dramaticè metrro, quàm penicillo adumbrare Pictor poſſit: ſolius puræ Tragœdiæ Comœdiæque cancellis includi non debet, neque indulgendum ut in Tragœdiam omnes gravium perſonarum actiones includat; quaſi verò hi nihil niſi lacrymis & cothurno dignum habeant: aut ſi riſu aliquando gaudioque idonea gerant, exultare, contra receptiſſimam opinionem, in Tragœdia liceat. Quod ſi tamen actionis omnis, ad affectiones honeſtè excitandas comparatæ, imitationem Dramaticam admittant ſub Tragœdiæ Comœdiæque titulis, jam ſola inter nos de nomine reliqua erit controverſia. Ceterùm non hæc contendo, quod omnia paſſim, quæ dolorem gaudiumque continent, in ſcenam admittenda cenſeam, ſed quas earum rerum conditiones requiram, ex proprietatibus Dramatum conſtabit.

## CAPUT III.

### *De Dramatis proprietatibus.*

QUanquam fabulæ proprietates ex deſcriptionibus ſuprà datis expoſitiſque pleræque habeantur, tamen

hic lucis majoris gratiâ ordine breviter ſunt exponendæ.

## §. I. *Drama ſi non verum, ſaltem ſit veriſimile.*

Fabulam Ariſtoteles Drama vocat, quod non, ut geſta eſt actio, exponit (id enim hiſtorici eſt) ſed ut geri potuit. Ubi tamen cavendum, ne res contrà quàm hiſtorici aut fama tradiderint, quàm ætas genus, ſexus, quàm denique natura & mores ferant, eveniſſe fingatur: ita enim *veriſimilis* eſſe fictio deſinet, (quæ eſt una fabulæ proprietas) quare ad hiſtoriam famamque addi poterit, etiam ſupra ætatem ſexumque audere, aut ſapere licebit, modo fingendo intra probabilitatis ſubſtiteris terminos. Siquidem ubi advertent commentitium eſſe, quod credendum proponitur, cum fide, magna affectuum pars concidet. Quis enim vehementi dolore ſtringatur, aut gaudio exultet, ubi ſe figmentum non veritatem intueri cognoverit? Quo ex capite merito arguuntur illi, qui Comœdiæ rem magis fictam quàm hiſtoricam convenire exiſtimant. Certè qui illud *de homine plebeio in Principem mutato* finxerit: quod hiſtoricâ fide acceptum iis tantùm circumſtantiis auximus, quibus geri poterat, magnum ad voluptatem momentum detraxerit. Non tamen iccirco fictas excluſerim, eas præſertim quæ parabolicæ ſunt. Itaque reſolvuntur, vel ab ipſo principio (uti in *Androphilo* per Scenas mutas fecimus), vel in exitu (quemadmodum in *Telesbio* factum) ut in re ſignificata earum veritas patefiat. Quòd fabulæ genus, uti plus ingenii artiſque continet; ſic ad motum facilè eſt præcipuum ceteriſque anteferendum, licet à veteribus ignoratum.

Porrò reſolutionem hanc in finem meliùs rejici exiſtimem, ſi res ab exordio hiſtoriæ fidem veriſimilitudine ſuâ mereatur: quod in *Telesbio* ſatis præſtatur. At ſi fictio appareat, ut in *Androphilo* ſervi amore mortem non recuſante, nulla ſub finem reſolutione opus. Cùm ſignificati veritas autoritatem ac motum, fabulæ jam dederit. Eadem etiam veritas defendit Fabulam, in qua vel perſonam virtutibus,

aut

aut rebus inanimitatis attribuimus, nominibus, Deorum in eorum locum ſubrogatis, fictione omnibus manifeſtâ, uti in *Bacchi Schola* exemplo tradidimus, Baccho ſcilicet in vini locum ſubrogato, quod nobis ad riſum captandum (ſecùs quam Ethnicis) non ad ſeria licet. Cùm Deos non ad fidem ſed ad ludibrium potius introducamus. Verùm infrequens hoc fabulæ genus eſt, nec niſi inter doctos facilè uſurpandum. Certè unus Plautus Inopiam ac Luxuriam, Ariſtophanes Ranas ac Nubes introduxit. In Tragicis vix exemplum dignitasque his perſonis reperitur.

## § II. *Drama ſit partibus ſibi convenientibus abſolutum.*

Altera fabulæ proprietas eſt, ut ſit *abſoluta*, id eſt, unà tota quæ ſuâ conſtet magnitudine partium omnium, inter ſe ad certum finem juſto ordine conſpirantium. Itaque ad hoc ut abſoluta ſit, requiritur integritas partium, ſeu, ut Ariſtoteles c.8. principium, medium, & finis, ne quo defectu neceſſarii ſibi membri corpus fabulæ deſtituatur. deinde ordo ac connexio inter ſe, ad finem certum: qui in Tragœdia eſt cõmiſeratio ac dolor, in Comœdia gaudium &c. denique juſta magnitudo requiritur: ne aut Myrmecidis formicam, aut turrim Babylonicam proponas, quorum illa ſuis membris ſatis videri nequeat, hæc omnibus vix poſſit, optima erit mediocritas per quàm fabulæ à proſperis ad infelicem eventum progreſſus ita oculis ſubjicitur, ut & conſequenter omnia fieri potuiſſe videantur, & animum ſubire, atque intellecta idoneis illum affectib. concitare poſſint.

Quare cenſent alii actionem, quæ proponitur talem eſſe oportere. quæ unius ſolis includi ambitu: alii quæ bidui ſpatio abſolvi potuerit, & ſi quid occurrat remotius ad actionis integritatem requiſitum, in prologo exponendum eſſe. Cavendum igitur ne aliquis Athenis viſus, haud multó poſt Romæ ſpectandus, objiciatur: aut qui modò adoleſcens, poſtea vir appareat. In quo ab Epopœia differt, quæ magis eſt loco ac tempore indefinita. Sed licet hæc ultima requiram, ne ſc. tanta temporum locorumq; intervalla, in unum tempus locumque imitatione transferantur: tamen illa de unius alteriusve diei præſcriptione, ut incerta eſt, (cum

(cum uti nox ad diem juncta, aut biduum admiſſum ſemel fuerit, cur triduum excludatur, non apparet) ſic etiam videtur inutilis; actio enim eſt, quam præcipuè imitatur, non tempus. Neque enim rerum affectuumque tam ſubitæ ubique inclinationes ac permutationes facilè adumbrantur, ſi ea temporis habenda ſit ratio. Unde dum hoc Ariſtoteles c. 5. monet, addit ὅτι μάλιϛα πειρᾶται, quantum fieri poterit: concediitque veteres eam obſervationem neglexiſſe, neque enim temporis gratiâ elegantes Dramatum perturbationes mutilandas aliquâ ſui parte cenſuerit. Sufficerit igitur, ſi partium in actione ſibi invicem ſuccedentium ſeries ita cohæreat, ut deformis nullibi hiatus pateat, qualis ille in prædictis exemplis eſt. Et apud Plauti Amphitruonem concipientis, nec multò poſt parientis Alcmenæ. Quod hæc talia ſint, quæ à ſe invicem temporibus diſcreta, jungi nequeant. Ceterùm imitationis magnitudo in theatro propoſita ſpectatorum potiùs ſenſu ac patientiâ, quàm Poëtæ arbitrio circumſcribenda eſt, quanquam duabus ut plurimum, aut tribus horis incluſa, tam explendo deſiderio, quàm ſatietati vitandæ opportuna videantur.

## §. III. *De implicatione Dramatum, & erroris, quo implicantur, agnitione.*

Accedunt his aliæ proprietates quæ non neceſſariò, neque omni fabulæ, ſed tantùm nobiliori competunt, ut ſunt *implexio*, *perturbatio*, ſeu *perpeſſio*, & *epiſodum*: Cùm enim omnis fabula, aut *ſimplex* ſit, in qua illud, quod in principio timetur, demum (nulla rerum mutatione intervenienté.) ſub finem evenit: aut *implexa*, in qua res fortunæque, alium principio exitum ſpectant diverſum ab eo, quem denique conſequuntur. Ut proinde huic ſemper *peripetia*, id eſt, rerum præter exſpectationem in contrarium inflexio, ſit conjuncta: ſæpe & *perturbatio*, ſi mutatio tragica: denique & *agnitio* erroris non infrequenter. Ex quibus invicem junctis perfectiſſima plerumque exurgit Dramatis conſtructio, qualis in Sophoclis reperitur Oedipo, qui oraculo de ince-

inceſtu parricidioque admittendo monitus, dum maximè illud vitabat, errore ſibi incognito incidit, cùm genere poſtea agnito, utrumque ſe commiſiſſe intelligit, atque iccirco perturbatione ingenti ſceleris abs ſe patrati pœnam exigit. Quamvis hanc ad leges rationis parum idoneam ſtatuat, eo nomine minus etiam in Tragœdia laudandus. Hujus igitur Tragœdiæ, ceterarumque dignitatem, ut qua in re potiſſimum conſiſtat, agnoſcas;

*Advertendum eſt*, errorem in Tragœdia præcedere agnitionem. nam ſi præcederet agnitio, impediret facinus quod Comœdiæ magis eſt proprium, vel ſi non impediret, nefarium eſſet; adeoque Dramati inconveniens. Si enim Oedipus agnoviſſet Lajum Patrem, antequam occideret, non commiſerationem, ſed indignationem ac pœnam omnem mereretur.

*Obſervandum & illud*, agnitionem, uti & ignorantiam, vel rei eſſe, quæ acta aut neglecta ſit, vel perſonæ ad eandem actionem concurrentis. Hæc illuſtrior & pleramque ad affectum magis idonea: eſtque vel ſimplex; ut cum Joſephus agnoſcit fratres non agnitus: vel mutua; qualis fuit cùm viciſſim agnoſceretur, quæ ultima plus ſanè affectionis habuit. Ceterum agnitio, per quam error ſolvitur, vel fit Poetæ operâ, ſignis ad ipſius arbitrium confictis: aut Diis etiam per machinam adductis, vel rei geſtæ, perſonæque adjunctis conſideratis, ac cognitis, idque aut notis adventitiis, ut monilibus, veſtibus &c. ſicut Ægeus Theſeum eſſe filium ex cultro didicit: aut perpetuis, ut cicatricibus, verrucis, idiomate; veluti Euryclea Ulyſſis pedes lotura eum ex cicatrice agnoſcit: aut denique ex ordine, nexuque earum, quæ in fabula geruntur, rerum ita exiſtit, ut nata potius, quàm quæſita videatur. Uti Senex qui Oedipum ad regnum Corinthiorum invitat, obluctanti maternum genus, ſimulque commiſſum facinus ignorans ipſe ignoranti aperit. Harum veró agnitionum, ut quæque poſterior ordine à nobis collocatur, ſic dignitate ut plurimùm eſt prior. Quanquam autem ad mutationem, tanquam cauſſa, non requiratur neceſſariò agnitio, imò nonnunquam abeſſe debeat, uti in *Ruſtico* noſtra imperante ac

ſuæ

ſuæ felicitatis originem neſciente, clarum eſt: tamen agnitio ſæpe totius mutationis ſola atque efficaciſſima eſt cauſa.ut in *Hercule* inferorum domitore,poſt conjugem liberoſque in furore occiſos, ſola facti agnitio ipſius gaudia ſummo dolore evertit. Quam tamen agnitionem illa in Oedipo ſuperat, qui agnoſcit illud ſe commiſiſſe facinus, quod maximè ex deſtinato fugiebat. Unde iſta apud Senecam act. 4. Scen. 3. *Dehiſce tellus,&c.* Plus etiam hæc perturbationis, licet religionis minùs habeat apud eundem, quàm illa Herculis: quia finitur Jocaſtæ morte, propalam ſibi,ob ſcelus vindicandum, illatâ, cùm Hercules denique ſcelere inſpecto Theſei, Patriſque victus precibus à ſui cæde temperet. Perturbationibus enim vulnera cædeſque in theatro magis ſunt idoneæ, ſi tamen (in quo illa Jocaſtæ pœna inter Chriſtianos deficit) ab impietate perferentis ſint alienæ. Errant ſanè qui hæc ab oculis ſpectatorum removenda ac nuntiorum expoſitioni paſſim committenda exiſtimant, quantum enim ad animorum motum pondus adferunt, quæ vix aliter à nuntio, quàm oratore de cathedra excipienda eſſent? Præterquam quod imitatio illa Dramatica futura non ſit, ſed exegetica,fabulæ parum idonea. Quod ſi adhibita nonnunquam eſt, Horatio etiam, præcipiente.

*Ne pueros coram populo Medea trucidet,&c.*

Seneca certè illo Horatii præcepto, ab illa cæde coram adornanda, non eſt retardatus. Conceſſerim tamen ea Horatio.quæ imitatione ad veriſimilitudinem exprimi vix poſſent (ut cædes nonnullæ v. g. dilacerationes) rectiùs per nuntium exponi: ne illa, quod ait, *Incredulus odiſſe* queat magis, quàm cetera, quorum tantùm imitatio proponitur. Et verò cur offenſionem hic metuimus à crudelitate inferentis, cùm & per nuntium eadem latere non debeat, & habitura plus commiſerationis ſit calamitas; quàm crudelitas offenſionis, ſeu utraque appareat, ſeu tantùm audiatur. Hæc in iſta, quàm meditamur brevitate hîc ſufficiant. *De Epiſodiis* enim ſive digreſſionibus, quæ ornatus tantùm gratiâ adhibentur. & abeſſe ſine fabulæ deſtructione poſſunt, eadem Dramatum, quæ aliorum Poematum ferè eſt

rè eſt ratio: breves verò inprimis hic, & natas de rebus eſſe convenit.

## CAPUT IV.

### *De materia, ſeu quantitatis partibus.*

§. I. DE qualitatis partibus infrà, nunc quantitatis cum Ariſtotele ſtatuimus *Prologum*, (ſeu, ut alii *Protaſin*) *Epiſodium* (quod alii duobus complectuntur vocabulis *Epitaſi* & *Cataſtaſi*) *Exodum* (ſive *Cataſtrophen*) *Chorum* & *Commun*.

1. *Prologus* eſt, in qua ſumma, ſeu potiùs fundamentum rei gerendæ proponitur, exitu Dramatis diſſimulato, quòd eum præter exſpectationem evenire conveniat. Hunc, ſi res (ſeu comica, ſeu tragica) ignota ſit, aut ſuperioris alicujus hiſtoriæ, ob connexionem, memoriam requirat extra fabulam eſſe convenit. Unde à veteribus *Latinis* ferè extra Comœdias, intra verò Tragœdias, admiſſus eſt. Quòd illa humilioribus ferè ignotiſque hæc illuſtribus, notisque actionibus delectetur. Argumentum autem, per nonnullos Veterum à prologo ſeparatum, nos eodem revocamus.

2. *Epiſodium* complectitur quicquid inter Chorum primum, ultimumque Actum ſeu Cataſtrophen interjacet, nomenque à digreſſionibus traxit, quibus inſerendis eſt opportunum. Et verò illud in Dramate eſt, quod in oratione confirmatio, complectens fortunæ vertentis initium, everſiones ac turbas rerum tanquam argumentorum quandam varietatem, & quot fortunæ actionumque inflexiones fuerint, tot actus continebit, unde velle cum quibuſdã tribus ſemper actibus definire Epiſodium, ſeu Epitaſin, quæ turbas generet actu uno: Cataſtaſin: quæ reș exitumque earum implicet, & ſuſpendat, duobus: adeoque quodlibet Drama quinque abſolvere actibus coactum eſt: cùm non debeant res geſtæ actuum numero; ſed hi potiùs illarum naturæ accommodari. Quod igitur Horatius de fabula ait, *Neve minor quinto. neu ſit productior actu*, optimum quidẽ, & communiſſimum, ſed niſi res ferat, non neceſſarium, ut infrà

infrà trademus. Ceterùm ad Epiſodia aptè copioſeque diducenda, ea tibi videnda erunt, quæ in hac *Palæſtra* p.1.l.1.c.12.14.& 15. fuſius expoſuimus.

3. *Exodus ſeu Cataſtrophe* eſt ultima poſt Choros pars, quæ eventum rei continet, tantò gratior, quo inexſpectato, magis concluditur exitu: majorem enim admirationem animique motum conciliant, quæ præter opinionem, quàm quæ eventu jam præconcepto terminantur. *Solutio* verò fabulæ ultima, quæ Cataſtrophen comitatur, potiùs ex re ipsâ, quàm Numinum intervenientium præſidio è machinis petenda eſt: niſi per abditum quid ac futurum, quod homines fugiat, nodus diſſolvendus ſit. Ubi rurſus eorum patet error, qui res vulgo notas in Tragœdiam adferendas exiſtimant, quales inter Ethnicos fuére de Hercule, inter Chriſtianos ſunt hiſtoriæ ex ſacra ſcriptura petitæ, ſuis eventibus ac ſolutione cognitæ: nam hæ, niſi illis quibus exhibentur moribus, gratiam mereantur, magnâ affectuum parte carebunt, plus ſemper voluptatis habituræ (quæ ex imitatione naſcitur) quàm metus, & commiſerationis (quæ ex inopinatis caſibus vehementiſſimè concitantur) quod probari in Tragœdia non poterit. Quare potiùs à noſtra memoria remotiores hiſtoriæ de illuſtrioribus, neque ignotis omnino perſonis, aut ſi ex ſacra ſcriptura libeat, res graviores ab ea tantùm obiter tractatæ, quæ liberiorem Poetæ fictionem eventuumque diſpoſitionem admittant, erunt producendæ.

4. *Chorus* Comœdia ob petulantiam, tum etiam carminis gravitatem exturbatus, in Tragœdia (expurgatus maledicentiâ, atque ad ſcelerum reprehenſionem, virtutum, ſobriæque vitæ laudem inſtructus) ſubſtitit; ut ejus ſeveritatem mitigaret. Dividitur cum Ariſtotele in πάροδον, ſeu mobilem: quales omnes ſunt, excepto ultimo choro, in actu penultimo adhiberi ſolito, & commum, ſive planctū in ultimo quandoque actu, choricis verſibus uſurpatum: cum chorus omnis hoc actu excluderetur. In his enim, ne rem tragicam, jam in exitu infelici pendentem levitate aliqua turbarent, ſubſiſtebant; in ceteris movebantur ferè quin-

quindecim ( ad quem numerum à quinquageſimo defecit, cum Æſchylus quinquaginta Furiis introductis populi indignationem meruiſſet ) qui, vel quini per στοῖχον, ſeu ordinem, incedebant: vel per ζυγὸν, id eſt, jugum terni. Coryphæo utrobique prævio: quòd prior ratio militaris, poſterior ferè jugalis boum eſſet. Movebantur autem in dextra theatri parte perſonæ ruſticæ, in ſiniſtra urbanæ: pueri rarius, quia minus idonei conſiliis & rebus gerendis, ſed ſenes Virgines, milites &c. cantu, ſaltu, geſtuque ad rem accommodo, tibiâ etiam non rarò citharâque interludente. Motus prior, quem imitando ſolis curſum à dextra ad lævam flectebant στροφὴ, cantuſque interpoſitus ᾠδὴ, quem contrà, ad errantium ſtellarum imitationem fingebant, ἀντιστροφὴ, carmenque interjectum ἀντῳδὴ dicebatur: denique, ubi in medio quieſcerent, ἐπῳδὸν canebant. Chorum poſt ſingulos in Tragœdia actus adhibebant, ſi ultimum excipias, qui, ſi quando lamentatione aliqua concluderetur, ut dictum, Commi nomen habuit. Porrò Chori loco, hoc ævo quandoque inſtrumentalis, vocaliſque muſica, tum etiam Tragicus ſaltus nonnunquam ( à quo tamen levitatem abeſſe convenit) uſurpatur, quæ ſi propoſito aliquo, per ſcenam mutam rei geſtæ aut etiam gerendæ ſchemate fiant, ad quòd muſica ſaltuſque opportunè aptetur; magnos res habet cum voluptate conjunctos animorum motus. Porrò in Tragico-comicis Choros inſtructionem miſcere, nemo, dum feret opportunitas, vetabitur, modò in ea non incurrat vitia, quibus à Comœdia proſcriptionem meruere. Subinde ad graviorum etiam rerum temperamentum ſerviens, ut ſi Orphæus aliquis montes ſilvaſque, cantu inſtituto, ducat. &c.

## §. II. *Diviſio Dramatum in Actus & Scenas.*

Cœperunt alia diviſione ad Dramatis partes ſeparandas uti, per deſignatos videlicet *actus*. Hanc temerè magis uſurpatam deinde, quàm primo inventam exiſtimem ſi nume-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

numerum & uſum actuum ſpectes. Quo enim fine repertus ſit actus, vel ipſa vox teſtatur, ut ſcilicet (quod neque Scaliger diffitetur) diverſa Dramatis membra hoc titulo ſeparet. Quæ diverſitas inſignem aliquam partium mutationem, aut inflexionem requirit. Prout enim inflexiones, aut perturbationes plures fuerint paucioreſve, actuum creſcet, minueturve numerus, adeoque in ſimplici Dramate (niſi diverſis eadem res conſiliis viiſque ad finem deducatur) uti fit in *Troade* Senecæ, nihil vetat tribus actibus Tragœdiam abſolvere. Quid enim v. g. *Octavia* adjecta Senecæ habet, quod tribus actibus opportunè non includatur? Nuptiarum enim adornatio tollenda, neque in alterum rejicienda diem fuiſſet, uti rectius à Seneca in Medea factum. Hæc verò etiam Medea, cur non quatuor abſolvitur actibus? cùm pro Furiis, neque à Nutrice, Creonte, & Iaſone placandis, uniusmodi ſcil. actionibus, unus tantummodò actus requiratur? Quare cùm illa actuum in Dramate ſeparatio, ad ſolum faſtidium varietate Chororum imminuendum caſu magis, quàm arte à nonnullis adhibeatur; id ſtatuendum exiſtimo: ut pro rerum tantùm, conſiliorum, partiumque diverſitate actus mutetur toties, quoties rei natura exiget. Ita ad ſimplex Drama, quod ſine mutatione ac perturbatione rerum eſt, tres tantum requirentur actus, quorum prior fundamentum; alter executionem, ultimus exitum complectatur; more antiquis uſitato: cùm Cicero Q. Fratrem moneat. lib 1. ut tertium proconſulatus ſui annum perfectiſſimè concludat, atque in eo verſetur ut Poetæ in actu tertio Quod fruſtra in alium ſenſum torquetur. In tali igitur Dramate nullum inveniet locum cataſtaſis. Ubi verò una mutatio intervenerit, quatuor actibus abſolvenda res erit. Quod ſi plures conſiliorum actionumque rationes convertentur ſimul & actuum creſcet numerus: uti in exexmplis noſtris videbis. Septenarium verò in actibus numerum excedere: vix ob confuſionem æquum duxerim. Licet Sophocles in *Hippolyto coronato* choros octo fecerit, adeoque novem adhibuiſſe actus cenſeatur. Frequentiùs verò ſex choros reperies: uti apud Sophoclem *in Trachiniis*, Euripidem in *Iphigenia Taurica*. Tres in *Prometheo*

*theo* Æſchyli chorus adeoque quatuor actus reperies. Quocirca ab antiquitate nihil alienum tradere videor. Et verò ſi ab ea deflecterem, quâ id nota fecero. ſi quid urgens ratio ſuadeat rectius? cùm ad illius leges (niſi de latino ſermone, olim nato, ſint) nullis legibus teneamur. Quàm porrò æqua hæc diſtributio futura eſt, quæ ex ipſo ſtatim actuum numero naturam aliquam Dramatis aperiet?

Interea non diffiteor aptiſſimè implexa Dramata quinque abſolvi actibus, ad confuſionem memoriæ nimia rerum perplexitate vitandam. ſi pluribus actio producatur: nec ſatis expeditam implicandi rationem, ſi paucioribus. Verùm tamen ut dixi, ipſa Dramatum natura lex hujus eſſe diviſionis debet. Nec tanti nobis eſſe hæc conſuetudo, ut in quinque actus vel res vaſtæ, tanquam in nervum compingantur, vel anguſtæ, tanquam in equuleo temerè extendantur.

*Scenæ* actuum partes ſunt ita ab umbraculis, quæ olim arbores nunc ſiparia præſtant, appellatæ; quòd antè in ſcena, ſive umbra, latuiſſent in proſcenium egreſſuri. Nomen igitur ſcenæ, & loco, & fabulæ partibus manſit. Quot verò in actum quemlibet admittendæ ſint ſcenæ, magis iterum quēvis ratio, & rerum quas tractat natura, quàm ſcriptæ leges debent admonere. Recentiores aliqui dum in plures Tragœdiam actus partiri ſunt veriti, re licet poſtulante, diverſa in eund. actum coacta plurib. nonnunquam ſcenis, quæ actibus ſeparanda erant, diſtinxére. Nonnulli, velut contra Tragœdiæ leges pluralitate ſcenarum peccaturi intra unitatem ferè ſubſtiterunt, quorum hi nimiâ, illi nullâ religione delinquunt. Pro regula eſſe debet ipſa rerum agendarū natura. Scenæ initium, aut unus, aut plures egreſſi conſtituunt, niſi quis rei tractandæ velut pars interveniat: in diſceſſu aliquorum non finitur; niſi quæ manet perſona, alicujus momenti negotium per ſe deinde tractandum ſuſcipiat.

Perſonæ in ſcenis plerumq; ita verſantur, ut juxta Horat: *Ne quarta loqui perſona laboret*; niſi fortè communis plauſus, aut concurſus aut conſultatio inter plures inſtituenda, aliud poſtulet. Paucitas illa perſonarū quæ ab antiquis adhibita eſt, nullo vitio, imò ſæpe cum virtute negligitur: uti nec

nec malè illa; quæ in Choris aderat frequentia. Ad naturam hæc rerum actionis exigenda erunt. In qua neque ut convenit, ut ſpectator multitudine confundatur, neque ut paucitate faſtidium capiat. *Vide Palæſtra l.1. cap. 12. pag. 1.*

# CAPUT V.

## *De qualitate, ſive habitu Dramatis, ejuſque partibus.*

ARiſtoteles ad qualitatis partes revocat *fabulam*, *mores*, *ſententiam*; *dictionem*, *melodiam & apparatum*. De *fabula* ſuprà breviter actum, *apparatus & melodia* quæ Chorago magis, quàm Poetæ competunt, infrà videbimus. Cetera hujus loci erunt. Præmittendæ tamen hoc loco illæ eſſent poeſios dotes, quas alibi universè ex Arte tradidi, ut *perſpicua* ſimul & *illuſtris* fiat oratio. Verùm has expoſitas in generalibus præceptionibus, facilè huic poeſi erit applicare. Quanquam illud inprimis obſervandum ſit, ut *perſpicua ſit* dictio, quæ in Dramatibus ad ſolas ferè aures allabitur, quas niſi ſuo ſenſu quamprimùm penetret, otioſa, ac perſæpe etiam oneroſa profunditur. Aliæ præterea orationis ligatæ dotes ſunt, ut *conveniens* & *ornata* ſit, ſive, ut hoc loco, cum aliis, loquimur, *decorum ſuum* obtineat, aptaque compoſitione ornetur. De quibus paulò agendum eſt prolixius.

### §. I. *De orationis decoro in moribus, ſententiis, & verbis poſito.*

Ad *decorum* orationis, imprimiſq; metricæ, illud requiritur, ut mores naturaſque rerum apto verborum, ſententiarumque colore exprimat. Hoc ſi Poeta, ſimplicem tantùm animi ſenſum, ac ſuum, alteriuſve de rebus judicium declarando, præſtet: dicetur *ſententia*. ſi verò ita rem enunciet, ut ex ipſa loquentis perſonæ oratione alterius voluntas af-

tas affectioneſque elucescant, *morata* ad mentem Ariſtotelis vocabitur dictio, quæ proinde de iis tantùm haberi poterit, qui affectionibus in pravum rectumve inclinantibus erunt obnoxii, contra quam oratio ſententioſa, quæ de reb. habebitur univerſis. Illa igitur Plauti oratio, licet de ira ſit, morata non eſt. *Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundiâ*. nullum enim iracundiæ ſignum in ea elucet, uti ſi dixiſſet. *Mene tu laceſſere, non mediocri iratum iracundiâ?* vel *bilem mihi commoves, inflammantur oculi, tremunt manus*. Nam in priori, ipsâ tantùm phraſi, ira: in poſteriori, ex proprietatibus adjunctis, mores irati exprimuntur.

1. *Morum* itaque (ut de iis primùm agamus) in poeſi Dramatica diligentiſſima habenda ratio eſt, cum in illis exprimendis vivâ etiam perſonarum, actionumque imitatione Poeta verſetur. Quatuor autem requirit Ariſtoteles in moribus. Primò ut *Probi* ſint, ne ſcilicet improborum morum imitatione improbitatem pronis per ſe ad deteriora mortalibus ingeneremus. Ubi improbitas Tyrannorum alterius virtuti ſubſervientium, aut etiam, ad execrationem ſceleris ac pœnam, propoſitorum non excluditur: ſed illæ lenonum ſordes, ac levitas, aliaque audientium corruptioni idonea. Deinde vult eſſe *Convenientes*. Magnum enim diſcrimen & ſexus, ut viri & feminæ: & ætatis, ut ſenis ac juvenis: & gentis; ut Hiſpani & Turcæ: & conditionis; ut ſervi ac Domini, Regis ac ſubditi, pauperis ac divitis: & officii; ut Senatoris ac mercatoris, ſtudioſi ac opificis, militis ac ruſtici: denique naturarum atque affectionum; ut ſanguinei ac melancholici, mitis & ſeveri amantis & dolentis eſt. Imò idem homo alius inter ſocios, alius ſub Domino: alius ſobrius, alius ebrius eſt. His igitur omnibus oratio aptanda eſt, & quo horum quemque imitatione propriùs acceſſerit, hoc Poeſis erit divinior. Horum verò omnium ingenia atque indolem depingere propè ſit infinitum: magiſque experientia quemque, ratio, ac poetarum, qui egregiè illud præſtiterunt, lectio: quàm inſtructio docebit. Adde etiam, quod licet cujuſque tibi ingenium adumbrarem, ut adoleſcentis Horatius ita depingit.

*Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi,*
*Cereus in vitium flecti monitoribus aſper,*
*Utilium tardus proviſor prodigus æris. &c.*

Quid tum? an hæc ubique & omni convenient? quàm e- nim longè alii Bernardi, Thomæ, Aloiſii? ſeveritas certè viris convenit, & tamen Ariſtotelis judicio peccavit Æſchylus, quòd hanc potiùs, quàm vafriciem ac dolum Ulyſſi tribuerit. Unde illud inprimis animadvertendum, quid in hoc illove tempore, loco, occaſione, cuivis perſo- næ competat. Fortitudo quidem feminis ac pueris non tribuitur, at ſi eam S. Felicitati, ejuſque liberis, pro fide generoſè occumbentibus, dederis, nihil abs re feceris. Tertio *mores famæ convenientes* eſſe decet, ne veriſimilitu- dini derogetur. Hinc Achillem ſi proponas, ait Horat. ſit, *Impiger, iracundus, inexorabilis, acer*: talis enim licet fortaſ- ſe non fuerit, à fama proponitur. Deinde *æquales* in eo- dem mores vult eſſe Philoſophus: ne quem ſemel avarum ac timidum feceris, poſtea audacem fingas ac liberalem. Id tamen in affectionibus facilè mobilibus, ut irâ ac miſera- tione, in adoleſcentibus, feminis, ac vulgatæ inconſtantiæ hominibus, admiſeris ſine vitio. *Affectuum* præcipuorum vim ac perturbationes (quæ, ut in tragicis maximè do- minantur, ita difficilioris ſunt operæ) ut *indignantis dolen- tis amantis* exhibemus in *Androphilo*. Levium verò homi- num vafriciem & artes, quæ in Comicis inprimis vigent, in *Telesbio*. Gravium præſertim actionum imaginem habebis in *Barlaam & Andropatro*. Ridicularum in *Ruſtico* Impe- rante: mediarum in *Ioſaphato*. Ceterùm de *Charactere* con- veniunt eum in Tragœdia ſublimiorem, quam in Comœ- dia poſtulari. Eadem tamen moderatio, de qua in carmine Heroico monui, ſervanda eſt: nam & Tragœdia opportu- nè ſe ad mediocritatem demittit, nec rarò ad eandem aſ- ſurgit Comœdia.

2. De *Sententia* nunc agendum: quæ licet oratori cum Poeta communis ſit, tamen in Dramate, præſertim Tragi- co principatum obtinet. Hæc juxta Ariſtotelem *eſt Genera- lis, vel particularis animi enuntiatio, quâ vel aliquid proba- mus, vel rejicimus, vel amplificamus, vel minuimus, aut etiã*

*affectus*

*affectus excitamus*. Et hoc primum ſententiarum genus eſt, διάνοιαν Græci dicunt: quod cùm per omnia ſe diffundat orationis membra, à dictione non ſeparabimus. Alterum γνώμην vocant *quæ nihil de ſingularibus enuntiat.* (Platone v. g aut Catone, ) *ſed tantùm de rebus univerſim ad mores ſpectantibus.* Ut *Fortuna fortes metuit. ignavos premit.* In ſententiis verò compoſita, qualis jam dicta eſt, ferè ſimplici habetur elegantior. præſertim ubi junguntur oppoſita: minus enim placeret *Fortuna fortes metuit imbellis viros.* Et quæ rationem, cauſamque, aut ſimile effati continet; illâ quæ ſine cauſa, potior eſt. Ut *quiſquis indulget nefas, invitat iterum*, ornabis magis addita cauſa: *Serpit exemplo malum*, aut ſimili: *Neglecta creſcunt lolia* Certa etiam ſententia (quæ axioma dici ſolet) antè probabilem, afficit. Ut *in mediis malis, Serùm eſt cavendi tempus.* denique ſi quæ parœmiæ locum obtinent, grata accidunt. Ut *moderata durant*. Sed de his plura *in Palæſt. part. 1. lib. 2 invenies*. Unde facilè intelligis; quod ſi poſt cognitas rerum ſingularium naturas aliquod de his generale pronuntiatum, ſeu hortando, ſeu conſulendo, aut docendo efferimus *gnomas* appellari: ac proinde, hanc potiſſimum magnæ experientiæ autoritatiſque viris, ut Senibus, Regibus, aut ſapientiæ nomine laudatis, competere. Plebeis verò etiam in Comicis, aptè ad illorum mores atque ingenium, erunt concedendæ. Ceterùm magnus in his ornatus, modo tamen frigidæ enerveſq; non ſint neque importunè nimium ingerantur. In magnis enim affectibus doloris amoriſque locum non inveniunt; cùm in his nemo philoſophetur; ſed ubi cauſæ diſceptantur, ambigitur, conſilium datur, aut repudiatur. Vide in *Androphilo* Act 4. Scen. 2. & in *Ioſaphato* Act. 3. Scen. 4. Aut potiùs in *Medea* Senecæ Act. 2. ubi obſervabis inter perſonas, non infrequenter, vibratis invicem gnomis, controverſa excuti, in qua multi hactenus æmulantur Senecam, pauci aſſequuntur.

In Comica poeſi illæ ſententiæ ſunt frequentiores, quæ ſimilitudines à reb. obviis, aut etiã hyperbolas includunt, ut *Talpâ cacâ cacior es.* quo omnes facilè parœmias revocabis.

Deniq; aliud genus ſententiarum eſt epigrammaticum, argutum ac ſubtile, quod uti inventione, ſic uſu etiam rariùs eſt, à Martiale primò excultum, hoc verò ingeniorum artiumq; fertiliſſimo ſeculo affectione magna quæſitum. Cui exiſtimo, lucis aliquid & facilitatis addidimus in *arte noſtra epigrammatica*. Quocirca hic obiter tantùm monemus: Ex verbis habituq; interrogantis, ac reſpondentis perſonæ non rarò argutias leporeſque, pro Comœdia inprimis aptos, naſci. Ex habitu, cùm ad vitium aliquod interrogantis alluditur, vel *Naturale*. Ut, cùm Gibboſo cauſam dicenti, rogantiq; Auguſtum, ut errantem corrigeret; is reſponderet. *Monere te poſſum, corrigere non poſſum*. Vel *Morale*. Sic Alphonſus Arragonum Rex adulatori de Rege prædicanti; quòd tandem virum Sapientem reperiſſet, occurrit. *Quomodo ſtultus Sapientem noſſet?* hic idem de Podagricorum loquacitate. *Lingua illos ambulare, cum pedibus non poſſent.*

Ex *verbis* argutari variè licebit, vel enim ex ridiculis metaphoris id fiet ut ſi Paraſitum, *upupam* aut *corvum*; hominem ſimplicem ac divitem; *ovem auream* dixeris. Sic Plautus homines bardos, *caudices ſtipites, fungos* nuncupat. Vel ex verbis amphibologicis, ut ſi miles Germanus ſe *Gallum intercepiſſe* jactitet, tanquam de egregio facinore, intellectuſque de homine denique Gallum Gallinaceum è ſinu producat vel hyperbolicis; Sic Græcus quidam in naſum alterius jocatus inquit, *Dum ſtertit, naſus illi pro tuba, dum in ſole ambulat, pro umbra eſt.* vel Ironiâ. Cum res vitioſas honeſtis vocabulis induimus, aut contrà; ut cùm *furem* vocamus *hominem induſtrium*, vel Etymologiâ nominis; ut cum Cicero Verrem ſubitò *Verrem* (id eſt, porcum) factum aſſerit, vel alliteratione; ut cùm ex *Tiberio Nerone* factum *Biberium Meronem* dicis.

Haud diſſimilis in ſententiis eſt ratio, nam vel hyperbolicæ ſunt, quæ rem lepidè augent: vel Amphibologicæ vel Ironicæ, ut interdum in parodiis fit, ſerias graveſque ſententias aut Poetarum verſus ad rem longè diverſam ludicramque applicando; ut ſi uxor, quæ mariti ſcelus ultura naſum morſu amputavit, addat: Κοινὰ φίλων, amico-

amicorum omnia ſunt communia, aut de ebrio concidente; illud uſurpetur Virgilii: *Frocumbit humi bos* & de imperito medico illud Homeri, *Fortes animas ad tartara miſit.* Non rarò ſimilitudo inſolens adhibita gratiam meretur. Sic Alphonſus Senenſes in bello neutrius factos comparavit hominibus in medio domus tabulato habitantibus, quibus inferiores fumum, ſuperiores incolæ urinam affunderent. Nonnunquam etiam inverſio ſententiæ leporem habet. Ita Fabius Maximus Salinatori jactanti Tarentum operâ ſuâ receptum eſſe, inverſa ſententiâ, ita aſſenſus eſt, ut ſimul negaret. Nam *rectè mones*, inquit, *niſi enim tu amiſiſſes, ego non recepiſſem*. Sed hæc in Epigrammatis fuſius, explicatiuſque.

## §. II. *De compoſitione ſententiarum, & numerorum.*

In *compoſitione* illa tibi inprimis obſervanda ſunt, quæ alibi de poeſi in genere tradidimus; ut magno inprimis delectu verba adhibeantur, & membra ſententiæque aptè cohæreant, varienturque; ne vel frigidis nimiùm epithetis redundent; vel turgidis inflentur: quod utrumque horum eſt temporum vitium. Sæpe poeſis etiam Tragica familiaris eſt, atque inter amicos rogat, conſulit, monet, exponit; quod humilioris ſtyli eſt, narrationibus, explicationibus, ſententiis, proverbiis argutiiſque abſque magno figurarum uſu aſſueti qualis ferè noſtris in Comicis paſſim reperitur, præſertim in *Ruſtico*, tum etiam ſimul in Tragicis, ut *Ioſaphati* act. 3. Scen. 4. Deinde ubi mediocritatem fabula aſſequitur, ut fit in laudibus, aut reprehenſionibus hominum, parciùs fere Tragœdia metaphoris atque allegoriis utitur, epithetis crebriùs quàm Comœdia. Choris in rerum deſcriptione verſantibus, plus etiam quàm jambis licebit; quod lyrico carmini propiores ſint. Mediocris ſtyli Tragici exemplum habes in *Ioſaphato* act. 1. Scen. 1. & alibi *Comici* dabit Androphilus in act. 2. Scen. 1. 2. 3. non tamen ubique; ſed præſertim in perſona Andro-

miſi. Denique ſublimis ſcribendi character, (quem Comœdia, licet raro attingat, exemplum tamen habes ibid. In act. 3. Scen.3.) crebris figuris ad effectus concitandos idoneis utitur: ut interrogatione, repetitione, conduplicatione, exclamatione, ſententiiſque, ubi miſeratio concitanda, longioribus: caſis contra vibratiſque, ubi movenda indignatio. Illic igitur oratio frequentiora epitheta raptim ferè conglomerat; hic verò ſæpius eadem per membra longiora diſpertitur, neque verbis tam crebris dictionem abſolvit. Illius formam habes in *Androphilo* act.1.Scen 2 & act 3.Scen.5 hujus in act.5. Scen 3. Oratio etiam familiari magis verborum delectu inſtruenda eſt, cùm amor miſeratioque, quàm cum dolor indignatioque cientur: quod vel ipſa ratio dictat, & conſtabit ex Scena 1. actus,1. cum ſcena 3.actus 5.compoſita.

Ingens verò comicæ tragicæque dictionis in verborum ſententiarumque uſu diſcrimen; tum etiam jambicæ poeſeos extra Tragœdiam uſurpatæ ab utriſque intervallum diligenter eſt obſervandum. Tragœdia illuſtria & plenum quiddam ſonanſque auribus ingerentia conſectatur. Comœdiam humilia tritaque verba non dedecent. Comicis etiam antiqua licent, ut *creduam, mentibitur. extorſuare* & novata ac compoſita; ut *verberabilis audaciloquus*: deinde poeticè figurata; ut *intuerier*: diminutiva; ut *miſellus, audaculus, ocelli*: exploſa in re ſeria à Chriſtianis; ut *mehercule, mecaſtor*. Rarior Syntaxis ornat, ut *hoc noctis ſolus obambulo. Erroris ambos & dementia complebo*, &c. Plaut. in Amphit. Remotas & ridiculas translationes & comparationes amant, ut *Hic nimium morbus mores invaſit probos*. Plaut. in Trin. *Si in te ægrotant artes antiqua tua* ib. *Credo equidē dormire ſolē & appotum probe*. In Amph. verbo dicā: ridiculū paſſim i. verbis juxta ac ſententiis captat. Quæ omnia Tragicis prohibentur. Imò nec omnia uſu purioris linguæ recepta iis indulgentur, nam Sic nempe *meruit*: non meritus eſt, dicēt. *Dependere, uſucapere*, ſimiliaq; non pauca negligent. Ita pro manipulo *faſcem*, pro natione *gentem* ſcribent. Idem in ſententiis delectus eſt, non uſurpabunt. *Facturus operæ pretium eſt, dicto audientem eſſe*, nec audaciores tropos

ut

ut *triobolare mancipium*, *diverſoria Muſarum*, *Manceps Camœnarum &c.* Qualia tamen jambi extra Tragœdiam etiam affectant, novatis quoque antiquisque nonnunquam admiſſis. Sed hæc diligenti Lectoris in optimorum autorum exemplis inter ſe comparatis expendenda ſunt, cum ea prolixe monere & tædioſum ſit, & ſupervacaneum. Illud ſolum advertere omnes cupiam, vehementer à ſcopo hujus poeſios aberrare, qui eam ita epithetis ſuffarciunt, ita metaphoris & fabulis obſcurant, ita circumducunt ſententiis; ut vix paucorum ſenſus animoſque penetrare poſſit. Cùm, niſi facilitate ſua, auditorum animis ſtatim intellecta inſideat, omnem motum fructumque amiſſura ſit. Cogitandum igitur hanc poeſin non, ut ceteras præcipuè, oculis; ſed auribus dari: nec proinde tam vaſtis rerum deſcriptionibus ac comparationibus onerandam. Quæ ſi expendiſſent hoc tempore nonnulli infrà Senecæ majeſtatem ſubſtitiſſent potius, quam grandius aliquid inani verborum ſtrepitu ac ſono numerorum molirentur. Gaudet verò hæc poeſis *comparationibus*, præſertim à ſimili ductis. *Figuris* etiam verborum ubi floridior eſt, ſententiarum verò potiſſimum ubi affectum ſequitur, ut *exclamatione*, *inſultatione*, *deprecatione*, *&* *imprecatione*, tum inprimis *hypotypoſi* quâ res oculis quodammodo clare deſcribendo exponat.

In *numero* rurſum ad regulas generatim datas ſtudioſum Lectorem remitto. Id verò inprimis cupido ſui profectus obſervandum, tum in hac tum in omni omnino poeſi metrica; quæ potiſſimùm verba & quot dimenſionum, quot quibuſque locis optimi autores collocent. Hoc enim mirificè juvat ad cujuslibet ſtatim carminis aſſequendam indolem. Sic *recuſantes*, vix niſi loco penultimo, *Felicitatem*, non niſi primo Iambus admittit. Initii autem finiſque præcipua habenda ratio, ubi facilè animadvertes Senecam vix à tetraſyllabis, ut eſt *conſenſio*, *autoritas*, &c. exordiri; nec, niſi raro finire. rariùs etiam in tryſyllabis creticis. ut *ſubditos*, *audiunt*: quanquam in fine cum eliſione prioris ſyllabæ frequenter admittat: ut *hortantem audiunt*: Porrò, quo rariores in hoc carmine dactyli (qui vix admittuntur in loco

penultimo) tribraches, anapæſti (qui præ cæteris tamen perferuntur) atque etiam Iambi (modò ſecundum, quartum & ſextum locum exceperis) eò ad majorem gravitatem aſſurgit, quæ ſpondeis tardè incedentibus familiaris eſt. Dum igitur imperas, lamentaris, ardua moliris, ac deſcribis, utere ſpondeis frequentiùs: dum humiliora ſectaris, inter æquales verſaris, ſæpe illos neglige: dum amas odiſti, iraſceris, (qui impetu nonnunquam agendum) permiſce cum aliis. Ita, ſuavi varietate, illam modernorum quorundam affectatam perpetuò gravitatem: aliorum verò in neglectu humilitatem penè Comicam, in Tragœdiis, devitabis. Ceterùm Tragœdiam Hexametro conſcribere inſolens parumque idoneum fuerit, cùm hoc carmen ad colloquiorum familiaritatem inflecti vix poſſit. minùs verò etiam convenit, ut metro omni ſpolietur, quod Cauſinus raro exemplo præſtitit. In Comœdiâ faciliùs ea libertas tolerari poterit, quæ à jambis ſuis, præter ſuperiores pedes, ne trochæos quidem, excludit, nec verſum ſenario tantùm, ſed & ſeptenario, octonario, ac novenario aliquando pedum numero abſolvit, catalectis etiam, hypercatalectis ac brachycatalectis non excluſis, quare & nos in exemplis hanc varietatem ſecuti fuimus: quò enim familiarior vulgariorque eſt ſermo, hoc in numeris eſt neglectior. Chori omnia penè Lyricorum admittunt genera. Exultabis tamen non inconvenienter carmine trochaico, plorabis anapæſtico, Sapphico amœniora depinges, docebis Aſclepiadeo Glyconicis permiſto. Sed conſilium hoc potiùs, quàm regula eſt. Antoden cum ode quandoque te more antiquorum velim conjungere: ita quidem, ut illa huic aut poſt certas verſuum periodos, aut totâ denique oratione contradicat: hæc enim concertatio uti plus ingenii, ſic etiam voluptatis eſt habitura.

Cap.

# CAPUT VI.

## *De externis Dramatum adjunctis, ut titulo, apparatu & melodia.*

HUc ſpectant titulus fabulæ, apparatus ſcenicus, melodia, ſaltus, theatrum.

1. Titulus vel à primaria perſona, vel ab eventu, vel à loco aliove adjuncto ſumitur, modò emineat inter cetera. Et quidem ſimplici vocabulo, ſi id commodè ad diſtinctionem poſſit, alias geminandum erit. Sic rectè Seneca unam Tragœdiam inſcribit. Herculem furentem, ut contra alias Herculis tragicas actiones diſtinguat. Titulum ſcenæ præfigebant ſubjecto autoris nomine, ubi ex græco translata fuiſſet: ſin minus ſolùm autoris nomen præponebatur. Periocha etiam magnis literis exhibebatur ſuffixa: nunc beneficio typographiæ eam ſpectatoribus facile impreſſam damus.

2. Apparatus præcipuè duplex eſt: aut *theatri* aut *perſonarum*. Theatra olim erecta in hemicycli formam, quæ in altero ſcenæ cornu Bacchi aram, in altero Dii illius haberent cujus honori ludus dabatur. Ante proſcenium Orcheſtra erat locus aliquanto demiſſior, parte tamen aliquâ ſuî elevatior, quæ pulpitum ſeu Thymele diceretur, pro Choro, ſaltu, cantuque peragendo. Podium juxta ſupraque ſcenam locus eminens, Cæſaribus ſpectaturis vacabat, cum Senatores altius Orcheſtra non ſederent. Scenæ triplex genus fuit. Tragicum, quod palatii columnis nixi ſplendideque adornati imaginem præ ſe ferret. Comicum, privatarum ædium ſpecie adornatum. Satyricum montibus, ſpelæis arboribuſque inſtructum. Sed cùm poſt Petreii auream, argenteam Antonii, Scauri marmoream, denique à Curione lignea ſcena facta eſſet, earum nonnullæ verſatiles fuêre, quæ ſubitò machinis converſæ, aliam aliamque pro rei, quæ gerebatur, opportunitate picturæ faciem exhibebant; nonnullæ ductiles, quæ ductis hac illacque tabu-

lis alias rerum imagines ſpectatoribus objiciebant. Verùm hoc tempore theatrum Principibus mundus eſt, ubi bellorum adornent ſpectacula, & materiam Tragœdiis ſuppeditent. Alter in *perſonarum* habitu apparatus eſt. Cavendum hic inprimis ne perſonas theatro indignas, ut ſunt feminæ, quando in habitu officiove aliquam ſpeciem levitatis præ ſe ferunt; ubi anus, ruſticellas, aut aliquam infernalem Megæram non excludimus. Inopiam tibi etiam cum Plauto introducere licebit. non Luxuriam, imò vix ipſam tibi Continentiam ſuaſerim, nam ut officio proba ſit, habitu tamen vultuque, quam verbis ſuadet virtutem, in animis laſcivorum hominum evertere poterit: niſi diverſo à feminis cultu incedat. Quanquam fictas perſonas, citra delectum & raritatem, minus probem; Vix enim ſuis proprietatibus ita per habitum exprimuntur, ut paſſim innoteſcant: Et ut pateant, audax nimium, atque à veriſimilitudine remotior poeſis eſt. Ceterùm alius Tragicæ, alius Comicæ perſonæ ornatus debetur. In Tragœdia erant paludamenta trabeæque Imperatorum, ſyrmata, chlamydes. prætextæ, auro, argento, purpuraque ornatæ: veſtes Sacerdotum talares, albæque tunicæ, verbo, quæcunque graves viros decebant. Et Romanorum quidem Tragœdia ab uſitato habitu Prætextata, Græcorum Palliata dicta eſt. His veſtibus adjunctus cothurnus, calceamenti genus ſubere elevatum, quadratum, atque iccirco utrique idoneum pedi. In Comœdiis, lætis ſenibuſque candidus erat habitus, niger mœrentibus, feminis ac præſertim vetulis melinæ erant veſtes: adoleſcentibus verò verſicolores ob ingenii inconſtantiam. Militum erat: chlamys ſagumque cum machæra. Nuntiis penula, ſervis anguſta breviſque tunica familiaris erat. Paraſitis pallia fuſca ac contorta dabantur, *Divitum* purpureus; egenorum puniceus color erat, his acceſſit ſoccus humile ac leve calceorum genus feminis uſitatum.

3. Adhibita præterea à Chorago melodia, actibuſque nonnunquam (ut ex Terentio ac Plauto colligitur) interpoſita eſt. Ejus uti Scaliger, varia genera, Doricum grave, & *Tragœdiæ* proprium; Æolicum exultans & tumi-

dum;

dum; Jonicum conciſum & molle; Phrygium incitatum, & dithyrambis aptum; Lydium remiſſius & Comœdiæ idoneum: Tibiarum vero etiam Phrygia altera: quæ aut dextera erat, & foraminis unius: aut ſiniſtra & duorum: altera Soriana: quæ & ſiniſtra tantùm & foraminibus indiſtincta, Tragœdiam verò Comœdiamque ſuo etiam ſaltationis genere diverſas fuiſſe Plutarchus meminit. Quin & Tragicæ actionis repræſentandæ modus erat ſaltatorius: cùm hiſtriones ſolis corporis motibus res geſtas exprimebant: ut Nero furentem Herculem. Sed huic conſuetudini tempore derogatum eſt. Aliàs etiam per machinas certarum rerum, ut Deorum amores, raptuſque imaginibus ſunt repræſentatæ. Ut ex Martiale & Suetonio tenemus.

Ex his omnibus Tragœdiæ Comœdiæque diſcrimen haud difficulter colliges. Nam 1. materias illa graves, luctuoſaſque: hæc faciles, lætaſque complectitur. 2. Illa perſonas nobiles: hæc plerumque ignobiles. 3. Illa affectus triſtes: hæc amœnos. 4. Illa exitum miſerabilem, hæc ridendum. 5. Illa ſtylum ſublimem temperatumve: hæc infimum mediumve. 6. Illa cothurnum, hæc ſoccum amat. Tragicocomœdiam facilè etiam à Comicotragœdia & utramque à reliquis ſeparabis, quod prior læto exitu, triſti altera terminetur, in ceteris verò partibus tragicas res, perſonas habitumque ac dictionem cum Comicis permiſceant.

## CAPUT VII.

### *De Exercitatione, Quinam imitandi, & quæ conceptus formandi ſit ratio?*

§. I. Imitatio ad exercitationem inprimis neceſſaria, aut rerum ac conceptuum: aut verborum & ſententiarum (ut & alibi monui) eſſe poterit. Res hoc tempore veteribus uſitatas rectiùs negligimus, hiſtoriis Chriſtianorum

omnem abundè nobis copiam ad poeſin ſuggerentibus. *De conceptibus* paulò infrà. Verborum ſententiarumque lumina in Tragœdia Seneca omnibus præfert, cui ex recentioribus addere ante alios licebit Grotii *Chriſtum patientem*. P. Libeni *Ioſephum*, Malapertii *Siſaram*, Stephonii *Criſpum* culta omninò dramata, niſi quod multa in his oculis magis, quàm auribus propoſita videantur. Seneca verò non ubiq; ſui ſimilis, nec adeò diſſimilis eſt, ut præter *Octaviam* (quæ pueri magis quam viri eſt) diverſis autoribus unus, hic liber imputandus, cum Lipſio aliiſque, contra Delrionem. videatur. *Thebaidem* Heinſius paulò minùs quàm inepti hominis parum aptè, cenſuit. Delrio illam & Lipſius rectiùs optimis æqualem faciunt. *Medeam* tamen plerique, & huic, & ceteris anteferunt, *Herculem Oetæum* poſtponunt, quem & durè nimis Heinſius tractat. Ex reliquis potiores deterioreſque aliis aliæ in partibus videntur: ut vel ex hoc argumento ab unius ingenio profectas intelligas. Sed quid mirum? cùm ſi mores, ſententias, dictionemque ſpectaveris, invicem ſuperentur ac ſuperent. *Medea* ſola vincat: Si conceptum artificiumque fingendi ac diſponendi ſpectes nihil *Oedipo* habeatur præſtantiùs. Eadem Sophocles Euripideſque ſententiâ, ubi de principatu contentio oritur, dirimuntur. Hunc enim ille œconomia ac totius fabulæ conſtructione, Ariſtotelis judicio, ſuperat: ille ab hoc in ſententiis ac dictione, Quintiliani arbitrio, ſuperatur. Utriuſque lectionem opportunè Senecæ junxeris.

Sed non perinde facilè eſt in Comœdiâ autores imitatione dignos præſertim adoleſcentibus præfigere. Nam & Plautus ac Terentius Latini & Menander atque Ariſtophanes Græci, in rebus paſſim ſcurriles. Ceterùm Ariſtophanes Menandro, Plautus (de quo major contentio) Terentio in multis eſt præferendus: quicquid contra Heinſius laboret, autoritate etiam fultus Horatii atque Evanthii. Nam, ut verum eſſe illud admiſero (quod nunquam oppugnabo) puritate ſermonis ac prudenti fabulæ diſpoſitione, atque œconomia Terentium excellere. Plautum inuſitatâ ſordidâque oratione ac neglectiori diſpoſitione nonnun-

quam

quam vileſcere :tamen hic Comicus magis, ac poeta eſt ita varietate materiæ,ac deſcriptione rerum, affectuum vi, morum(quanquam nonnunquam affectata,ut c.9.videbitur) imitatione,ſententiarum gratiâ ac pondere,ſalibuſque antecellit Terentium. Quid verò ſi ille venuſtior puriorque: cùm illud & Cæſar,ac Cicero habebant,non propterea cenſendi Comici, quid, ſi Plautus antiquior obſcuriorque temporis vitio fuerit? Deſerenda hæc nobis erunt,parcè etiam nonnunquam,ad raritatem orationi opportunè conciliandam,uſurpanda. Varro certe autor Horatio non impar, Plautino ſermone Muſas locuturas cum Epio putabat. Cui Volcatius, Agellius. Sidoniuſque. autores graviſſimi, non obſcurè favent. Et ipſius l.2.quæſt.Epl.18.indignatur Terentium Plauto anteponi.

Quare ſiquidem hos autores (quos non niſi purgatos ſuaſerim) imitandos ſuſceperis,medium te ferè inter utroſq; incedere cupiam: ita ut illius antiquitatem hujus puritate ac moderatione caſtiges:hujus verò remiſſionem,illius,qua in morib.formandis comitate; pollet,excites: intra tamen urbanitatis limites,quos,dum ingenia viliſſimorum hominum conſectatur, nonnunquam præter vectus eſt. Hoc propoſitum nobis fuit in *Ruſtico Imperante* & *Ollaria noſtra*: In ceteris ſtylo Comico ſcriptis, liberiori magis viâ, atque ab utriſque remotiori inſiſtere placuit, ac nonnihil ſupra humilitatem utriuſque orationem attollere, ut varietatem brevitati adjungeremus.

## §. II. *Quomodo conceptus Dramatis formandus ſit?*

In conceptu Dramatis formando, poſtquam conſtitutum de materia fuerit, finis *primò* conſiderandus eſt: gaudione?an horrori, aut commiſerationi concitandæ idoneus?tum deinde expendendum, quâ fabulæ diſpoſitione id optimè ſis conſecuturus, ac quidem ipſa fabulæ ſubſtantia primùm digerenda; quæ,ſi implexa fuerit, pluribus actibus, quàm ſimplex, erit proponenda, quæ tempore con-

continuari cum fabulæ exitu nequeunt, ad illius tamen cognitionem poſtulantur, in prologum ſunt re icienda, tum epiſodia ornamenti gratiâ opportunè jungenda, denique oratione congrua ita mores perſonarum exprimendi, ut irati amantis, dolentis, Servi, Domini, Ruſtici vivas quaſdam imagines ſpectator habeat. c. 9. In Ruſtico Imperante. finis ob quem auditoribus fabula proponitur, eſt, ut gaudeant hominem ob ebrietatem vario errore circumagi, diſcantque. cùm hujus vitæ vanitatem, cujus quoddam ſchema eſt, tum vitium illud, jucundo ſpectaculo errorum perſuaſi deteſtentur. Proximè illud aſſecuturus es, ſi primùm veritatem facti expendas, quod Philippus Princeps hominem ebrium, juxta viam repertum, habitu regio, ac honore extulerit; mox rurſus ebrium ad relictas ſordes depoſiturus. *Deinde* videndum, quo hanc rem modo accommodè ad finem præfixum poſſis exponere. Hunc enim veriſimiliter ſimulque jucundè variis protagoniſtæ erroribus adornare (cum hiſtoria illos non tradiderit) maximè poeticum eſt Fabrum igitur fingimus, cui famulum adjunximus injuria ab hero læſum, idque per ebrietatem potiùs, quàm aliud vitium, ne à cauſa erroris præcipui, adeoque extra limites deflecteremus. Hinc datur famulo cauſa heri apud Principem accuſandi: itaque in herum Principem creatum incidit. Quæ res non injucundè fabrum Protagoniſtam implicat, dum ipſe in ſuum denique caput ſententiam dicit, atque ex principatu haud multò poſt in ſervitutem incidit. Hunc verò errorem agnitione Protagoniſtæ interveniente ſolvere non erat neceſſarium, nec perinde fortaſſis ſpectatori gratum, quod ſufficeret agnitionem penes Philippum ejuſque aulicos eſſe erroris hujuſce machinatores, ebrietatiſque illuſores. Porrò exitum in vulgatis licet vitiis infauſtiorem eſſe conveniebat etiam in Comœdia; modò gaudio ſpectantium idoneus maneret, quòd felici exitu vitiis favere poeta videatur. His ad fabulæ ſubſtantiam, varietatemque excogitatis, de partibus cogitandum erit. *Ad actum igitur primum* revocandum eſt illud, quo reliqua tanquam fundamento nitantur, videlicet non ſolum ebrietas hominis (hæc enim
ad

ad varios adhuc caſus maneret indifferens) ſed ebrii in aulam introductio, nullo tamen fine declarato; nam ſic illius, quod inſequentibus actibus daretur, exſpectatio tolleretur, ac gratia. *Advertendum deinde*, implexam te habere fabulam, quæ, pro mutationis varietate, alios atque alios admittat actus. Quocirca *alter actus* primam tibi Fabri in Principem commutationem exhibebit. *Tertius* ejuſdem Principis exercitia atque officia: donec ruſum ad novam rerum inclinationem per uſitatos mores hominis, id eſt, ebrietatem (hinc enim declinandum non eſt, aliis errandi cauſis introductis) fabula deducatur. *Quartus* denique, id quod reliquum eſt, converſionem ultimam declarabit. Hanc diſtributionem ſequetur de *epiſodiis deliberatio*, non interludiis (ut nonnulli vocant) longè petitis, ſed negotiis jucundis ex re, quæ geritur, opportunè natis; ut actum exornent impleantque, licet abeſſe ſine fabulæ deſtructione, poſſent. Et hæc vel integras ſcenas conficiunt, ut illa in act. 2. Scen. 4. apparatus convivalis introductio, Stulti inſtructio in actu 3. Scen. 1. Uxoris fabri in act 4. Scen. 2. Vel certè Scenam tantùm exornant, ut in act. 3. Scen. 2. & 5. Stultus aulæ aſſuetus, & Scen. 4. uxor fabri. imò & ipſæ perſonæ ad ſcenam requiſitæ neceſſarias actiones epiſodiis ornabunt: talia reperies in act. 1. Scen. 3. & alibi paſſim. Sub hæc adhibenda ſtylo manus, idque ante omnia laborandum, ut ſuis quamque perſonam idoneis ad rem præſentem moribus inſtruas; quod, quò propius fueris aſſecutus, majorem in ſpectatore admirationem voluptatemque concitabis. Ceterùm varietatem conceptuum, ac diſpoſitionis, exemplis quoque à nobis propoſitis ſubjicere oculis ſumus conati. Sit enim ille ſcopus noſter. Ebrietatis turpitudinem (quæ vulgo Germanorum magna non cenſetur) noſcendam fugiendamque proponere deliberatum eſt, hoc apertâ fictione in Bacchi ſcholâ præſtitimus: occultâ in Telesbio, ſimul tamen parabolicâ; hiſtorico argumento in Ruſtico. Extra quos modos vix alium es reperturus. In prima fabula habes ebriorum proprietates, in ultima errores, in media lapſus graviores pœnaſque, diſpoſitionem ubique diverſam, agni-

tionem

tionem in media erroris, non in ultima: in prima aliorum quidem agnitionem, aliorum ignorantiam.

## CAPUT VIII.

*Ratio facilis formandi in hoc genere poeſios ſtyli tragici, per viam reſolutionis & compoſitionis.*

QUæ alibi in præceptionibus poeticis, de via reſolutionis ac compoſitionis diſſerui, hic non repeto, tantùm paucis in hujus te poeſios exercitio ad facilem elocutionis uſum ex aliorum imitatione inſtituendum duco. Et ut primò de Tragicæ poeſios ſtylo agamus, universè moneo: non magnopere hunc à conciſo & argutis vibrantibusque ſententiis inſtructo dicendi genere, veteribus Philoſophis uſitato diſtingui: modò tantum verba ſepares huic metro parum idonea Exemplum reſolvendum ex Medea ſumamus. Sic Creo Act. 2. Sc. 2. loquitur.

1 Non eſſe me, qui ſceptra violenter geram,
2 Nec qui ſuperbo miſerias calcem pede,
3 Teſtatus equidem videor haud clarè parum
4 Generum exulem legendo, & afflictum, & gravi
5 Terrore pavidum. Quippe te Pœna expetit,
6 Lethoque Acaſtus regna Theſſalica obtinens.
7 Senio trementem debili atque ævò gravem
8 Patrem peremptum queritur, & cæſi ſenis
9 Diſciſſa membra; cum dolo captæ tuo
10 Piæ ſorores impium auderent nefas.
11 Poteſt Iaſon, ſi tuam cauſam amoves,
12 Suam tueri, nullus innocuum cruor
13 Contaminavit, abfuit ferro manus:
14 Proculque veſtro purus à cœtu ſtetit.
15 Sed tu malorum machinatrix facinorum,
16 Cui feminea nequitia ad audendum omnia,

17 Viriſe

17, Virile robur, nulla famæ memoria eſt,
18. Egredere, purga, regna, &c,
Sic enim non ineptè ſoluta oratione diſſeras.

„ Equidem non eſſe me *illum* qui violenter geram ſce-
„ ptra, aut *aliorum* miſerias pede ſuperbo calcem, haud pa-
„ rum clarè teſtatus videor, cum exulem afflictumque ac
„ gravi terrore pavidum generum *deligerem*. Quippe Aca-
„ ſtus Theſſaliæ regnum obtinens, te ad pœnam lethumq;
„ *depoſcit*, queriturque peremptum à te patrem, jam ſenio
„ trementem. Diſciſſa ſenis membra, ſororeſque dolo
„ tuo captas impium hoc nefas aggreſſas *eſſe* &c. En diſ-
crimen planè exiguum, ſi numerorum rationem abſtuleris, quam ipſam vix in ultimis verſibus à 15. ad finem tollere ſit neceſſe, adeò propinqua utriuſque ſcriptionis eſt forma. Quod magis etiam exploratum erit, ſi e. g. Senecæ Philoſophi diſſertationem aliquam capias, videaſque quantum ab hoc ſtyli genere diſcrepet. Phraſin plerumque, ſi modò metris ſervire poſſit, haud procul alludentem à Tragica dictione reperies. Sic epiſt. 1. loquitur

„ Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat,
„ qui diem diem æſtimet, qui intelligat ſe quotidie mori.
„ In hoc enim fallimur, quod mortem non proſpicimus,
„ magna pars ejus jam præteriit, quidquid ætatis retrò eſt,
„ mors tenet, &c. *Sic vertamus.*

Quenquamne dederis, pretia rerum tempori
Qui digna ponat? æſtimet diem diem,
Morique norit? fallimur quotquot necem
Proſpicere tardi, credimus ſtantem procul.
Pars magna jam præteriit, & quidquid retrò
Ætatis abiit, ipſa mors heres tenet.

Paucis hic adjectis, demptis, mutatiſque metri gratia, vix ad pondus elocutionis magnum quippiam acceſſit. Remotiori tamen aliquantulum exemplo utamur in plano obvioque ſcribendi genere, quod ad ſummi Auſtriacæ familiæ herois laudem, Caroli Quinti, eximiumque ejus facinus celebrandum adhibere placuit, Ita ſuos, ab imperio regnoque Hiſpaniarum diſceſſurus, ferè allocutus memoratur.

Dile-

Dilecti Proceres, quorum fidem virtutemque bello juxta ac pace abundè probavi, jam me deficiens ætas feſſumque laboribus corpus quietis admonet, & quod reliquum eſt temporis, ſalutis atque animæ cura requirit. Satis jam regni bellique occupationibus impenſum eſt, quæ ita quidem per Europam Africamque geſſi, ut & imperium noſtrum Italia acceperit, & ab hac ſubactus Gallus ceſſerit, Saxo in Germania fractus captivusque, Solimannus ab illa repulſus, in Africa etiam Algerioque ejus domitus miles fuerit. Sed nullus curarum bellorumque modus eſt. quæ parentes arma poſuerunt, reſumunt poſteri; ut morte citius, quam marte hanc diſceptationem abſoluturus videar. Quare ne aliis tantùm pacem, mihi bellum ex bellis, tanquam victoriæ præmium, reſervem, illâque, quam pro ſubditis defendo patriâ, ipſe, potiſſimo vitæ tempore extorris vivam; ætati, meæ fragilitatis memet admonenti, acquieſcam; Tibique, O Fili Philippe, annis etiamnum integro hanc regnandi curam, rebus jam ad ſpem pacis per inducias compoſitis tranſcribo *Philippus Reſp.* Æquum eſt, ut parenti potius obſequatur filius, quam imperet *Carolus* Ita etiam obſequeris, ſi imperium juſſus acceperis. Noli recuſare munus, quale nemo hactenus parentum filio ſuperſtes obtulit *Philippus*, Parere multò eſt tutius. *Carolus* Sed dulcius imperare. *Philip.* Igitur non decet fraudare patrē. *Carol.* Dulcia nonnunquam deſipiunt. Verùm non abjiciam imperium, ſed mutabo, mihi deinde rectius imperaturus: ne ſubactis ceteris, mihi unus dominatus non videar. Ita ſanè decretum habeo. *Philip.* Si ita jubes Pater cedo, & jubenti imperium adire morem gero. *Carol.* Geminis regna columnis fulciri noveris, Pietate ſuperis debitâ, & clementiâ ſubditis. Deinde, ut ſubditi tibi fidem præſtent, hanc ante per te ſcias præſtandam Deo. Fidem ab hominibus non meretur, qui Superis negat.

*Hæc ita vertamus.*

Dilecta procerum turba quos longus retrò
Probavit uſus, junxit in bello labor,
Et pace virtus, fida ſocietas mihi,
Avellor: ætas tarda, deficiens vigor,

Corpuſque feſſum quærit in cujus ſinnm
Senii reclinet pondus, & meritam diu
Ambit quietem. Vivere aliquando ſibi
Anhelat animus, quoſque ſuſpirat brevi,
Aliquâ remotus parte, meditari polos.
Sat jam laborum eſt, jam dedi bello ſatis,
Regnique curis. Vidit exoriens mea
Moriensque Phœbus caſtra, quâ rigidum mare
Septemtriones claudit, & fluctus bibit
Europa ſiculos, notus imperio fui
Et notus armis, Saxo cervicem mihi
Poſuit rebellem victus, & collo graves
Tulit catenas: Affricæ claſſem intuli,
Retulique victor: Turca falcatum mihi
Submiſit enſem: Gallus inflexâ jugum
Virtute ſubiit: Italus imperium tulit.
Sed nulla requies, hoſtis inſurgit novus
Et quæ parentes arma poſuerunt mihi
Gnati reſumunt, nulla Lernæis agris
Fertilior hydra crevit: ex uno decem
Hoſtes reſurgunt capite, quantumvis ſeces,
Cædibus aluntur, citiùs abſolvam ſenex
Cum morte vitam, marte quàm cunctos premam.
Per me fruuntur pace non pauci ſuâ,
Per me fruuntur patriâ, ſolus prope
Sine pace vivo, patria extorris meâ.
Hæc nempe merces; reſtat armato Duci
Quiete ſe fraudare, quam quærit ſuis.
Satis eſt, ſe nectus tarda *plus ultra* negat,
Hic ſtare feſſum juſſit, & vitæ brevem
Colligere ſummam. Gnatus in partes meas
Regnando veniet, prima quem tanto parem
Ætas labori fecit. Et feſſo Hercules
Humeros Atlanti ſubdidit, debet Patri
Hoc nate munus. *Philippus* obſequi pater jube,
Non imperare: munus id reor meum.
*Carolus.* Vis obſequi rectè Patri, rectè impera.
*Philip.* Parere multò eſt tutius. *Carol.* Multò tamen
Eſt

Eſt dulcius regnare. *Phil.* Non igitur decet
Fraudare patrem. *Carol.* Dulce nonnunquam ſolet
Deſipere, fili. multa faſtidit ſenex
Quæ juvenis ambit. Regna non ponam tamen;
Mutabo, regnum dignius pro me geram,
Mihi imperabo denique: ut toti ferar
Dominatus orbi. Carolus reſtat ſibi
Vincendus etiam, quidquid evici parum eſt,
Niſi me ſubegi. *Philip.* Cedo, ſi jubes Pater,
Imperia quamvis imperes, morem geram.
*Carol.* Geminis columnis regna fulciri puta.
Pietate Superos debitâ obſtrictos habe,
Clementiaque ſubditos; felix eris.
A vita fidei jura ſervabis Deo,
Servare ſi vis ſubditos fidem tibi.
Meretur hominum obſequia, qui præſtat Deo.

Hæc cum ratione prædicta compone, & diſcrimen propius obſervabis, præcipuas enim hujus elocutionis dotes in hac diſſertatiuncula propoſui. Eſt enim 1. *perſpecua* tam verbis, quàm ſententiis, quod in hoc carmine auribus magis, quàm oculis dandum, neceſſarium eſſe monui. 2. ſimul tamen *illuſtris eſt atque, vulgò remota oratio*, non quidem circumducto pharaſium apparatu: aut raritate troporum, quibus Heroica & Lyrica poeſis triumphat (ut iccirco Iambica etiam in hac planè alio efferantur verborum & elocutionis genio) ſed rarioribus, argutiſque nonnunquam per oppoſitiones, ac vibratis conciſim nervoſeque ſententiis: ut videlicet ſapientes graveſque perſonas loqui convenit, quibus curæ eſt, ut multa paucis loquantur. 3. *decorum* illud, quod ad mores ſententiaſque ſupra requirimus, ſatis hæc, ni fallor, aſſequitur oratio: uti & 4. *compoſitionis* in verbis, ſententiis, numeriſque *dignitatem*. *Advertēdum* verò illas comparationes & fabulas, quales *hic ab Hydra & Hercule* ducuntur, ligatæ magis, quàm ſolutæ orationis ornamenta eſſe; unde & in illa ſunt prætteritæ. Deinde exemplum hic Tragici ſtyli mediocris exhibitum; gravioris atque in affectibus verſantis in *Androphilo* Act. 1 Scen. 2. & Act. 4. Scen. 6. reperies. Denique univerſim obſervan-

ſervandum, quo pacto in utroque ſtyli genere, & ſententiæ & periodi circumducantur, ac finiantur. Nam & hoc magnopere ad ornatum facit. Sint in mediocri ſtylo breves pluresque ſententiæ, quæ non rarò in medio finiantur verſu, ac periodum ad quartum, aut quintum, aut ſextum, vel ſeptimum. Plerumque carmen, varietate tamen magnâ circumducant, ita enim & intellectio facilior, & delectatio futura eſt major. In dialogiſticis verò diſſertationibus, modò argutè, modò gnomicè vibrata oratio, alternatim ſeſe excipiat, vitamque ac mores humanos ſcitè exponat. In graviori ſtylo hic cultus erit neglectior, & pro affectu rerum, nunc producenda, nunc abrumpenda oratio; nunc aſperè hærendum, nunc etiam incedendum lenius, prout indignationis, amoriſve, aut mœroris impetus feret. Rebus oratio, non res rationi aptanda erit, quæ cujuſmodi loco quovis eſſe debeat ſupra c.5. §.2. tradidi. Audiamus verò an grandiori hac cothurno elata perinde, ut moderato placere queant. Ita enim fortaſſis quibusdam magis arridebit.

Cara Aſſeclarum turba, Primorum cohors,
Fidele ſemper Cæſaris vallum tui,
Seu me Gradivus raperet accinctum ſago
Belli in procellas, martioſque turbines;
Seu Tyria amictum purpura incluſum foro
Toga attineret, pondere laborum minor
Succumbit ætas feſſa: cervicem improbo
Sub onere curvat. Herculem poſcit novum
Defeſſus Atlas, quique ſuccollet pari
Virtute regnum. Nutat annorum gravi
Sub mole corpus, ceu fatiſcenti ratis
Hians carina, ſaxa trans ceraunia,
Periculoſo fertur obſeſſa æquore,
Scopuloſque fluctuſque inter acclinat latus.
Carioſa ſenſim defluit ſenio dies.
Libitina crines vellit, at ſui integer
Poſſeſſor animus, prævios geſtit polo
Inferre ſenſus, patriam anhelantes domum.

Sat

Sat mancipatum traxit in curis diem
Pertæſis onerum demum, & armorum ſatur,
Regnique faſtiditor, averſus feror
A Marte & aula, &c.

Hæc aliaque me fateor adoleſcentem oble&abant, ut etiamnum in aliorum manibus de Quiriaco & inventione Crucis Dominicæ Tragœdia, tum quæ de Vito Modeſteque etiam in ſcenam cum meis coætaneis ſtudioſus dedi, ſed quæ nunc omnino putent, diuque à me faſtidiosè rejecta ſunt. Plus enim in oratione virtutis elegantiæ, nervorumque eſt, quæ puro terſoque ac non rarò proprio ſermone aures plenè intellecta ſubit, quàm quæ obſcura metaphoris fabuloſisque antiquitatibus, inflata verborum, ac circumducta ſententiarum pompa ingreditur. & cum aures ſuſpenſas implet, vix tangit animum: rudiores quidem admiratione, ſed faſtidio prudentiores obruens.

## CAPUT IX.

*Ratio formandi Styli Comici per viam reſolutionis ac compoſitionis.*

Actum de hoc ſcribendi genere jam ſupra cap. 5. quibus hic nonnulla adjiciam expenſis veterum in hac diſciplina exemplis.

Accipiamus illud glorioſi militis ſcema, quod nobis Terentius in Eunucho Act 3. Scena 1 Plautus in ſuo Milite Actu 1. adumbravit, ſic loquitur *Terentius Thraſone* gloriante, & adulante palam *Gnathone*.

1 - - - - *Thraſo* Eſtiſthuc datum
2 Profectò mihi, grata ut ſint quæ facio omnia.
3 *Gnatho* Advorti hercle animum. *Thr.* Vel Rex ſemper maxumas.

4 Mihi

4 Mihi agebat, quidquid feceram: aliis non item.
5 *Gnat.* Labore alieno magnam partam gloriam
6 Verbis ſæpe in ſe transmovet, qui habet talem.
7 Quod in te eſt. *Thr.* Habes *Gnat.* Rex te ergo in oculis?
*Thr.* Scilicet.
8 *Gnat.* Geſtire. *Thr.* Verum credere omnem exercitum
9 Conſilia: *Gnat.* Mirum. *Thr.* Tum ſicubi eum ſatietas.
10 Hominum, aut negoci, ſi quando odium ceperat,
11 Requieſcere ubi volebat, quaſi noſtin'? *Gnat.* Scio,
12 Quaſi ubi illam expueret miſeriâ ex animo. *Thr* tenes,
13 Tum me convivam ſolum abducebat ſibi *Gnat* Hui,
14 Regem elegantem narras. *Thr.* Imò ſic homo eſt
15 Perpaucorum hominum. *Gnat* Imò nullorum arbitror
16 Si tecum vivit. *Thr.* Invidere omnes mihi,
17 Mordere clanculum, ego non flocci pendere:
18 Illi invidere miſere, verum unus tamen
19 Impensè, elephantis quem Indicis præfecerat.
20 Is ubi moleſtus magis eſt, quæſo, inquam, Strato;
21 Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?
22 *Gnat.* Pulchrè mehercle dictum, & ſapienter papæ.
23 Ingularas hominem, quid ille? *Thr.* Mutus illico.

Hæc oratio vix quicquam habet à vulgari Dialogiſtarum oratione alienum, niſi rudem numerum, & voces quaſdam ſententiaſque ab omni reliquo ſcriptionis latinæ genere ferè remotas. *Voces* quidem, ut verſ 1. *iſthuc* pro iſthoc. v. 2. *Adverti* pro adverti, tum adverbia jurandi, ut *Herculè mehercule*, & c. v. 3. 22. denique & eliſa ut *viden' noſtin'* v. 1 Rariores etiam *Sententias* ut v. 6. *verbis in ſe trāſmovet gloriam*. & v. 12. *Expuere miſeriam ex animo*, quæ ferè raritas ex metaphoris inſolentioribus naſcitur Gaudet verò etiam Terētius ſententiis incompletis ut v. 4. *Rex ſemper maxumas mihi agebat* ſubintellige *gratias*. Et v. 7. *Rex te ergo in oculis?* ſcilicet *fert*. & v. 16. *Invidere omnes mihi*, &c. nempe *cœperunt*. Sed hoc etiam ſolutæ orationi moderatè licet.

Nunc Plautùm in ſimili audiamus materia Actu primo ſic *Pyrgopolinices* cum *Artotrogo* paraſito etiam adulante exultat.

*1. Pyrgop*

1 *Pyrgop.* Curate ut ſplendor meo ſit clypeo clarior,
2 Quàm ſolis radii eſſe, olim cum ſudum eſt, ſolent.
3 Ut ubi uſus veniat, contra conſerta manu,
4 Oculorum præſtringat aciem in acie hoſtibus.
5 Nam ego hanc machæram mihi conſolari volo,
6 Ne lamentetur, neve animum deſpondeat,
7 Quia ſe jam pridem feriatam geſtitem.
8 Quæ miſera geſtit fratrem facere ex hoſtibus,
9 Sed ubi Artotrogus? *Artot.* Hic eſt, ſtat propter virum
10 Fortem atque fortunatum, & forma regiâ,
11 Tum bellatorem. Mars haud auſit dicere,
12 Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas.
13 *Pyrg.* Quemne ego ſervari in campis Gurguſtodoniis,
14 Ubi Bombomachides Cluninſtaridyſarchides
15 Erat imperator ſummus, Neptuni nepos;
16 *Artot.* Memini, nempe illum dicis cum armis aureis
17 Cujus tu legiones difflaviſti ſpiritu,
18 Quaſi ventus folia, aut peniculum tectorium.
19 *Pyrgop.* Iſthuc quidem ædepol nihil 'eſt. *Art.* Nihil hercle quidem hoc
20 Præut alia dicam, quæ nunquam feceris.
21 Perjuriorem hoc homine ſi quis viderit. *
22 Aut gloriatum pleniorem, quàm illic eſt,
23 Me ſibi habeto, & ego me illi mancupio dabo.
24 Ne unum epityrum edam apud illum eſuriens inſanè bene
25 *Pyrgop.* Ubi tu es? *Artot.* Eccum ædepol vel elephanto in India
26 Quo pacto pugno perfregiſti brachium.
27 *Pyrg.* Quid brachium? *Artot* Illud dicere volui femur.
28 *Pyrg.* At indiligenter hic eram. *Artot.* Pol, ſi quidem.

* *Hæc ſeorſum fatur.*

Con-

Connixus eſſes, per corium, per viſcera,

29. Perque os elephanto brachium transmitteres.

30. *Pyrgop.* Nolo iſthæc hic nunc. *Artot.* Nehercle operæ pretium quidem

31. Mihi te enarrare, tuas qui virtutes ſciam.

32. Has nempè venter creat ærumnas auribus,* *Hæc iterū*

33. Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant *ſeorſum lo-*

34. Et aſſentandum quidquid hic mentibitur. *quitur.*

35. *Pyrgop.* Quid illud quod dico? *Artot.* Hem ſcio jam quid vis dicere.

36. Factum eſt hercle, memini fieri. *Pyrgop.* Quid id eſt? *Artot* quidquid eſt.

37. *Pyrgop.* Habes tabellas? *Artot.* Vis rogare? habeo & ſtylum.

38. *Pyrgop.* Facetè advertis animum tuum ad animum meum.

39. *Artot.* Noviſſe mores me tuos meditatè decet,

40. Curamque adhibere, ut prævolet mens quo tu velis.

41. *Pyrgop.* Ecquid meminiſti? *Artot.* Memini centum in Sicilia,

42. Et quinquaginta centum Scylolatronidæ,

43. Triginta Sardi, ſexaginta Macedones,

44. Sunt homines, quos tu occidiſti uno die.

45. *Pyrgop.* Quanta iſthæc hominum ſumma eſt? *Artot?* Septem millia, &c.

46. Quid in Cappadocia, tu quinquaginta ſimul

47. Niſi hebes machæra foret, uno ictu occideres &c.

Magis hic quidem difertè & feſtivè, quàm Terentius, ſed minùs prudenter mores expreſſit; dum manifeſtis neque ad ullam veri ſpeciem confictis mendaciis pariſitus ille aſſentatur, & miles ſeſe extollit, ut inſanum magis, aut ebrium, quam glorioſum adumbraverit. Ceterùm & *Voces*, in oratione alia inſolentes, adhibet, ut v.34. *mentibitur*. fingitque, ut v.14 crebiorque in his alibi eſt, quàm Terentius. *Sententias* verò multò etiam magis rarioribus metaphoris ad riſum captandum implet, ut v.4. & ſeq. patet. Quibus accedit rarus particularū uſus ut v.10. *Statpropter* (juxta &

v 19. *Nihil quidem hoc præut aliam dicam*) non eſt ſimile illis quæ dicturus ſum. Sic & v.2. *indiligenter hic eram*, pro indiligens, dictum eſt. Univerſim Plautus & novandis vocibus, & aptandis ad ridiculum metaphoris plus Terentio voluptatis habet. Sed & reſponſiones concinnat aptius, quas Terentius minutulas frequenter, & parum aptè argute que datas nonnunquam & obſcuras aut otioſas adhibet. Exemplum ſupra habes verſ. 7. & 8. Deinde & frigidæ interrogationis verſ 1. cui reſponſio utcunque conſentit. Quare cum puritatem ſermonis à Cicerone Saluſtio aliiſque delectam ſtudioſus adoleſcens haurire abundè poſſit, Terentium propter impuritatis ſcopulos nulli ſuaſero, ſed nec Plautum eadem ex cauſa, cum ridiculum illud, quod ex lepido metaphoræ potiſſimum uſu captat, exemplis nonnullis ſatis ad imitationem proponi queat. Exoletis verò antiquitate vocabulis, modò nobis, vel abſtinendum, vel parcè admodum, & ceu ſale utendum ſit.

Addamus nunc denique operâ noſtrâ exemplum de imitatione ductum. Soluta verò oratione prævia opus haud erit; cum parum ab illa deflectamus. Traducamus idem glorioſi hominis factum ab aula & militia ad venationem, in qua *Lydus* ſervus aſſentetur hero jactabundo *Agrophilo*.

*Agrop.* Hem Lyde poden' ut te navum præſtes hodie?
Venationi danda eſt opera. *Lyd.* En me, impera.
*Agrop.* Agedum caſſes properato, tendiculas, indagines,
Plagas, venabula, perticas: etiam canes
Lyciſcas hybridas Dorcadas, Ichnobates, capis?
*Lyd.* Audio. Væ vobis O feræ! vix Hercinia
Vos tota ſat tutabitur, ſi venit herus.
*Agrop* Pol ut metuant, meâ factum induſtria eſt.
*Lyd* Diſpeream, ſi quis hanc in rem ſolertiam,
Præut tu ſolitus adferat. occiſiſſimam eſt,
Quidquid ferarum ſilvam proximam inſidet,
Situ pedem contra moveas. *Argrop.* Quam naviter
Hanc Rem egerim tota eſt teſtis vicinia.
Quot ego feras in caſſes indui agiliimas!

Quam

Quam quæſtuoſa mihi eſſet venatoria,
Siquidem operam nulli ego elocaſſem alteri!
*Agrop.* *Lyd.* Scimus, Princeps ſine te eſuriet indies,
Nihilque de venatu coctum cerneret.
*Agrop.* Venatione una quid non potuit? *Lyd.* Herculè,
Quod ne Diana quidem *Agrop.* An aliquis numerum iniit
Ferarum? *Lyd.* Scilicet prægrandem ubi leporem, &
Cervum implicaras caſſibus. haud procul mola.
*Agrop.* Meminiſtin' *Lyd.* ut nominis O inſania gloriæ! *
Ut miſerum illa herum faſcinatum attinet!
Etenim Aſinum cum pullo. pro cervo atque lepore
Decept' habuit. *Agrop* Quid iſtic murmuras Lyde?
*Lyd.* Enumero tacitus. *Agrop.* Quianam? ut habeam computum,
Atque in digitos meos huc conferam omnes feras.
*Agrop.* Aſſequeris? *Lyd.* Hercle, ut digitorum ſatis habeam,
Pro centenariis quoque, id metuo oppidò,
Decem urſos, triginta cervos, centum hinnulos
Venatione una. *Agrop.* Fidelis memoriæ es.
Mihi multitudo hanc eripit. *Lyd.* Pulicum agmina*
Ac cimicum numero, quorum illi crebrior
Domi captura, quàm hinnulorum eſt foris.
*Agrop.* Sed heus, quænam hæc fera, quam evici celerrima?
*Lyd.* Iſtum, inquis, cervum velociorem tigri
Armeniâ. quem prehenſum ramis cornuum
Medio ſtitiſti in curſu? Thamantem alterum,
Aut Iphiclum iſtic me tunc videre credidi.
Ita vivam, ut in omni palmam ferres catadromo.
*Agrop*, At ſomniculosè hic aderam. *Lyd.* Credo, nam & ſutor*
Hoc claudicans queat, ut tripodē cervā implicet,
Cui pes quartus telo eliſus utero hæreat.
Helleborum bibat oportet, ita herus deſipit.

*Hæc averſus loquitur*

*Rurſum averſus.*

*Averſus fatur.*

Nimis aſſentatione hac ſtulta paſcitur,

*Agrop.* Iterum ne computas? *Lyd.* Dentes Leænæ cenſeo.

Quos ictu eliſiſti, jam catulis abſtractæ, unico.

*Agrop* Quod ludens feci? *Lyd.* Etiam inermis ſola manu,

Prehensâ caudâ, quâ vel Gothicum ſtraviſſes bovem

Nempe ubi centum ex plumbo jam glandes hauſerat.

Ut vel puer advorſum iret. *Agrop.* Hoc homines ſciunt?

*Lyd.* Quid ni ſciant? Nunc te Herculem redivivum dictitant,

Cui nuda etiam pro clava ſit manus. *Aprop.* Ad votum es Lyde.

Qui ita heri virtutem aſſequeris uſque ad apicem.

Sed eho, cornu inſonuit, ad caſſes hinc nunc avola.

*Lyd.* Faxo ut lubitum hero eſt. Igiturne hinc jam abit?

Mirum, ſi vel Thales, Alpha ſapientum licet,

Hoc pacto deſponſari non poſſit Moriæ,

Si ita illi aſſentationibus os obleveris.

Cuivis facilè hominum auriculas Midæ aſſuas,

Tibi ſi ablandiri curatio ſit. Neque verbis opus

Multùm excoctis ad verum ita omnibus ſapit

Quidquid laudem redolet. Vatem hic agas licet

Ipſo Naſone audaciorem, invenies credulos.

Herum mihi intractabilem, hoc ubi paululum

Demulſi oleo, ad votum denique habeo meum.

In his vides, præter illa, quæ hic & cap 5. ſupra monui etiam gratiam quandam eſſe in hoc genere ſcribendi, antiquis noviſque ſeu hiſtoriis, ſeu fabulis obiter inſperſis; tum verò inprimis adagiorum uſurpationem gratam eſſe. Quibus ſi eorum quæ ante obſervanda monui curam adjeceris, haud magno opere in hac te palæſtra exercitatum comperies.

Numerorum, ut cura omnis abjicienda non eſt, ita hic nimia erit ſupervacua. Terentius magis ad certos ſenarii, ſeptenarii aut octonarii jambici, aliquando & Scazontis numeros verba, quàm Plautus (qui & Novenarios ad

mittit

mittit)illigavit: & tamen, quod miteris, aurium judicio Plautinianæ minus aptè numeroſeque non cadunt ſententiæ. Ipſum quod ſupra dedimus exemplum argumento eſſe poterit. Quare hic à nimia te religione facile abſolvam, atque ad cultum aurium ablegabo judicium. Quo & à ſoluta oratiene diverſum quid requiritur, & pedum quædam libertas indulgetur; modò immixti jambi & quandoque æquivalentes tribraches ultimum ferè locum poſſideant, *Vide* p. 1. l. 3. *in fine*. Ubi intelliges in medio verſu etiam amphibraches & amphimacros tolerari. Neque omnino neceſſarium erit, ut quo pedum numero cœpit oratio, eo prorſus in ſingulis verſibus ad finem deducatur, quanquam à ſenario jambico ad octonarium ſubitò te nolim rranſire; quod tamen à Plauto non eſt obſervatum.

## LIBER II.

# POESIS DRAMATICÆ.

## *De*
## IMPLICATIONIBUS DRAMATUM.

### CAPUT I.

*Quid, & quotuplex implicatio, ſive error Dramaticus?*

§. I. POetæ Dramatico hoc inprimis propoſitum eſſe debet, ut cum delectatione erudiat, affectuſque ſpectatorum moderetur. Quam rem duabus potiſſimum rationibus aſſequetur. *Si* videlicet *ſuſpenſum attentumque* magnarum, aut certè novarum, rerum exſpectatione detineat ac deinde *appoſita* rerum præſentium *adumbratione*, & *viva* ſpirantique *morum* alienorum *imagine*, oblectet. Primum obtinebit ſi variis erroribus Fabulam, aut hiſtoriam ita implicet; ut quem res exitum ſortitura ſit, ambiguus ſpectator avidè præſtoletur. Quod quidem in ſimplici Dramate locum non invenit, cum erroribus & peripetia deſtituatur. Alterum utrique eſt Dramati implexo ac ſimplici commune: ex quibus hoc, artis propemodum expers à peritiſſimis ferè Dramaticis neglectum eſt. Ad implexum plerique vim omnem ingenii artiſque contulere. Simplex imaginis inſtar eſt, rem à ſe alienam ſpecie ſimilitudinis repræſentantis: quæ quantò ad veri formam propius, viva lineamentorum colorum-

lorumque umbrâ accedit; tantò in ſenſus animumq; ſuavius profundiuſque influit. Implexum præter hanc veri ſpeciem, aliquid haud abſimile Epigrammati requirit; ut minus exſpectata concluſione opinionem fallat, admirationemque juxta ac favorem intuentium mereatur. Quocirca hoc agam, ut in parte Dramatum graviſſima ac difficillima viam, cùm præceptis, tum exemplis utcunque aperiam, & illuſtrem. Neque difficulter aſſequetur is, cui jam ante ars noſtra Epigrammatica explorata fuerit.

§. 2. Ad *Peripetiam*, ſive mutationem inexſpectatam, rectè ordinandam, primò *error* atque *implexio*, deinde *ſolutio* atque inopinatus *exitus* conveniunt. His plerumque rerum affectuumque perturbatio juncta eſt. Quamvis hæc nonnunquam deſit, præſertim in Comœdia. De errore ejuſque diſſolutione præſenti tractatione ita diſſeram: ut frequenti exemplorum propoſitione ejus varietatem, naturamque facilè, etiam rudioribus ingeniis, aperturus videar. Quæ tamen, ubi aliquam in flagitio ſubtilitatem complectuntur, amarià te atque extra ſcenam imitatione repræſentari non debent: ſed potius obſervandum, qui abſolvantur exitu: neque enim cuiquam impune ſcelerato eſſe licuit.

§. 5. *Error* omnino varius eſt: alius in verbis: in factis alius: tertius in utriſque, & qui libet horum, aut tragicus, aut comicus eſt qui tot eſſe poſſunt quot ſunt fontes venæque epigrammatum: quanquam pleríque in fonte alienatorum verſentur: non quod argutiam involvant; ſed quod exſpectationem defectu aliquo, aut immutatione fallant. At de errore ſermonis infra uberius, nunc factorum perſequimur. Et hic error aut ſpectantium eſt: cum vel in perſonis aliorum: vel actionibus rebuſque illis adjunctarum dijudicandis errant: aut agentium: cum ſeſe ipſos erroribus temerè ac improvisò implicant. Priori errore deluduntur non rarò hiſtrionum dexteritate ſpectatores, poſteriori omne opus erroneum continetur: quale Amani fuit Mardochæo ſtultè laqueum parantis, quo ipſe captus eſt. Et hic error, vel ex ignorantia aut ingenii ſimplicitate: vel ex vitio & malitia agenti evenit: vel denique ex fraude, ſimu-

lațione,aut fictione,ſive propria,ſive aliena. Alius item error circa perſonas,iſque aut mutuus, aut non mutuus eſt: alius circa res earumve adjuncta. Alius error agentium ipſis incognitus,notus aliis. Denique & ſimplex alius: alius compoſitus, atque ex pluribus erroribus nexus, cum inſigni rerum perturbatione. His error reciprocûs, qui in ipſos autores refunditur: & fallax qui in aliena inſperatò capita devolvitur,adjungi poterit. Luſtrabimus pleroſque, quique in ſpectaculis principatum teneant, noſtro ſuffragio ſtatuemus: ubi tamen ante de errore ingenioſè inducendo, viam rationemque exploraverimus.

## CAPUT II.

### *De Materia & Forma erroris.*

§.1. POeta qui Dramaticum errorem adornat, aliquid ſimile Epigrammati, ut dixi,molitur: niſi,quòd illius expectationem ſuſpenſam moretur diutius, donec non opinato eventu illam, aut ſuperet,aut certe fallat. Ut verò in vita humana error *in unam aliquam hominis actionem*,non in totam cadit vitam: ita neque theatrum integram hominis vitam: ſed ejus partem atque actionem aliquam erroribus implicatam admittit. Quocirca inſcitè peccant, qui unius alicujus vitam in certas partes,velut actus partiuntur,atque eundem.v.g.Salomonem juſtum,religioſum ac ſapientem proponunt: magis verò etiam qui diverſorum temporum perſonarumque res ſociant, ut Davidem Adoleſcentem, Virum, Senem. Saulem Iuvenem probum: Virum improbum. Iſaacum obſequentem, Ioſephum caſtum, Danielem religioſum, idque in eodem junctim Dramate. Nam prxterquam quod hæc exempla peripetiam excludant: exhiberi etiam nequeunt,ut geſta ſunt,aut geri potuerunt:quia naturâ ſuâ,connexionem non admittunt, adeoq; fictionis & erroris pene omnis manent inca-

Incapacia. Per hoc tamen perſonas plures, in Dramate principes non excludo: modò ad eandem uno tempore actionem conveniant: ut David & Ionathas indivulſi, quacunque fortunâ & caſu amici: Abel & Cain pius ille, hic impius: Salomon & Abſolon, hic obſtreperus, ille obſequens Patri nam hæc ut re ac tempore cohærent, ſic ad veriſimilitudinem Dramaticis erroribus implecti poterunt. Unum fortè ad fallendam exſpectationem oberit; cognita paſſim hiſtoria & præviſus exitus; ſed tantò Poetæ gravius in contrarium nitendum eſt; ut eventum, licet præcognitum, dubium ſuſpectumque ſpectatori reddat. e. g. Ionathæ, omnia ad inimicitias cum Davide ſuſcipiendas, ita prona promptaque faciat; ut jam gladium cum parente in jugulum ipſius ſtricturus videatur, propoſita offenſione Patris, regnique amittendi periculo: graviſſimis utque cauſis quæ pium, robuſtumque etiam animum, poſſint inflectere. In multiplices illum tricas amoris gratia errantem offendentemque induat: ut indignationem odiumque prudenti cuivis ſuſcepturus putetur. Davidem contra, de obfirmato amicitiæ in hac fortuna cultu, penè diffidentem conſtituat. Ita & amicitiæ illius præſtantiam extollet, & ambiguum ſpectatorem de illo, quem ſibi Poeta præfixit, exitu relinquet. Maneat igitur inconcuſſum, omniumque Dramaticorum conſenſu firmatum. *Unam aliquam vitæ humanæ actionem eamque minime productam* (ut infrà cap 22. tradetur) *ad quam cetera per epiſodium ornatus gratia referantur, adducendam in theatrum eſſe.* Unam autem actionem voco, quæ, licet phyſicè diverſa ſit, ethice tamen eundem finem exitumque ſpectat e. g. Ioſaphati à gentili vita ad Chriſtianam Religionemque tranſitus: ad quem cetera Barlaami etiam & Abenneri geſta, tanquam adjuncta epiſodice referuntur Cui nihil obſtat etiamſi finis Dramatis compoſitus felicitatem unius, cum alterius infelicitate complectatur.

§. 2. Poſt definitam materiam, in quam error introducendus eſt, de ratione ac modo videndum erit Hunc nobis ſuppeditabit ars noſtra Argutiarum. Quanquam opus non fuerit, per ſingulos illum fontes explorare, ſolus

Alienatorum ; opinor, viam latiſſimam, atque omnem propè aperiet: nam,ut pauci errores per argutam ſimilitudinem, alluſionemque inducuntur ita hæc facile ad venam ſextam Alienatorum, in Arte nova propoſitam, reducuntur, ut exemplis infra patebit: quemadmodum & error repugnantium,qui videlicet per oppoſitum rei,quam molimur, inſtruitur, plerumque ad ſecundam Alienatorum venam traducitur quia actionis oppoſitum,quam maximè à re & actione alienum eſt. Sic igitur diſtribuimus in ſuas venas fontem Alienatorum.

## CAPUT III.

### *Fons errorum ex Alienatione.*

*PRimò Alienum aliquid perſonæ,de qua agimus,tribuitur: quæ alia eſſ quam quæ verè ſit fingitur. alia etiam, quæ talem minimè perſonam deceant,agere.* Hic error, vel circa perſonæ ſubſtantiam futurus eſt:cum Petrus eſſe exiſtimatur,qui Ioannes eſt;ruſticus qui miles,aut nobilis:mortuus, qui vivus eſt vel circa adjuncta: cum ſtultus creditur, qui ſapiens eſt;loripos, aut claudus,qui rectus & velox, abſens qui præſens,&c. Celebris hic frequenſque, ut in vita hominum, præſertim militaribus ſtragematis, (de quibus infra) ſic in Dramaticis actionibus error eſt. Cujus exempla aliquot ſubjicimus, ad quorum deinde ideam ſimilia formare licebit : modo fictione hac ſubſtantiam hiſtoriæ non evertas,ſed tantùm poetica libertate exornes quod eò Poetæ facilius erit.quò cuique promptius eſt fingere,quàm facere,& fabuloſos errores concinnare, quàm reperire hiſtoricos. Ego in veris ſic verſari malui, ut ficta etiam dirigerem: ne hanc lectori voluptatem,quæ ex hiſtoria eſt, inviderem. Quod ſi tamen alicubi de veritate ambigat,nolo mihi litem intentet, qui hiſtoricum non ago, ſed Poe-

tam.

Andriſcus obſcuræ ſortis homo, ſe ex Perſeo Macedonum Rege tanta conſtantia natum aſſerebat; ut Regnum ſibi vendicare ac Demetrium Syriæ Regem ad belli ſocietatem adverſus Romanos impellere auſus fuerit. Verum à Demetrio interceptus Romamque tranſmiſſus, cuſtodiam tamen ſolertiamque Romanam elapſus fefellit. Macedones deinde, Philippi nomine uſurpato, ad capeſſendam libertatem, excuſſo Romanorum jugo, concitavit; prælioque ingenti victor, M. Iuventium, cum pleriſque, trucidavit dum Q. Cæcilio Metello victoriam denique & regnum cederet. Subinde ad Thraces, quorum opibus adjutus fuerat, profugus apud hoſpitalem Regem dignum ſe locum, carcerem reperit. Ex quo Romanis iterum oblatus bellum fortunamque cum vita abſolvit. Tanti Romæ ea fuit de Pſeudophilippo victoria, ut Metello Macedonici cognomentum manſerit, *Sabel l.b.9. Ennead* 5.

Balduinus Flandriæ Comes, poſt Conſtantinopolim in Oriente captam, Imperator Græcorum ſalutatus ad Adrianopolim occubuerat: cum vigeſimo poſt anno, qui erat ſalutis 4. Bernardus quidam Remenſis Balduinum ea morum indoliſque compoſitione finxit, ut apud Flandros paſſim fidem inveniret. Joanni ſola vera Balduini filia ſeu dominandi cupiditate ſeu explorata certò patris morte adduci non potuit, ut vel in conſpectum admitteret. Aſſerebat ille hoſtili ſe cuſtodia tot annis detentum, atque elapſum ſervi habitu, à Germanis mercatoribus redemptum eſſe. Verùm ad Regem Galliæ tanquam ſupremum Flandriæ Dominum, accerſitus interrogatusque; quo tempore, loco ac ritu, & quo teſte Flandriæ jura collata? an quæ militiæ collata inſignia, quæ ex Francica nobilitate uxor data? cùm minus explicatè reſponderet; ab eo quidem publica qua venerat, fide dimiſſus; à Miniſtris verò Ioannæ in Hannoniæ finibus occupatus, nec multo poſt in furcam raptus eſt; fama ancipiti, jure an injuria? *Fulg. l.9 c,6.* Addit *Crantzius lib.7. cap. 41. Metrop.* Ad Engelbertum Archiepiſcopum Colonienſem auxiliorum gratia acceſſiſſe, apud quem cum Epiſcopus Leodienſis cavillatus de ſuppoſititio hoc Balduino

 eſſet;

eſſet; Engelbertum ſacrâ hoſtiâ oblatâ Epiſcopum adjuraſſe ut quæ verè ſentiret, de Balduino hæc enuntiaret: tum vero illum Balduinum hunc eſſe verum, liberâ voce, profeſſum eſſe.

Cum Eduardus Comes VVarvicenſis à patruo Ricardo III. Anglorum Rege, poſt cædem patris, in carcerem eſſet conjectus atque ab ejus ſucceſſore ſimul & interfectore Henrico VII eâdem cuſtodia detineretur Lambertus Symnellus puer, à Simondo quodam presbytero regiis moribus excultus, atque Eduardus nuncupatus (poſt jactatam falsò Eduardi mortem in carcere) traductuſque in Hiberniam; fidem de ſe regii adoleſcentis fecit, atque ex Flandria Angliaque nactus auxilia, metuendus Henrico puer evaſit. Ut proinde Rex verum Eduardum carceribus exemptum publicâ ſupplicatione ſpectandum deduxerit. Non defuere tamen Proceres Lincoln ſecuti Comitem, qui traducto ex Fland. in Hiberniâ exercitu Lamber. illic Regem ordinaret. Sed Henricus exercitu impigre conſcripto prælio de veritate certavit victorque puerum cum præceptore intercepit. Et hunc quidem Sacerdotem perpetuis addixit carceribus: illum per ætatem adhuc innoxium, regiæ ſervituti, ad vertendum in culina veru addixit. Margarita tamen, Eduardi Patris à Ricardo in carcere interfecti ſoror. Carolo Burgundiorum duci nupta alium Petrum Varbeckum Tonſoris Tornacenſis filium, vafri ingenii juvenem, Ricardi nomine, tanquam fratris ſui filium Hibernis, ad fidem factionemque alendam promptis, obtulit. Qui Carolo deinde Gallorum Regi bellum adverſus Henricum molienti acceſſit, pace haud multò poſt initâ, ad Margaritam coactus recedere, ubi regiis honoribus palam, ut nepos cultus, fictione ſuâ non fictè gavisus eſt. Regi poſtea Scotorum Iacobo IV. hoſtilia in Henr cum meditanti additus; nec tantùm ſocietate belli, ſed etiam affinis puellæ thalamis devinctus eſt. Sed cum Anglia, jam fraudis conſcia, Petro, cum Rege huc bellum transferenti, nullis auxiliis faveret; Veritus ne Rex dolum agnoſceret, perinde. ac patriæ amore victus dolenſque; O me ferreum, exclamat, qui meorum calamitate non tangor, ſimulque

mulque Iacobum oravit, ſuæ ut patriæ parcitum vellet. Mirum verò, Rex inquit, eam te patriam appellare ubi nemo te agnoſcit, opemque defert. Quocirca & Iacobus, rebus cum Henrico compoſitis, hon inem à ſe dimittit, qui cum ad Cornubienſes tranſiſſet, Rex illic admovit exercitum, ac denique impunitatis promiſſione attractum, Londini in libera cuſtodia aluit, unde fugam molitus regioque ſatellitio interceptus, vinctus in aula veſtibulo ſomnis omnium ludibriiſque expoſitus eſt. Interea Cantii adoleſcens reversus eſt, qui Monacho Patricio autore, hujus Ricardi jam capti perſonam induit, ſeque, operâ Patricii, Londinenſi cuſtodiâ elapſum confixit. Quæ res, ut in plebe credula, brevi fidem invenit, ita diu obtinere non potuit, fraude vulgatâ. *Polydorus lib. 26 Fulg. lib 9 c 16.*

f Huc & error ille ſubornatæ ab Arrianis leviſſimæ contra Athanaſium mulierculæ ſpectat. cum enim diluendi criminis gratia, in judicio Athanaſius, cum Timotheo presbytero compareret: Mulierque, quæ vim ſibi illatam falsò criminaretur, producta eſſet, Timotheus, tanquam reus mulierculam coram ſciſcitatur. Egone inquit, tibi vim intuli mulier? quod cùm illa contentá voce aſſeruiſſet rata Athanaſium eſſe quem argueret, Arrianorum improbitas convicta eſt. Athanaſius illa accuſatione defenſus. *Sozom lib. 2. cap. 24.*

*Hæ fere Tragica. Comicum illud*, quod Hiſpani adoleſcentes ſeptem ſpectaculum adornarunt: Nam in Bacchanali lib. unum ſociorum, herbæ ſoporariæ ſucco in potu exhibito demerſum ſomno, habitu monaſtico veſtiunt attondentque deinde cum vicinis Monaſterii incolis communica. Ille monaſtica in cella deponunt: ubi noctu excitatus ac volens nolens ad chorum ductus ſequenti etiam die comes exeunti fratri additus, via qua frequens adoleſcentum concurſus erat inceſſit; ac deinde ſub veſperam, eodem potu imprudens ſopitus priſtinoque in habitu ac hoſpitio collocatus eſt. Ubi poſtquam evigilans ſomnium ſe vidiſſe crederet: expertus tamen eſt, cum publicum ſubiiſſet, omnium ritu, veram nimis fuiſſe fabulam. Quocirca in

animum denique induxit ludum hunc in ſeria convertere, atque ad Monaſterium unde abierat, rediit. Hoc ex *optimè fidei viro Doctore Hiſpano refero*, quod illi hiſtoriæ de Ruſtico noſtro Principem indûto non abſimile. Qui error à ſuperioribus diſſidet, quod ipſius, quæ mutata erat, perſonæ fuerit: cum in aliis exemplis, non perſonæ mutatæ, ſed aliorum error fuerit.

Similis fere, quanquam Comicotragicus error, fuit hominis vino atque ebrietate frequenter demerſi, quem, ut uxor ac domeſtici corrigerent, funebrem inſtruxere pompam, illo in tumbam depoſito funalibuſque juxta lucentibus, tum luctu planctuque, quantâ potuit ſimulatione veri, inſtructo Ebrius ubi ex ſomno evigilaret, lethi imagine atque horrore correptus, non fictè ægreſcere, nec multò poſt mori cœpit, tragico in comœdia exitu, quo etiam Ariadna virum Zenonem Imper. ebrietate primùm, ac deinde & terrâ ſepultum, fruſtra obluctantem, obruit, *ut Baron tom. 6. & exemplo theatris digno.*

Fuit hic error in perſonæ adjunctis, non in ſubſtantia; cum ſe vivus mortuum crederet, uti ille Thomæ Rotarii Salmanticæ, in Hiſpania, poculo amatorio delirante, qui ſe vitreum exiſtimabat, neque tangi à quoquam ferebat, *de quo alibi.* Tum illius in Hollandia qui naſum ſe ferre Elephantis proboſcidi ſimilem, delirâ imaginatione apprehenderat; ut proinde ne quis offenderet obvius protenſis ſedulò manibus caveret. *De ſimilibus Majolum in Can. conſule.*

Iunii Bruti error circa adjuncta perſonæ quidem, verùm tamen aliorum fuit. Hic enim, cùm a Rege Tarquinio avunculum, fratrem, ceteramque familiæ nobilitatem tolli cerneret, ſimulatâ aſtutè amentia, (ut inter Hebræos David) ferrum à ſe avertit. Delphos ſubinde cum Tarquinius profectus; ne vacuus munerum adeſſet, in cavato baculo, aurum obtulit. Apolline deinde conſulto; quis eorum ſumma Romanis poteſtate præfuturus eſſet? cum reſponſum tuliſſent, qui prior veſtrum oſculum matri dederit, Brutus hoc oracu'um ſolus aſſecutus, de induſtria, velut fortuito, in terram prolapſus, terræ, tanquam com-

communi omnium parenti, oſculum tulit. ac, fatis poſtea ferentibus, poſt occiſos Tarquinios, Romanæ aſſertor libertatis & Reip Princeps habitus eſt. *memorandi erroris exemplum.* Hæc ſufficient ad errorem perſonarum explicatè ſatis cognoſcendum. Plura ejuſmodi paſſim in hiſtoriis, præſertim ſacris, occurrunt: quanquam illa quæ humanam vim artemque ſuperant, ac divina virtute nituntur, minus in erroribus gratiæ obtinent. nti illud quod Coloniæ Ubiorum, nota et iamnum ad Fotum Novum domo evenit. Ex qua olim mulier à Veſpillonibus ad ſepulcrum delata, in digitis non contemnendi pretii annulum retinere obſervata eſt: ut iccirco unus noctu Veſpillonum ad monimentum reverſus, tertaque ac loculo remoto, mulieris ex digito annulum prenſarat, verùm illa trahentem, velut ex ſomno, ſecuta: poſtquam hominem, ſuo penè loco exanimem reliquiſſet, domum maritumque repetiit, cum quo deinde annis pluribus, neque improlis, vixit. Qui error cum divina virtute induci exiſtimetur attonitos magis, quàm admirantes & errore ſe oblectantes facit, ut quem humanæ nihil induſtriæ ingeniique complecti vident.

Quòd ſi tamen vulgo creditum eſſet (ut quidem exiſtimo factum) mortuam non fuiſſe, ſed pro mortua tantummodo habitam, plus gratiæ favoriſque hic error meruiſſet. Qualis ille fuit, qui in Surlandia, VVeſtphalorum Ducatu, Attendorniæ, hâc noſtrâ ætate, contigit Ubi Antonius Callenborn, omnium exiſtimatione mortuus illatuſque tumulo, poſt horas 24. revocato ſpiritu, in gemitum ſolutus, tranſeuntem fortè mulierem ad ſe advertit. Ita allapſa vicinia, ſepulcro illum loculoque. juſto etiam anguſtiore, eruit, cujus prima cura de fame explenda fuit. poſt, ut erat fortunæ tenuis, operam ſuam hominibus paſſim mercede elocavit, cum alio ſocio cui à Vita nomen, ipſe cognomentum Mortis ſortitus, ut vulgò ferant, Vitam cum Morte ſocietatem iniiſſe. Militiam quoque ſecutus ſubinde dicitur, atque etiamnum, dum hæc ſcribo, vivere. Hic error, quia humana incuria accidit, plus voluptatis in Dramate obtinet.

Tertio-

Terrorem cum voluptate hic error permiſtum habet, qui Oldenſaliæ Tvv.n. æ oppido evenit. Ubi homo funebres umbrarum pompas ſpectare ſolitus cum veſperi ebrius in ſimulacrum funeris incidiſſet vino animoſior, Veſpillones alloquitur. Et ſinite; inquit quem loculo defertis intuear cum verò retectum minus agnoſceret, barbam, quam prominere conſpicatus eſt, promptâ forficulâ, reſecuit: itaque domum, & ad lectum digreſſus, mane ſua ſe barba mutilum deprehendit, neque leviter turbatus, lectum brevi ex morbo, ac deinde feretrum adiit, ſuo ipſe funere ſpectaculi veritatem probaturus.

Neque multùm abſimile quod Ratingæ Rhenanis in Montibus hujus ſeculi principio ejus loci Piſtori obveniſſe ab incola accepi. Occurriſſe huncin porta ipſi ſibi, attonitumque rei novitate hæſiſſe aliquamdiu: mox ſenſim morbo correptum deſiiſſe vivere.

Plus lepidæ admirationis habet, quanquam cum præſtigiis conjunctum, quod *Bonnæ*. vicino Ubiis ad Rhenum oppido eveniſſe memorant. Faſcinatrix muliercula panem vicinæ dederat. gallinis ad conciliandam fecunditatem, dividendum. Canis domum ingreſſus, eum famelicus in depoſitum negligenter panem incidiſſet, avide abſumpſit; verum haud multò poſt urgente natura, per certa temporum intervalla gallinacea profudit ova. Quæ cum attoniti domeſtici ſpectarent. domina que non minus ſollicitè panem ſuum requireret. intellexit denique quam fecundum ex vicinia pabulum attuliſſet Sed hi errore, ut dixi, cum ſupra naturæ vires eveniunt, minus habent oblectationis.

# CAPUT IV.

## *Vena ſecunda Alienatorum.*]

ALteram hujus fontis Alienatorum venam exploremus non minus exemplorum fertilem. Hæc verò illa eſt.

qua

*qua ad introducendum errorem, rei aut actionis cujuſpiam naturam, definitionem aut proprietatem alienat.* Sic porio v. g. ſoporifera pro veneno potigitur, lupus pro cane habetur, aſinus pro equo accipitur; aqua inebriare fingitur, &c. Tale quippiam Eumenes Cardianus excogitavit, cum ab Antiocho Rege, non armis tantùm, verùm inſidiis quoque peteretur, ſparſis per exercitum literis, quibus ingens pecuniæ vis percuſſoribus ab Antiocho offerretur. Eumenes enim facinore ingenioſè ad ſe deflexo, ſparſas ſuo conſilio finxit literas, quò ſuorum fidem exploratam magis teſtatamque erga ſe faceret, gratiaſque habuit, quod tantæ virtutis militibus uteretur, quorum nemo inventus eſſet, qui fidem pecuniæ poſthabuiſſet. Qua facti alienatione mirificè ſuorum ſibi animos conciliavit.

Eunus in Syria natus, genere, non ingenio, ſervilis homo, qui cum populares Romanorum tyrannidi exemptos cuperet: Manibus ſeſe infeſtari vociferans, publicè ad Deæ Syriæ ſacra, placandis Manibus, populum convocabat; utque fidem dictis faceret, ſulphur ignemque nuce complexus ori inſerebat, quo inter dicendum animato, vivas cum vocibus flammas effundebat: quas, cùm vulgus, tanquam Numine afflatas, exciperet, duo poſt ſe hominum millia, religionis ſpecie, traxit, quibuſcum ad carceres popularium effringendos converſus, brevi ſexaginta hominum millia ſibi contra Romanos junxit. Quibus Manlium, Lentulum, Piſonemque bello profligavit: & quanquam Perpennæ ceſſerit, arte tamen majori, quàm viribus ſtetit.

Lepidum Papyrii facinus hoc in genere introducendi erroris, laudem inprimis meruit. Hic tener etiamnum adoleſcens à Patre in ſenatum ductus cum à curia rediiſſet, interrogatus à Matre quid actum in curia? tergiverſando & juramenti, quo Senatores tenerentur, religionem obtendendo, mulieris curioſitatem magis etiam inflammavit, ut preces minasq; puero quoque expugnando adhiberet quidenique, ut moleſtia ſeſe explicaret. in ſenatu agitatum variis ſententiis dixit *Magnæne ex uſu Reipub futurū, ut viri ſinguli plures uxores: an, ut ſingulis uxoribus mariti plures*

*plures concederentur?* Quæ res mox ab illa ad viciniam mulierum delata, m gno eas concuriu excivit ad curiam ubi graves, eâ de re, querelæ propoſitæ. Senatus poſtquam, cum admiratione hæc accepiſſet, erroriſque originem ab aſtuto profectam adoleſcente abundè riſiſſet. Papyrio ante ætatem prætextæ honorem, ſolis, antea viris Senatoribus conceſſum, indulſit, unde Prætextati cognomen obtinuit. *Valer Maximus.*

Joannes Fauſtus Magicis præſtigiis per Germaniam celebris hiberno tempore, in convivio, importunè ad uvas exhibendas poſtulatus, denique, eâ lege. vitem uvis fertilem omnium oculis propoſuit: *ne quis niſi juſſus præputaret,* cultellos jam amputandis racemis adhibuerant, cùm mox, vite evaneſcente, ſuo ſe quiſque naſo aciem applicuiſſe ſenſit. *Majolus.*

Ridicula Caunitarum Pax fuit. quam, eâ lege, cum hoſte ſanxerunt, ut ex muris, juſtò altioribus, circumcirca lapis unus tolleretur cui, cùm non difficulter aſſenſi eſſent: hoſtes tandem. Caun'tis in poteſtatem receptis, infimum quemque ad terram muri lapidem eruebant, ut tota denique murorum moles collaberetur. *Polyan. lib. 6 Strateg.*

Cum arci Romanæ adverſus Sabinos Sp. Targeius præſideret, Tatius Rex Sabinorum ejus Filiam Tarpeiam magnis induxit promiſſis: ut, dum auriendam deſcenderet aquam, opportunum locum armatis una ſuccedendi faceret. Pactum erat, ut, quod brachiis lævis geſtarent Sabini Virginis præmium eſſet. Verum in arcem admiſſi. cùm illa aureas de brachiis armillas exſpectaret omnes in eam ſcuta (quæ eadem læva ferebant) congreſſerunt, ſub quibus oppreſſa, dignum perfidiæ præmium conſecuta eſt. *Livius*

Periander Corinthiorum Tyrannus, ut divinitus ex mortalium numero ſubductus crederetur, facinus penè incredibile, ad hunc errorem perſuadendum, adhibuit. Duos conſtituit juvenes, qui altâ nocte, in anguſta ſibi ſemita occurrentem occiderent, ac ſepelirent, his deinde quatuor obviam deſtinavit, qui duos illos mactarent terraque obruerent his octo, octonis denique ſede cim. pari mandato inſtructos, objecit. Ita cum ipſe Tyrannus ſepultorum primus

mus eſſet, de ipſius poſtea ſepulchro nihil compertum eſt. *Laer. in ejus vita.*

Silvanus militiæ à Conſtantio Imperatore in Galliis præfectus erat; cui felicem rerum ſucceſſum invidens Dynamius aulæ Præfectus: literas, quas Sylvanus ad amicos in aula dabat, aliis adulterinis corrupit, quibus imperium, ambire crederetur. Alias quoque ad Tribunum fabricæ Cremonenſis, Silvani & Malarici nomine, ordinat: quas, cùm Tribunus non ſatis intelligeret, ad Malaricum remittit, & apertius mentem jubet explicare. Malaricus, cum ſuas non agnoſceret, inſidias à Dynamio paratas clamat, qui tormentis adhibitus, multorum tamen conſpiratione liberatus eſt. His cognitis Silvanus, veritus, ne ob mollem Conſtantii animum abſens damnaretur, Francos magnâ ſibi mercede adjunxit; & imperium, quod nunquam cogitarat Agrippinæ ſolenni inauguratione accepit. Verùm per corruptos denique à Conſtantino Tribunos ſublatus eſt; tanto Imperatoris gaudio, ut inſanire magis, quàm lætari videretur. *Sigon. lib. 6 Imper. occid..*

*Aliqua magis comica ſubjicio.* Bavarus quidam compotationibus ad vitium deditus, cùm uxorem nactus eſſet oppido litigioſam, quæque leve etiam delictum gravibus idêntidem querelis proſequeretur; ut erat non illepidi homo ingenii, cunas uxori commenſas inſtruit: quas, ubi iteratò uxor viri factis contentiosè obmurmuraret, velut pro infante diſponit conjugemque, famulorum ope, in iiſdem conſtringit, ac furentem primo perpetuâ agitatione in ſomnum denique ac quietem compoſuit. Ita mulierem fabulam totius factam viciniæ, nullo facilius remedio, quàm ingeſta cunarum memoria, ab indignatione & querelis revocabat. Diſſimile in ſimili eſt, quod in Ducata Clivenſi Paſtor Odersheimius haud procul Gennepio, ad ruſticorum torporem caſtigandum, excogitavit. Hi enim, cùm pro concione dicentem, prolixæ orationis faſtidio, ſenſim templo ſubducti, ſæpius deſtituerent, Nativitatis Domini feſto, ubi omnes collectos videret, dicturus ad populũ, ipſe templo egreſſus, obſirmatis ſubitò oſtiis, volentes nolenteſq; triũ horarum oratione, per apertã feneſtram ex ſcalis

ad con-

ad concionem dictâ, ruſticos detinuit. Ita ſe negligentiam ſuperiorum temporum ſarcire aſſerens. *Hac ejus in officio ſucceſſor mihi Clivis facta aſſeruit.*

De Hildeſienſi Inferioris Saxoniæ Prædicante nota hujus temporis hiſtoria eſt. Hic veſperi digreſſus urbe, ad diſſitum haud procul pagum: & opportunam ſuis amoribus noctem ratus, obſcuro vicinoque amicæ ædibus dumeto equum illigaverat; ſed non latuit hic procus equuſque Pagi incolas. Illo etenim ad ædes ſuccedente, pro equo bovem ſubſtituunt (Bucephalum novi Alexandri diceres) eique apparatum equeſtrem inſternunt. Mox tumultu, velut adventantium militum, per viciniam excitato, in pedes fugamque meticuloſum venatorem conijciunt. *Qui*, ut ſtrato receptus bove, hoc, ad inſolitum onus & flagra mugiente, ac per invia rapto, brevi eques inter Vepreta excuſſus jacuit, ratuſque Dæmone ſe vectore, ſcelerumque ultore exceptum, quâ potuit viâ pedes urbem repetiit. Ubi, vulgatâ brevi fabulâ, ridiculum equitem omnium ſannis expoſuit. *Quod recenti etiamnum facinore, Coloniam literis perlatum accepi, ac plurium deinde iſtic habitantium teſtimonio firmatum eſt.*

Concludo hanc venam Ludovici Cortuſii Patavini Legum Doctoris teſtamento, quo cavit anno ſalutis 418. nequod in ſepultura ipſius argumentum luctus, ſed lætitiæ potius ſingularis ederetur. Quocirca omnem abeſſe pullum voluit habitum, ac præficarum vice adeſſe phonaſcos, tibicines, & citharœdos: ita quidem, ut ex iis quinquaginta funus præcederent, totidemque ſequerentur. Veſpillonum loco, duodecim integræ ætatis Virgines, viridi in cultu, ſandapilam deportarent, feſtivumque carmen accinerent. Ita novo exemplo funus viginti & centenis facibus, tanquam ad pompam nuptialem interlucentibus, candidique ordinis Religioſis ſtipantibus, templo D. Sophiæ illarum eſt. *Drexel in prod. Ætern.*

His opinor, exemplis non obſcurè vias, rationesque ad errorem facti aut rei introducendum perſpicies: nam. ut id facile præſtes, *aliorum, ſibi aliquid rei affingendum eſt, quod illi minime competit*, ut Eumenes hoſtiles literas ſuas fingit.

Eunus

Eunus voces proprias Numini tribuit, &c. *aut certè tollendum à re quod ipſi convenit.* Ita Iſinenias legatus adorationi Perſis uſitatè venerationem detraxit: procumbens, neceſſitate, non obſequio, *aut* denique (quod frequentiſſimum eſt) *unum alteri ſubſtituendum*; ut Papyrius fictam ſenatus quæſtionem, Mneſtheus literas, Fauſtus naſum &c. hoc fit naturæ; illud proprietatum alienatione.

## CAPUT V.

### *Vena tertia Alienatorum.*

TErtiam fontis hujus venam explorabimus, exemplíſque, ut cœpimus, lucem dictis adferemus. Illa videlicet eſt, *qua ad errorem faciendum rei propoſita cauſam, vel effectū, alienat ſive, quæ dat cauſam minimè cauſam, vel effectum minimè effectum*, quæ venæ priori haud abſimilis eſt, quòd, aut cauſam aut effectum rei à natura tributum tollere, ſit, veluti proprietates alienare: hoc ſolum diſcrimine noſcitur, quod cauſa & effectus tanquam extrinſeca rerum ſint attributa: cùm, ſuperiori venâ de intrinſecis rei affectionibus agatur. Porrò eadem ratione hæc fit alienatio, *aut ſubſtitutione alterius cauſæ, vel effectus; aut deſtructione ejuſdem per male negatam, aut affirmatam, de ea proprietatem.* Exemplorum appoſitione hæc erunt apertiora.

*Alienam cauſam inſolentiæ facti adhibuit* Zophyrus, Darii Perſarum Regis cliens ut errorem ſuaderet. Siquidem is, ut Babylonem, fruſtra jamdiu oppugnatam Regi ſuo aſſereret; auribus ſibi naribuſque præputatis, ad Babylonios tranſiit, fœdeque immanitatis, in præcipuum Ducem, facinus Regi fictè tribuit. Ita fidem poteſtatemque inter cives nactus, Regi denique, patefacto aditu, urbem aſſeruit, qui tamen unum ſe incolumem Zophyrum præ centum malle Babylonibus teſtatus eſt.

Sub Claudio Imper. Phraſmes Iberis præerat, cui, quòd gravis

gravis cum Mithridate fratre Armeniorum Principe ſimultas intercederet, Filius Radamiſtus ad ultionem Mithridatis ſeſe Patri obtulit: nam ſimulatâ cum Patre diſcordiâ, tanquam odiis Novercæ impar, ad Mithridatem patruum tranſiit; poſtque inſidias adornatas, ad Patrem, reconciliationis ſpecie, reverſus eſt, bellumque ex improviſò patrui regionibus intulit, ac prælio victum, ad certi federis conditiones compulit, cumque, gentis more, patrueles ac patruus pollices colligandos præberent, ut preſſum ex illis ſanguinem mixtum guſtarent: is cui vinciendi munus imperatum erat, cum defluentes in terram funes collecturus videretur, his pedes Mithridatis implicuit, itaque cum uxore ac liberis intercepit. Et quoniam, nec ferro, nec veneno ſe eos læſurum receperat culcitris oppreſſos ſuffocavit. *Æneas Sylvius cap. 39. . Aſia ex Strabone.*

In quo exemplo *errores plures pluribus ex venis derivantur*, Et cauſa quidem offenſionis, à Noverca ductæ, hujus eſt loci: ſimulata amicitia *vena prima* fœdus perfidum & mors contra fidem illata, *vena ſecunda*.

Neque *erroribus* minus implicatur, quod Conſtantino Britanorum Rege per ſicarios obtruncato, ſpectaculum dedit Vortigernus magnæ, inter Britannos vir autoritatis. Siquidem is, ut ſuo ingenio regnum moderaretur, Conſtantium Conſtantini filium (quem Pater rebus publicis ineptum Monaſterio addixerat) ad regnum populo aſſentiente, vocavit. hoc verò deinde per aſſeclas, quos ipſi è Scotis dederat ſublato, eoſdem illos tanquam Regis Sicariorum ultor egregius neci dedit, pari in gentiles paſſim conquiſitos pœna graſſatus, quo facinus ſuum, majori etjam facinore tegeret. Tum nepotem ex fratre Conſtantii Ambroſium populo exhibet, qui impuberem averſatus, Vortigernum Regem eſſe jubet. Porrò cùm Scotorum Pictorumque, injuriam vindicantium, armis ſuccumberet, Saxoneſque è Germania auxiliares poſceret, à Proceribus Britanorum in ordinem redactus, Vortimero filio regnum, & victoriam in Saxones ceſſit. Sed hoc brevi extincto, ex carcere ad aulam rediit. At Saxones jam hoſtes,

majori

majori vi ac numero reverſi. captum regnoque exutum in VValliam ablegarunt. Ubi ab Ambroſio Uteroque fratribus regnum ex Armorica repetentibus, victus & in arce ſubjectis ignibus crematus eſt, *Boetius lib.8.* Quot errores hic, fictis cauſis, nati ſunt Conſtantius Rex propoſitus, ut alter regeret. eadem de cauſa ſublatus, productus deinde Ambroſius; ſed nihil minus poſtulare eſt viſus homo vaferrimus, quàm quod poſtulabat.

*Effectum cauſa alienum laudabili errore cōjunxit Salomon.* cùm mulierculas dijudicaret, quarum altera alterius prolem in lecto oppreſſam, pro ſua ſuppoſitam, acceperat: nam ſimulata prolis vivæ diviſione, maternum alterius affectum didicit.

*Per cauſam non cauſam in errorem inductus eſt Italus* Piſtolenſis, qui poſt chartarum luſum veſperi exhauſtus à duobus ſociis pecunia, cum multis execrationibus ſeſe ad lectum ſomnumq; recepit. Huic illuſuri ſocii extincto lumine, velut inter chartarum luſus tumultuati cum excitaſſent dormientem indignamque ſe turbari, ludere etiamnum ſe ſimulant. Tum ille, ecquid inquit. an in mediis adhuc tenebris luditur? Qui, cum velut non noti pergerent. magis attonitus eadem repetit: Dum illi primum tanquam ſomniantem rident, denique alter jubet alterum propius ad lectum admovere lumen, (ſimulate) quærit. nondumne videat, qui cum iterum iterumque illis obnitentibus negaret, denique perſuaſus ſe ob execrationes à Deo cæcitate percuſſum, vota Superis varia nuncupavit (ſociorum conſilio) execratione omni damnata, moxque repoſita in conclavi candela, velut oculis ſibi redditis gaviſus eſt, non illepida fraude emendatior. *Balt. Caſtilionis in Curiali, l. 1.*

CAP.

## CAPUT VII.

### *Vena quarta Alienatorum.*

QUartam nunc venam pari curſu delibemus, hæc alteri tertiæque non admodum diſpar, *illa quæ rebus, ſeu perſonis adjacent, & adjunguntur ut ſunt mores, habitus, ordo, leges & ſi qua ejuſmodi, ſimili ratione ſubſtituendo diverſa, aut negando convenientia, vel oppoſita affirmando, alienat.*

Exemplum à Mulierum ingenioſo facinore petamus. Conradus III. Imperator ejus nominis tertius, Monachio Bavarorum Metropoli contra Guelfum Bavariæ Ducem obſidione preſſo, ſolis feminis urbe diſcedendi facultatem fecit, cum onere cui ferendo pares eſſent. Quæ cum omnes, inaudito hactenus ſpectaculo, contemptis opibus, viros ſingulæ proprios efferrent humeris, Imperator facti humanitate ac mulierum delectatus ingenio, & viros, & opes innoxiis reliquit. Certè indolem moreſque uſitatos mulierum factum hoc ſuperavit. *Bodinus in Præmio.*

Aſtutæ hic iterum feminæ locus. Semiramis ſervili conditione mulier, ubi Ninum Regem Aſſiriorum familiari conſuetudine ſuis jam implicatum amoribus teneret, unius ſibi velut per ludum jocumque facultatem optavit fieri: videl. ut die uno Regina ſoliū poteſtatemque regiam obtineret. Nec difficulter obtinuit. juſſi omnes Proceres juxtà atq; aulæ ſatellites illius, uno die, ad nutum ſervire imperio. Illa cùm levioribus primùm ſuos imperatis exercuiſſet, denique Regem comprehendi, vinciri, ac denique etiam occidi jubet, tam improbis mandatis, cùm ſatellites, ſive parendi religione, ſive odio in Regem ducti, obtemperaſſent: ex diurno diuturnum imperium conſecuta, geſſit maximis Regibus comparanda, muris & hortis Babyloniis, bellis etiam adverſus hoſtes feliciſſimè adminiſtratis celeberrima. *Sabellius & alii.*

Giges eo, quem, ex mortui Gigantis cadavere, annulum detraxerat, inviſibilem ſe tunc inter paſtoritios juvenes fieri intellexit, cùm obverſam annuli gemmam palmâ in

mâ includeret. Hâc annuli gratiâ, cum ex paſtore aulicus Candaulis Lydorum Regis, ejus uxoris ſpectandæ copiam nactus eſſet. Deinde & eadem potius, conſpiratione improba, ſeſe ad Candaulem interficiendum ab illa impelli eſt paſſus ex Paſtore Rex futurus, *Herod l. 1. Cic 3. offic.*

Normanni, Haddingo Duce, Italiam Anno ſalutis 857 ingreſſi, cùm Lunam urbem limitaneam contuiti eſſent: Barbarus hanc eſſe Romam falsò exiſtimans, miſit, qui oblata amicitia commeatum & hoſpitium rogarent, Principis tum morbum, tum baptiſmatis ſuſcipiendi deſiderium cauſati. Admiſſus ille ad urbem, baculo tanquam æger innixus pulchraque atque inſigni ſuorum coronâ ad baptiſterium deductus, ac ſolenni ritu inauguratus eſt. O perverſa pietas! ſpeculatus urbem, ad naves rurſum manibus famulorum deportatus eſt. Proximâ luce fama ſpargitur morte functum Principem, luctus toto exercitu ſimulatur, ac locus ſepulturæ poſcitur, apparatu deinde regio armatus feretro deponitur, perque urbem magno ſuorum comitatu fertur. Tum mortuus ille, loco opportuno, ſeſe feretro erigit, ac proximos quoſque aggreditur, milite Ducis exemplum ſtrenuè proſequente, dum urbs ferro flammaque pro exequiale funere ſepulta, in cineres abiret. Haddingus ingenti onuſtus præda in Franciam reverſus, cum Carolo Calvo fœdere ſociatus eſt. *Crant. lib 2. Norveg cap.* 4.

Comœdiæ propiora ſunt quæ adjicio. Tres Germani milites, cum Fuldenſis Cœnobii Procuratorem obviam haberent, munus honorarium, more ſuo, poſtulant Ille, cùm ſe negaſſet quicquam donariorum poſſidere, equo detrahitur, cogiturque flexis ad terram genibus Deum orare, ut egenis militibus aliquid largiatur. Deinde, excuſſis Procuratoris loculis, & bene multa illic repertа pecunia, illam auferunt, tanquam ſibi à Deo oblatam, ſimulque gratias pro oratione procuratoris tam efficaci referunt.

Plus audaciæ temeritatiſque habet, quod aliquot in furto collegæ Francofurti facinus aggreſſi memorantur. Ruſticum, neque ad fraudes natum hominem, quà minis, quà pollicitationibus ſibi adjungunt, ac Pontificii legati ha-

bitu induunt, & ut erat Italici idiomatis incapax, præter *ita* & *non*, aliud quicquam loqui vetant. Hunc illi igitur, velut pro aſſeclatum officio ſequuntur, ac præeunt, hoſpitium cum illo ſubeunt, lauteque diebus aliquot convivantur. Interea, adductis mercatoribus, pretioſa quæque in Legati hujus oculis explicant, atque ordine ſciſcitantur, hæc, illa, an iſta deſideret? quo ſubordinatis vocibus annuente, ſeponunt; atque efferunt domo omnia, ac deinde famulorum uni pecuniam ſolvendis mercibus ferendam imperant quo digreſſo, alii aliique conſecuti, domo atque urbe ſe ſubducunt, dum ſolus diu legatus hæreret, ac denique fraus pateſceret. Ruſticus ad pœnam vocatus ſi more ut cœperat ſuo conſtanter locutus eſſet, forte ſtultitiæ opinione vitam defendiſſet. Verum, ubi ille & ſe deceptum malis artibus quereretur, à laqueo parum abfuit.

Superat etiam quod anno 1643. Coloniæ me præſente evenit in familia religioſa, cujus nomini volens parco. Homo callidus, qui Comitem Polonum, ex Italia Coloniam tendentem inter Moguntiam & confluentiam duorum ſociorum uſus opera confecerat, atque inter detracta ſpolia præter literas annulum ſignatorium aliaque nobilitatis inſignia repererat Coloniam delatus, magnæ dignitatis viro perſuaſit, ſe Comitem Polonum eſſe, atque in via ſpoliatum egere præſenti pecuniarum ope, ex Polonia (quo literas deſtinabat) cum fœnore æs reſtituendum, quod ubi obtinuiſſet, atque urbem ad novum aliquod facinus deſignandum curiosè obiret, prægrandem in templo quorundam Religioſorum ex argento Crucem notavit. quâ ut opportune potiretur, Dominum ante memoratum adiit, ſeque rerum terrenarum faſtidio, atque ingenti Religionis certæ ſtudio teneri aſſerit. Ejus proinde operam intercellionemque poſtulat, ut in Monaſterio (quod nominabat) profiteri liceret. Neque difficulter, à viro Religionis amante, quod voluit aſſecutus eſt. Ipſe Prior domus, ut tanto hoſpite dignum locum cederet, ſuâ illi cellâ abiit. Ubi hoſpes pro 70. Imperialium daletorum millibus conceptas præſectaſque in Poloniam deſtinat literas. Magna

illorum

illorum exſpectatio & gaudium, omnia tanto patebant hoſpiti ad profeſſionem ordinis ſenſim ſeſe paranti, hoc nemo in templo diligentior: primus ille, ultimuſque poſt omnes hærere illic in genibus aſſueverat. Monaſterio ſibi per diem nonnunquam velut pro negotiis, excundi facultatem fecerat. Quid multa? nunquam exibat vacuus, etiam utiliores ex bibliotheca libros ſub pallio aſportebat, ſed ad crucem ferendam toto animo ſpectabat: hæc niſi feſtis & dominicis in templo expoſita non erat, tentaverat reconditorium ſed effringi non poterat. Feſto, ſub prandium, die, Cruce jam gravatus omnem explorabat abitum, cumque illa magnitudine ſua obtegi ſatis non poſſet, ut Ianitorem falleret: novus ille cruciger ſine cruce denique, ordinem locumque deſeruit, quòd deprehenſus aliam crucem formidaret. Biduo poſt a complicibus Moguntiæ captis accuſatus, fruſtra Coloniæ quæſitus eſt.

In his exemplis, niſi fallor, animadvertes, Semiramidem & Germanos milites ab ordine & legibus aliena aggredi: Gygen habitu corporis uti & Ruſticum & Haddingum, errorem inducere: alios moribus pleroſque fallere, quæ non obtuſo cerebro ad paria concipienda ſufficient, cum vafri alicujus & nequam hominis mores in ſcena exornandi erunt.

## CAPUT VII.

### *Vena quinta Alienatorum.*

AD quintam venam delibandam accedimus quæ modo ac ratione inducendi erroris à ſuperioribus tribus, plus aliquantò diſſidet, fitque *per alienationem rei à loco, aut tempore.* Circa quæ error fieri debet, per aliquam rei ad alienum tempus locumve applicationem; cùm aliter tempus locusve in noſtra poteſtate eſſe nequeant.

Hoc errore Thraces uſi ſunt, poſtquam ad Capidem paludem victi eſſent, ad Bœoros victores decipiendos: Nam

pacti cum illis dierum aliquot inducias, Bœotos, tanquam hoſtium ſecuros, ad ſacrificia lautaſque in caſtris epulas verterunt. Thraces interea ad fraudem & opportunitatem verſi noctu, ſumptis armis, Bœotos, ſomno ac vino obrutos, magnâ clade ceciderunt, quos cum Traces violati fœderis reos clamarent: hi ſe dierum non verò noctium, inducias eſſe pactos aſſerebant. Verùm hic error perfidia non caruit. *Polyænus lib. 7.*

Ita & Cleomenes Argivis & Chalcedonii Byzantinis illuſerunt; ut proinde apud aſſuetum fraudibus populum plus veniæ hic error mereatur.

Non multùm diſſimili errore Paches Hippiæ Duci Græcorum illuſit in Notii oppugnatione. Siquidem Hippiam ad colloquium poſtulavit, pollicitus vivum ſe illæſumque in urbem remiſſurum. Egreſſum verò cuſtodia detinuit, dum Notium vi occupaſſet, poſtea Hippiam incolumem reſtituit urbi, itaque ſatisfactum pactioni aſſerens, ultimò confoſſum jaculo interemit. *Polianus lib. 3.*

Plus laudis Cacani Regis Polorum error habet, quanquam nec reprehenſione careat. Hic in Carnia adverſus Longobardorum Ducem Giſulfum bellum ſuſceperat, quem ubi prælio victum interfeciſſet, Ducalem ejus ſedem Forum Iulii aggreſſus eſt Romilda Giſulfi uxor contemplata virum ejuſque amore capta, urbis liberorumque deditionem pacta eſt: modò eam ſuo thalamo acciperet conjugem. Accepta à Cacano, & urbs & mulier; ſed poſtquam levis animi feminam uno die ſuam feciſſet, ne promiſſa violaret; deinde militibus venalem dedit; denique palo per ventrem adacto, fixit, ſpectaculum omnibus perfidiæ & libidinis ſeriò caſtigatæ. Urbem verò funditus evertit. *Fulgoſus l. 7 c. 3.*

In his error per alienationem temporis introductus. Nunc & à loco aliena ſectabimur, & minus tragica.

Germanæ nobilitatis homo, Aquiſgranenſis Eccleſiæ demque Canonicus, ſecum in Italiam famulum traduxerat, qui cùm Genuæ à Domino aberraſſet, in hominem impoſtorem incidit, ex quo iter Romam verſus ſciſcitatus eſt, hic, ut animadvertit linguæ Italicæ ignarum, ad naves

cum

eum deduxit,tanquam mari commodius Romam deferendum, Simulque cum Navarcho,velut pro via paciſcens, hominem ignarum vendit, atque addicit remigio. Navarchus navi illum inter reliquos ſervos accipiens, denique catenæ atque operi fruſtra reluctantem affigit. Ita triennio inter ſervitia captivus,ultimò à Domino, Venetiis forte naves appulſas luſtrante,deprehenditur, atque oblato rurſus ære in libertatem aſſeritur.

Non illepidum quod Agrigenti, urbe Siciliæ, tempore Alphonſi Arragonum Regis celeberrimi evenit. Cæcus hic erat, numorum tamen ſtudio ac cuſtodiâ perſpicax. Quingentos aureos in agro defoderat, quos denique ſenſit à vicino advertente ſublatos eſſe. Quocirca hunc adit.fingitque aurum ſibi eſſe permagnum, quod certæ cuſtodiæ ad ſecuritatem demandare cupiat. Eſſe præterea aliud ſibi jam defoſſum: conſilium proinde rogare. Videaturne eodem loci cum alio,an diverſo defodiendum? Ubi fur,majoris ſpe prædæ ſtimulatus, uno potius utrumque loco credendum ſuadet; ſimulque feſtinat ad reponendum æs ablatum, ne fraus pateſceret. Cæcus non multo poſt adeſt; cumque vicinum haud procul advigilare non vanè arbitraretur,quod reperit, in ſinum collecto, exclamat. Amice,hac in re cæcus vidente fuit oculatior. *Fulgoſ.l.7.c.3.*

*Comicum prorſus* quod Coloniæ Ubiorum à Philoſophiæ ſtudioſis excogitatum eſt. Hi, nocturnas inter graſſationes ab excubiis pro foro antiquo ſtantibus, impediti; ſtatuerunt, fraude hanc moleſtiam ultum ire: Igitur,nocte intempeſtâ denſis freti tenebris, in anguſto ad forum vico tranſituque ſaccum expandunt lupularium? provocatas deinde excubias irritant ex his,dum ſtrenue unus alterque ſubſequitur, ad ſacci patentis fundum procurrunt, in quo revoluto fune ſtrictoque aditu impliciti, ridiculè ad ludibrium vicinorum jactati ſunt. Verùm non ſcribo adoleſcentibus imitanda,niſi in theatro, ubi mores diſcolorum exprimunt ad pœnam correctionemque vocandos. Hiſtoriæ improbitatis plenæ etiam dantur; non ut ames,ſed deteſteris flagitia.

## CAPUT VIII.

### *Vena ſexta Alienatorum.*

SExtam denique ultimamque hujus fontis venam aperimus. Cum videlicet *res à ſenſu ac ſignificatione uſitata alienatur: aut etiam rei ſic alienatæ cauſa alia, effectusve, aut proprietates tribuuntur.* Alienatur vero potiſſimum rei ſignificatio, cùm ambigua vox aut ſententia eſt, atque alio accipitur ſenſu, quàm profertur, aut cùm additur, ommittitur vel invertitur aliquid, quo ſignificatio mutatur.

Hujus generis illud eſt, quod Neapoli eveniſſe ferunt. Mangrella magni nominis advocatus, ob amiſſam Ruſtici cauſam ſtomachabundus exclamabat. *Iudices parũ ſano capite hanc rem dijudicaſſe* Ruſticus igitur paſſim queri cœpit de injuria, ex advocati ſui, ut agebat, ſententia, quem plus omnibus ſcire ac ſapere dictitabat. Quocirca ad judicium & pœnas vocatus, Mangrella ſuggerente, Crucifixi imaginem in ſinu abſcondit, & interrogatus, an non Iudices injuriæ, atque inſcitiæ arguiſſet, ſeque advocatum ſapientiorem & æquiorem omnibus habere jactaſſet? Cum ille, non negare, ſed educta Crucifixi effigie hunc illum Advocatum aſſerere, judices inexſpectata reſponſione circumventi, neque Ruſtico neque Advocato iraſci poterant. *Ens in Pauſilypo lib.*1

Rodericus Gutherius Comes à Ferdinando Rege Caſtilonis prælio victus captuſque, facultatem ſepeliendi fratris illâ pugna cæſi obtinuit, eâ lege juramento ſancitâ; ut fratre ſepulto, ad carcerem rediret. Hic, ne ad reditum obligaretur, corpus fratris aromatibus conditum, & in ſarcophago obfirmatum, unà ſecum, quacunque incederet, deferri inſepultum voluit.

Ex veterum hiſtoria de Magni Alexandri fraude conſtat, illum Caſtellum Indiæ perquam munitum obſediſſe. In quo Indi denique ſpe metuque adducti deditionem pacti ſunt, eâ lege; ut ſibi, cùm armis, incolumis vita & exitus eſſet. Sed egreſſos deinde Alexander ſuo exercitu cinxit

xit, oppreſſitque, fruſtra Indis federis religionem implorantibus; quòd Rex aſſereret à ſe tantùm de exitu, non de dimiſſione fidem datam, perfidâ ſanè, ac tanto Rege indigna fraude. *Polyen lib.* 4.

Ex Æſopi hic vita accenſere placet ceteris. Ille ad urbem divertens à Præfecto obvio fortè rogatus (quod exploratoris præ ſe ſpeciem ferret.) Quo iturus eſſet? cumque id ſe ignorare reſpondiſſet. Præfectus illuſum ſibi ratus, quàm mox hominem ad carceres rapi jubet. Tum Æſopus ad Præfectum verſus. Nunquid verè dixi, ignorare me, quo iturus eſſem, cùm de carcere mihi mentem non veniret. Ita Præfectus hominis ingenio ac prudenti luſu delectatus, illæſum dimiſit.

Aliquantò plus lepiditatis obtinet. Quod Herbipoli in aula Iulii recentis memoriæ Epiſcopi evenit. Morionem domi non infacetum alebat, qui cum graviuſ aliquando, in menſa, Principem offendiſſet, aulæ miniſtro præceptum eſt; ut quam mox hominem carceribus caſtigandum includeret. Simul igitur progreſſi ad carceris oſtium cum Morio, præter nudam illic humum, nihil quieti opportunum diſpiceret: ſubire detrectabat, dum illata eſſent ſtramina, alter ut hominem inflecteret ſtramen deferr, atque oſtium depoſiturus ſubit, quod Morio poſt tergum intrantis obfirmans: illic jam modò, inquit, opportunè quieſces ſimulque detractas foribus claves ad Principem, menſæ inter convivas adhuc immorantem, reportat. *Et hunc ægrè tandem*, ait *carceribus incluſi*. *Quid verò* excipit Princeps, *Tunc illum carceri incluſeris? Te ego illi includendum dederam.* *Ergo*, inquit Morio, *malè à nobis intellectum fuerit.* Quæ res omnibus profusè riſum, Morioni immunitatem peperit.

Ad hanc venam ambigui etiam error, in quo dubitatur: cuinam perſonæ tribuendum ſit facinus? revocari poterit; niſi magis placeat venæ tertiæ, ubi cauſa non cauſa datur, aſſignare.

Talis error Oſtendæ, oppido Flandriæ cùm poſtremò ab Hollando milite poſſideretur, evenit ut mihi ſpectator olim facti expoſuit. Mulier in foro ruſtica, quæ ne-

ſcio quid eduliorum venum dabat. Loculos ori mordicus attinebat, ne ſagacibus illic furibus exponeret. Obambulabant aliquot in foro militaris officii viri, quorum, cùm unus diceret: mulieri iſti periculum à furibus non imminere: alter ſubjecit, non defore ex ſua cohorte Anglos qui ignoranti ſubducerent: certatum utrimque aliquot cerevſiæ cadis in victorem militem conferendis: delecti igitur duo, ingenio ad fraudes nati, quorum alter, poſt agitata mutuò conſilia, à tergo: alter à fronte aſtitit: & hic quidem rem nonnullam licitatur, alter nonnihil ſe inflectens à tergò mulieris ſutas acri vellicatione perſtingit; ut illa, loculorum immemor, ore hianti exclamaret, ac poſt tergum ad autorem reſpiceret: quod dum agit, loculis à fronte ſubductis, in fugam turbamque ſeſe conjecit alter; fruſtraque dein muliere proſequente corbem alter cum eduliis ſubduxit. Ita quoquo ſe verteret mulier, fraudatam ſuis ſe rebus comperit.

Non minus ingenii ad furtum attulit alter Anglus, coram Thoma Moro, in regio judicio Anglorum, accuſatus, quem *ut Lipſius autor eſt*, cùm nonnemo defendiſſet, illos potius arguendos dictitans, qui rem ſuam malè cuſtodirent. Morus poſtero die, accerſito furi veniam fecit, modò defenſorem ſuum in judicio proximo ſuis privaret loculis. Accepit condirionem, cumque nova accuſatione velut jam damnandus urgeretur, facultate poſtulata, quò certa quædam, de uxoris liberorumque cura, in aurem Patroni ſui deponeret, ejus in ſinu tanquam ſecretiſſima commicaturus, ita arctè hæſit; ut explorarit ſimul, ſubduxeritque loculos ignoranti. Subinde Morus certam æris collationem, quam pridie indixerat exigens ubi hominem, ſuos fruſtra loculos quærentem, vicinoſque ac ſe cum admiratione & ſtomacho circumſpectantem intuitus eſſet, audiviſſetque de injuria etiam palam querentem. Næ te, inquit Morus malè cautum & pœna tuo judicio dignum ob incuriam. En fur quem defendiſti hoc te modo habuit. Ita ſuo exemplo rectius deinde ſapuit. Sed hæc ſatis & ad propoſitum noſtrum, & ad ingenium malitiæ declarandum. Utinam multi illam afferrent ad virtutem, quàm

ad

ad impia facinora ſolertiam! melior ſeſe ne bis offerret majorque bonorum exemplorum copia. Sed nemo illa laudet, niſi ſuo exploraverit tam in vita, quam ſcena exitu.

## CAPUT IX.

### *De productione & implicatione reperti erroris.*

DE prima inventione atque introductione erroris ſatis actum hactenus: nunc de ejuſdem productione ornatu atque implicatione agendum. Neque enim ſuis ſtatim vinculis ſolvendus atque exitu claudendus eſt error; ſed novis ille noviſque, velut argumentis oratio, magis eſt amplificandus; ut incertus attonituſque actor, velut in Labyrintho aberret neque redeundi, neque progrediendi rationes exploratas habens: dum caſus denique, aut conſilium aliquod ſubitarium, nec opinantem explicet, ſuaque in meta conſtituat. Quæ res non perinde difficilis, atque prima occurrit fronte videri debet illi, qui jam præcepta, quæ de errore inveniendo diſſeruimus, perſpectâ habuerit: nam erroris productio & implicatio, aliud nihil eſt quàm plurium errorum connexio, qui ex uno primùm introducto, veluti catenatim dependeant, quæ connexio, modò ex primo errore naſcitur, modò ratione perſonæ, cui ineſt, quæq; ad alia aliaq; conſilia factaq, vertitur, cohæret. Qui igitur primos invenire errores noverit, iisdem principiis alios deducet; oppoſitè ad perſonam, ejuſque; vel cum dedecore, vel cum dignitate conjunctas actiones: Ad quæ exploratius cognoſcenda, illa in memoriam revocanda erunt quæ ſupra de varietate erroris diſſeruimus. Nam *alius error incipit à perſona errorem patiente: alius à perſona & autore diverſo*, & uterque error, *vel ex ſimplicitate aut ignorantia* provenit: vel *ex malitia*. Quæ tamen diverſa eſt: quia perſona in errorem inducens ſimul & patiens, ex malitia cũ

fraude conjuncta non peccabit: nemo enim ſeipſum volens prudenſque decipit. At perſona diverſa, erroris cauſâ non patiens ſi malitioſè errorem ſuadeat, ſine fraude non ſuadet. Ex his deinde erroribus, cum *alius mutuus ſit perſonarum*, quo duo aut plures invicem implicantur: *alius ſimplex ſive non mutuus*, quo unius perſonæ actiones, licet aliis cooperantibus, involvuntur: videndum quinam implicationibus potiſſimum ſerviant, atque imprimis delectent.

## CAPUT IX.

*Error qui in ipſum inventorem retorquetur in implicationibus gratiſſimus eſt.*

Ille ſemper error magis ſpectatores Dramatum oblectat, quam ſua aut ſimplicitate, aut culpa ipſe erroris autor incurrit, cum error pœnæ inſtar ſit, qua delictum plectitur. jucundum verò ſit ſpectare autorem alicujus facinoris, à ſeipſo plecti, ut Amanem ſuo errore ſuſpenſum. Quod ſi tamen autor ex ignorantia nolens, & quandoque etiam in contrarium niſus, cum errorem metueret, inciderit; nemo quidem pœnæ, quam ſuſtinet, favebit: admirabitur nihilò minus, atque etiam cupidè errori cognoſcendo inhærebit. Uti in Oedipo evenit, qui cum maximè paricidium declinaret, nolens per ignorantiam incidit. E diverſo minus iſte error gratiæ obtinet, quem ex ſimplicitate, aut malitia alterius incurrimus. Nam veniam hic error in ipſo patiente facile meretur: niſi fortè talis ſit qui, aut arroganter exiſtimet, à nemine ſe decipi poſſe, aut ſua malitia deceptionem mereatur, præſertim ſi is fuerit, qui ſuâ alios fraude non rarò in errorem induxerit: nam par pari rependere, præcipuè cum abſque noxa id agitur, jucundè agitur. Quare in erroribus implicandis hoc inprimis agendum eſt; ut, ſi exſpectationem fallere optimis exemplis volueris, in autores ſuos error redeat, atq; iiſdem

erroris

erroribus non rarò tenentur implexi, quibus alios induxerunt. Hæc exemplis aliquot hiſtoricis clarius exponemus.

Manichæi in regno Perſarum ut Regem ſuæ ſectæ fautorem poſſiderent Phatuerſam, Regis Cabadis filium quem ſuis artibus occupaverant, ſublato parente, ſolio inferre moliebantur. Fraude detectâ, Cabades, omnes cum Epiſcopo ſuo Indagura convocat ſpe regni filio deferendi oblata. Præſentes in refertiſſima concione prolixis extollit laudibus, deinde in ſtationes diverſas ad filium ordine excipiendum diſtribuit, verùm illic gaudio plenos per immiſſum exercitum trucidavit, libris eorum flamma conſumptis. Ita Manichæorum ſecta in Peſidde interiit. *Paul. Diacol. 15. hiſt.*

Hormiſdas Perſarum Rex, cùm Baram Ducem ſuum victum intelligeret, abrogato illi imperio, veſtem muliebrem ſubmiſit, ſimulque legato per literas ejus interficiendi poteſtatem facit. Verum Bara literis occupatis corruptiſque militum concione accerſita, publicè legit Hormiſdam pleriſque minitari exitium. Quæ res omnes ad conjuratum Hormiſdæ exitium vertit, ſiquidem captum erutis oculis carceri perpetuo emancipant, Coſrhoe, filio Hormiſdæ, in locum ſubrogato. Ita *Zonaras*.

Quamvis *Cedrenus* Baram à Coſrhoe ad interitum vocatum aſſerat, quo iccirco ad Romanos tranſeunte, Coſrhoes à ſuis, & regno, deſtitutus fuerit.

Ioannes Iacobus Medices Hieronymi Moroni Mediolanenſis arcis Præfecti latus ſtipabat, adhibituſque ad necem viri illuſtris Hectoris vicecomitis eſt. Cujus facti Invidiam, ut in Iacobum Moronus averteret, ac veluti ſceleris autorem plecteret, in arcem Muſi cum literis amandatum, interfici à Perfecto jubet. Sed ut ſuſpicioſa improbitas eſt, apertam ſeta equina epiſtolam à ſocio (ut erat literarum rudis) ſibi prælegi voluit: comperto diſcrimine, ſublatum arte ſigillum, aliis literis adhibet, quibus arcis ſibi Præfecturam committi Morini ac Ducis imperio, aſſeruit. Præfectus, accepto literarum mandato, Iacobo arcem cedit; qui Moroni improbitate deluſa lætus, ita tamen in fide Ducis Cæſariſque adverſus Gallos & Helvetos præ-

clarè ſtetit,ut contra quamcunque vim defenſa arce, graviſſimis deinde expeditionibus adhibitus, præter Marignani Marchionatum & proregis in Bohemia titulum, familiam eo dignitatis evexerit,ut ad purpuram primò, deinde ad tiaram frater;ſub Pii IV. nomine acceſſerit. *Hieron. Cardin.genit.6.*

Funeſtiori aliquantò eventu conſtat quod ſubjicio. Macrinus Præfectus Antonini Caracallæ Imper. copiis, cum Caracallæ, in venatione abſente literas,ejus voluntate legeret,incidit in Materniani procuratoris epiſtolam quibus ille ſignificabat Mathematicorum ſe reſponſo compeiiſſe, Macrinum regno ac vitæ Cæſaris inſidiari; proinde hominem maturè hoc in ſcelere præoccupandum. Macrinus præſenti vitæ diſcrimine territus, conſtituit Imperatoris cæde ſuam prævertere. Ad hanc igitur Martialem Tribunum Cæſaris odio, ob ſublatum germanum, flagrantem conduxit: qui in receſſu deprehenſum, ubi ſine leonibus corporis tutatoribus erat, jugulavit. Macrino, hac occaſione, quamvis ex humili Maurorum genere eſſet, ad imperium vocato. *Sabel,lib:5.En.7.* Geminum huic eſt quod *Buchananus lib.4.in Chron Scotorum* De Nataloco Rege eorum 30. refert,hunc ex aulicis ad vatem miſiſſe, qui de fortuna Regis conſuleret,reſponſumque à vate, Regem à domeſtico interficiendum. Sciſcitanti verò à quo? à te reſpondit divinus. Tum porrò attonitum conſultorem ſtatuiſſe, Regem, priuſquam hæc cognoſceret,interimendum. Cæſo itaque quamprimum Rege,oſtendit quanto periculo divini conſulantur. Non diſſimile parricidium in S literis 4. Regum 8.in Hazael Syro, poſt conſultum Eliſeum Regem ſuum Bennedab interficientem.

Perſeus & Demetrius Philippi Maced.Regis filii occulta invidia diſſidebant, Perſei inprimis vitio,quòd populi favore fretum Demetrium ſublatum cuperet,ne regnum obtineret. Igitur proditionis cum T. Quintio agitatæ accuſabat,cujus explorandæ gratia, cum Philippus Apellem & Philocrem Romam legatos deſtinaſſet, hi à Perſeo corrupti fictas illius voluntate literas reportabant, quibus T.Quintius pro filio deprecaretur. Strangulatus itaque à patre

patre Demetrius. Verum ubi fraus deinde legatorum per Xichum miniſtrum patuiſſet, Apelles fuga elapſus eſt, Philocles interfectus. Peſreus à patre, ſubſtituto Antigono, exheredatus eſt. *Livius dec.4. lib 10.*

Privignus Novercam in bello Bohemico; quod Uratislaus Dux Lucenſis contra Bohemos ſuſceperat, conſulit, quæ eum in pugna cum Uratislao periturum aſſeruit, niſi primum ſibi obvium mactaret, atque utramque aurium præputatam in pera reconderet, ita enim ſalvum fore, paruit, obvioque ſublato, ad pugnam eſt progreſſus, ex qua, Uratislao cadente, incolumis ipſe rediit, ſed uxorem domi, quam deperibat, auribus mutilam pectúsque confoſſam reperit, hæc merces conſultæ de victoria ſagæ. *Delrius lib.2. diſq.mag.q 12.*

Par illud quod Roſtochii factum. Depoſitor pecuniarum, poſtquam ſuo loco amotam, ut putabat furto, pecuniam non repeiſſet, divinum adiit; rogavitque; ut furem oculi excuſſione notaret, quod poſtquam, digreſſo conſultore, à Mago ſolenni adjuratione factum, ipſe conſultor qui ignarus pecuniam amoverat oculum amiſit: dignus hoc, quod ſibi accerſiverat, præmio. *Delrius l.4 cap.2 q.6.*

Et hoc quod ſubiicio *comico tragicum* eſt. Gonellus Nicolai Ferrariæ Marchionis in Italia morio, cùm intellexiſſet quartanâ febri laborantem Principem, ſubito aliquo pavore conſternatum ſanari poſſe: illum de ponte in præterfluentes aquas egit præcipitem, qui caſus, & innoxius & ad ſanitatem illi profuiſſe viſus: verùm Gonellus temerarii facinoris pœnas exilio dedit, hinc tamen ingenio fretus rediit, curru alienæ ditionis terrâ pleno advectus. Negavit enim ſe contra legem exilii peccare, qui ſui Domini terram nondum pede contigerit: Princeps joco delectatus, recepit hominem, verum terrore viciſſim plectere decrevit: quare ad carceres, atque hinc deniquead publicum raptus ſpectaculum, cervices ſubijcere Carnifici jubetur. quod dum inter preces ac ploratus Gonelli agitur, ac denique nudata cervice, obligatiſque oculis velut ad ictum hæreret, pro gladio aquæ ſitula in colli nuda effun-

ditur. Morio ſecuris ictum ratus, ſolo terrore exanimatus concidit, magno Principis ceterorumque dolore.

Hæc in re præſenti ſuffecerint, ex quibus facilè intelliges, variè, per jucundam animorum ſuſpenſionem, in autores ipſos errorem poſſe recidere.

## CAPUT XI.

*In implicationibus mutuus error ſimplici præferendus.*

IN Dramaticis erroribus ad implicationem mutuus error præſtat ſimplici: tum quia oppoſitio hæc mirifice ornat, magiſque intricat: tum quia, ut diximus, jucundum eſt, fallentem falli, quod cum duobus potiſſimum modis, aut ab ipſis errantibus, ignorantia ſua implicitis; aut à perſonâ, errantes ſuâ aſtutia in lapſum inducente, fieri poſſit, prioris quidem modi exempla nihil habent ab iis diverſum, quibus ſupra, caſu, aut ignorantiâ ſuâ, errantes induximus: nam, uti unus ſuo errore implicatur, ita & plures poterunt. Exemplum haud multò ante in Ferrariæ Principe ejuſque Morione Gonello dedimus: alterius modi exempla aliquot ſubriciemus.

Legati Lacedæmoniorum Athenas, de pace acturi, venerant: quam, ex duobus Reip. viris principibus Nicia & Alcibiade, hic nolebat, ille cupiebat. Alcibiades, igitur, ut, & legatos, & niciam cum populo in errorem adduceret, ſuaque ipſe arte ad bellum frueretur: Legatos primùm adiit, ſuaſitque: non diſertè pacem offerendam ſuperbo & arroganti populo, qui illorum facilitatem, ad abjectas nimium conditiones pacis, traducturus eſſet, plenâ ſe poteſtate adeſſe etiamnum diſſimularent, ne orare magis, quàm offerre videantur, perſuaſit: nam in populi concionem adductos elatâ voce interrogat, an plenam in omnibus poteſtatem pacis cum populo Athen. ſancienda affer-

afferrent ? cum negarent. Alcibiades verſâ ad populum oratione. Quid hic credamus, inquit, qui in curia jam ante, me, ac Nicia præſente, omni ſe poteſtate firmandæ nobiſcum pacis adeſſe teſtati ſunt; quòd modo negant? *Legati* & Nicias inexſpectata re attoniti hæſerunt. *Populus* verò indignatione commotus, de Argivis in ſocietatem admittendis, & bello Lacedæmoniis decernendo Alcibiadem, contempto Nicia, audierunt. *Plutarchus in Nicia.*

Soldanus, Agarenorum per Longobardiam Dux, à *Ludovico* Imp. bello captus. Capuæque detentus, ob ſingularem prudentiam Imperatori familiaris, ſuaſit, ut, ſi Capuam & Beneventum poſſidere fide certiori cuperet, nobilitatem ſibi adverſariam urbibus eijceret. Cæſar ubi conſilium accepiſſet, Nobilitatem idem Soldanus adit mentemque Imperatoris aperit. Quare Nobilitas Cæſarem præoccupatura, eum ante excluſit, *S*oldanoque præmii loco, quod hoc dolo captabat libertatem obtulit. Verùm quid fraudulento habendum fidei, brevi docuit: nam collecto rurſum exercitu Capuanos, jam Cæſaris ope deſtitutos, aggreſſus eſt, magniſque multavit cladibus: dum anxiis ad *B*aſilium denique Imperatorem Conſtantinop. pro auxilio confugiendum eſſet. *Cuſpin. ex Zonara.*

Bonifacius, Africæ Comes, apud Placidiam Auguſtam ab Ætio, ipſius gloriæ invidioſo æmulatore, eſt accuſatus, quod in Africa tyrannidem moliretur. Placidia, ut præverteret malo, literis Bonifacium acceſſit. Sed hunc Ætius, amicitiæ ſimulatione, junctis literis monuit, caveret, neque ad Auguſtam ſe adduci pateretur, perfidiæ accuſatum eſſe. Quare Auguſta Bonifacium reſtitantem, velut perfidiæ reum armis contra inſtructis opprimere molitur. Verùm & Bonifacius ope Vandalorum fretus ingentem imperio ruinam minabatur. Dum amici. ad illum profecti, mirarentur tantæ conſtantiæ virum fidem fallere. Verùm ubi ille Ætii literis, de accuſatione perfidiæ. ſe monitum diceret, fraus patuit: quam tamen Placidia apud Ætium diſſimulavit: dum præſens Bonifacius ſingulari cum illo certamine commiſſus eſt, quo victus Ætius officio inglo-
rius

tius abiit. moriturus tamen Bonifacius uxori ſuæ Pelagiæ ſuaſit ut Ætio nuberet. *Sigonius lib. 12. Imp. occid.*

*Comicum eſt*, quod Gonellus Nicolai Ferrarienſis Marchionis Morio auſus eſt. Hic à principis ſui conjuge juſſus, ſuam ſecum ad aulam uxorem deducere. Monuit, ſurdam eam eſſe, neque alias quam elati clamoris voces percipere. Domum revertens, uxorem viciſſim admonet, inviſendam Principem, verum, ſurdaſtram eſſe, & contentâ prorſus voce compellandam. Ubi deinde in mutuum alloquiũ ventum, Gonellus Marchionem, de fraude commonitum accerſit, qui utramque clamoribus invicem contendentem profuſiſſimè riſit. Domina fraudem intelligens, indignanſque adeò ſibi illuſum: totum gynæceum armis inſtruxit, quibus in accerſitum Gonellum deſæviret. Is in medio deprehenſus, unum ſe, priuſquam verbera ingererent, rogare dixit, ut ſiqua in illis virgo non eſſet, prima in ſe manum verteret. Ita, cum nulla ex illis initium faceret, Gonellus evaſit. Alii hanc rem in aula Henrici IV Francorum Regis accidiſſe memorant. Sed & Jonæ Ferdinandi II. Imper. Morioni tribuitur, forte imitatione facti excogitatum.

Sed multis exemplis opus non erit: cum eadem ratione hic ferè error ab aliis in diverſas perſonas inducatur, dum videlicet dolosè oppoſita utriſque perſuadentur.

## CAPUT XII.

*De productione erroris, & implicationum nexibus.*

PRoductio erroris per replicas triplicaſque eiſdem modis fieri poteſt, quibus prima introductio. Eſtque vel unius rationis cum errore præcipuo, vel diverſi. Prioris generis exemplum eſt quale in Morocomio Romano (vulgo Paſſarelli) eveniſſe ferunt. Homo natione gallus Romæ poſt aliquot inſaniæ documenta huic carceri incluſus tenebatur.

tur: evenit ut Morocomium popularis Gallus inviſeret, quicum ille prudenter, ac familiariter denique, ſermonem miſcuit, perſuaſitque nulla ſe ſtultitia teneri, verùm creditorum & amicorum invidia atque inſidiis circumventum, illi mandatum cuſtodiæ: ut bonis ſecurè potiantur, orare, ut ſui patrocinium apud æquos ſuſcipiat Judices: obtinuit, & miſerante ſocio in libertatem aſſertus eſt, quam ubi aſſecutus, jamque ſocii poteſtatem nactus eſſet, arreptum capite atque auribus immanſuetè muro impegit, ſimulque admonuit, ſtulto nihil nimis fidendum eſſe. Quæ res ſtultum ad Morocomii rurſus anguſtias pertraxit. Ubi vides eodem argumento ſtultitiæ erroreque quo inſanus carcerem meruerat, ad eundem revocari. Sed hæc revolutio factorum erroriſque ejuſdem, minus grata in continuatione habetur: potior ille error, qui à priore diverſus varietate favorem conciliat. Hujus igitur nonnulla juverit exempla recenſuiſſe.

Vetus, apud *Hèrodòtum l. 2. de Rhamphinito Rege Ægyptiorum* Protei ſucceſſore (apud quem Paris hoſpitio exceptus fertur) hiſtoria neſcio, an fabula, memoratur; Ærarium Rex ditiſſimus ſibi fabricari, opibus deponendis, fecerat: illi faber quadratum inſeruerat lapidem, qui foris adhibitis machinis ſubduci, viamque furto aperire poſſet: moriens filiis duobus factum abs ſe manifeſtavit: qui ſæpius immoderatè regiis pecuniis uſi ſunt, ut Rex poſt ſeras novas, artemque omnem adhibitam; cùm furtum furiſque aditum deprehendere non poſſet, decipulas ferreas denique ſuper aurum explicaverit: his, ubi fratrum alter hæreret irretitus, & cum altero præſente fruſtra de ratione ſeſe explicandi, deliberaſſet, poſtremò ſibi caput præputari juſſit, ne autor furti agnoſceretur. Hoc facinore patrato, Rex ſuperveniens, magis etiam attonitus hæſit poſtquam ſeris obfirmatis omnibus, truncum in medio theſauri cadaver repeririſſet: Quid igitur? ut furti autorem indagaret, truncum cadaver publico ſuſpendi loco jubet; juxtaque obſervatores collocat, qui intelligant, ſitne qui agnoſcere, aut ingemiſcere videatur. Frater ut periculum amoliretur, utres vino plenos, eodem loci Aſinis inſtratos, de induſtriâ, laxat: ut excubiis,

excubiis accurrentibus vini affatim hauriendi occaſio fieret, quam avidè apprehenderunt, dum vino denique ſomnoque obruti vigiles, homini fratris ſolvendi noctisque beneficio ſubducendi anſam dederint. *Rhamphinitus*, re cognitâ, delectatus furis ingenio, publico edixit præcone filiâ magniſque regni donis potiturum, modo Regi ſe factumque aperiret. Fidenti venientique tanquam ſapientiſſimo juveni filiam magnis dotibus auctam elocavit. Conſule *Herod l.c.* qui tamen quædam ſupra fidem annectit.

Majorem fidem non meretur. quod *Cauſinus* noſter ſua in Aula parte 3. ad Caroli Magni Saxonum domitoris hiſtoriam refert: collectum, ut ait, ex variis hiſtoricis Crantzo VVitterbio,&c. Clodoaldus Daniæ Princeps, geminâ orbatus prole cum ejus recipiendi deſiderio diu vagatus, inter *Saxones* amicos hæreret, aptum in venatione proſecutus, eum in ſilva ſacra Idolo Irminſul interfecit atque iccirco excitate percuſſus, dum remedium ab Idolo quæreret, juſſus eſt immolare primo ſibi obvium. Evenit filium Hyacinthum (qui unicus illi ſupererat) occurrere, quæ res ingenti ſenis dolore accepta, exequentibus tamen cum Pontifice Idolorum miniſtris indulgenda fuit. Ductus ſolenni ritu ad Idolum adoleſcens à duobus equitibus viam obſidentibus, vi redimendus erat. niſi Papæ armis & vi majore Equites occupaſſen: ea denique lege, dirempta lis eſt, ut ſi Hyacinthum liberum vellent, poſtridie cum beſtiis, idolo ſacris, in arena decertarent, accepta conditio eſt. Ornatum ſpectaculum, progreſſi in arenam milites, alter nomine Iſchyrion, Fauſtinus alter. Emiſſus primò in Iſchyrionem ingens urſus. in quem opportunè velut in equum inſilit, exagitatumque per arenam, ut debil eſt capite, facilè ſuſtulit. Fauſtinus alium, inflicta clavâ, facilè confecit. Spectatorum pars applauſu, pars indignatione fremebat, quòd ſacris confectis animantibus magnam regioni cladem ſuperſtitiosè augurarentur, quorum etiam Pontifex iram magis ſuccendit; ut plures equitibus immiſſi percuſſores fuerint quos cum generosè, magnâ clade, exciperent, ne inulti occumberent, interceſſit Pontifex at-

que

que Idolo immolandos vinclis detineri juſſit. Hildegardis ſacrarum præcipua Virginum, quæ & pridiano certamini pro Hyacintho, & hodierno, pro vita ſuſcepto, interfuerat, Iſchyrionis indole ac generoſa virtute mirificè delectata eſt, quare conſilium iniit hos in libertatem aſſerendi. Igitur, uno alteroque aſſecla, velut ad viſendos captivos, ſub noctem carcerem adiit, ac de nomine, origine fortunaque Iſchyrionem multis percunctata, illum (ut ſe) in pueritia raptum intelligit, patriæ patriſque ignarum ac percupidum. Quare libertatem addicit: modò ſe in Daniam, quem locum ſibi natalem rebatur intactam, transferret accepta, dataque eſt fides. Verùm per æmulam Hildegardis Gerondam Pontifici detecta conſilia, qui cum ſubitò adfuiſſet, fruſtra ſeſe excuſantem Virginem diverſis carceribus mancipavit. Interea, dum victimæ tot Idolo deſtinatæ ſuum operiuntur exitium, de improviſo exitus patuit: nam occupatâ Carolus Magnus Saxoniâ, & auditis Clodoaldi Principis, de abducto filio, querelis, adfuere qui vinctos è carcere ad Cæſarem abducerent Clodoaldus jam cum fide orthodoxâ, viſum ruſus acceperat, quando ex inſperato recepto filio mirificè lætus: illorum, qui redimendo filio tantum diſcriminis ſubierant cauſam cupidè auſcultavit. Cum Iſchyrionem olim raptum atque à Paſtore Thoa, cum filio ejus Fauſtino nunc indivulſo comite, educatum, patriæ amore vagari intelligeret. Sanè, inquit, id temporis meus mihi filiolus Clodoalvus raptu interceptus eſt, prompſit ſubinde Iſchyrion gemmam, in qua pater Clodoaldus decuſſatam trabem familiæ ſuæ inſigne agnovit quod, & ſuo in brachio pater, & in armo filius natale illi genti circumferebat. Subinde & Hildegardis adfuit, &, pari natalium raptuſque expoſitione, parenti ſe probavit filiam, quam familiam deinde Carolus orthodoxâ imbutam fide, dirutiſque Idolis meliori Numini fortunæque addixit.

Certior exploratiorque multis hiſtoria eſt, quam de Euſtachio Romani Imperii, ſub Trajano, Principe ſtrictim ex Surio refero. Hic, poſt militiæ munera, domi venationi operam dabat. Cum inter cervi cornua intuitus Chriſtum, domum fidelis rediit: verùm omnibus, ad Iobi

exemplum,fortunis quam mox exutus,cùm exilium, junctâ uxore,& liberis *Agapio* & *Theopiſto*, quæreret: trajecturus flumen, uxorem nauta raptore, amittit: filiorum alterum lupus, alterum leo eripit,ita miſer, ab hominibus & fortuna deſtitutus,ruſtico ad pedum & ſtivam ſervire pro victu annis pluribus, cogitur. Evenit. ut novis bellis Trajanus hunc Ducem requireret. Igitur quaquaverſum miſſi qui latebras excuterent: neque fefellit perſpicaces quorundam familiarium oculos, repertus, atque ad militiam revocatus. ſub ſe merentes ſtipendia filios habuit. forte hi pro excubiis ſuam quiſque vivendi ſortem explicant, & ſe alter lupi, alter leonis ſubductum memorabat dentibus: quando mater, illic ſerviliter famulata, præſens ſuoſque agnoſcens, ad Militiæ præfectum, *Euſtachium* (*Placidum* vocabat) rem defert. Qui ubi,re intellecta,& matrem, & filios ſibi vendicaret: nihil magis ſtupendum, minuſque exſpectatum, omnis hominum memoria habuiſſe viſa eſt. Sed tragœdiam nondum plenè luſerat Euſtachus. Ita quidem bellavit, ut victor triumphanſque urbem ſubierit. At ſolenni ſacrificio Diis immolare detrectans, à furente Hadriano Trajani ſucceſſore æneo injectus Tauro,triumphum cum ſuis brevem, abſolvit,ut æternum inciperet. *Surius 6. Nov. Niceph. l. 3 cap. 19.*

Paucis adiicio quod Antoninus 2. part ſummæ Theol. tit. 3. c 2. memorat, Regem ſuperbum ad illa Deiparæ verba in Odeo templi muſice repetita. *Depoſuit potentes de ſede*, arroganter dixiſſe: Quis verò ille qui mea me ſede depoſiturus ſit? Neque multò poſt Rege ad venationem & balneū digreſſo, adfuiſſe Angelum; qui ejusq veſtibus moribuſque atque imperio aſſumpto, unà cum ſatellitio ad aulam ſe Regis contulerit. Miſer Rex à balneo veſtibus nudus atque affeclis deſtitutus; quo ſe vertat incertus atronituſque oberrat,denique ad regiam ſolus revertitur. minatur ſuorum inſolentiæ, obſtupeſcit ad novi Regis nomen, fruſtraque ſe contendit Regem eſſe. Nihilque agit, niſi. ut deridiculo ſit omnibus,velut homo mentis inops; res tamen ob veri ſimilitudinem dubiis ſermonibus ſententiiſque agitatur, dum accerſitum denique Regem, Angelus officii demiſ-

ſioniſ-

ſſioniſque admonitum, ſuam in ſedem rurſum admiſit. Hoc argumentum *Tragicocomicum* apud *Cellotium* poeticis implicationibus auctum tractatumque invenies, inſcribitur *Sapor admonitus.*

Tempore Henrici II. Gall. Regis Michael Vaumorinus Lutetiis natus, arte muſica celebris, parentem jam adhuc puer amiſerat. Furtorum ille reus, ac proinde notatus ſtigmate, atque addictus triremibus miſeram ſervitutem tolerabat. Hunc Neapoli in triremibus Michael fortè deprehendit, & quod Gallici ſermonis peritum offenderet, de patria ac ſorte hominis, ex familiari colloquio inſtructus, ſuum agnoſcere parentem cœpit, quem deinde vix multis precibus, & ære collecto in libertatem aſſeruit; ſed ut poſtea comperit, ingenio ac moribus omnino corruptum. Domum ubi veniſſet, atque alium cum uxore virum intelligeret, lis illi pro domo, uxore, ac hereditate nata eſt, quibus tamen alteri eſt viro denique prælatus. Subinde cum libertate ac ſorte priſtina, ad intermiſſa flagitia reverſus, furtis manum abſtinere non potuit: dum, gravioris demum ſceleris rèus, poſt triremes furcam promeruit. Huc non acceſſurus, niſi triremes deſeruiſſet, adeò multi beneficium, in maleficium vertunt. Iuvat & hic meminiſſe ex *Iano N. tio Erythreo* Ghitæ mulieris Aretii, quæ virum *Thophanum* & zelotupum, & ebrioſum ultura; pari ſe libertate in aliorum ſocietatem foras effundebat, nolens ſobriè cum ebrio vivere. Advertit vir, atque intentus remedio, ex more ſe, vino plenum, domum lectumque adire ſimulat, neque ſuæ oblita conſuetudinis mulier, foris in multam noctem ſuo conſortio intereſt, redeuntem maritus obfirmato exſpectat oſtio atque è domus feneſtra procul jubet faceſſere. Illa ad preces primum, eaſque irritas, deinde & minas converſa, toti ſeſe orbi viri ebrii perfidiam, ſuamq; innocentiam probatui â aſſerit, ſimul ad puteum ſeſe vicinum confert. In hunc, inquit, me præcipitem ingeram. Omnes, tuum hoc ebrioſi & ſceleſti hominis facinus eſſe agnoſcent: ita quam viva nequeo, poſt mortem quoque a te ultionem exigam, mox ingenti correpto lapide, hunc puteo ingerit, ſeque in latebras recondit. Vir ſuam eſſe

conju

conjugem ratus ad ſubſidium deſperanti ferendum, è domo provolat ad puteum Illa ſubitò è latebris ad domum ſeſe recipit, adductoque in repagulum oſtio, virum jam minis precibuſque aditum tentantem excludit, dum clamoribus tumultuque excita, velut ad cauſam audiendam, vicinia eſt. Coram hac ubi mulier intemperantem intempeſtivumque in reditu virum accuſat: quidquid pro ſua cauſa refunderet. *Thophanus* major uxori domum jam poſſidenti fides habita eſt. Conventumque cum lege de ſocietate & amicitia inter utrumque eſt: ut major deinde feminæ libertas, viro eſſet continentia.

Addo, quod in fide digno quondam autore legi, cujus mihi modo copia non eſt. Commilitones duo iiſdem ſub ſignis militabant, neque ætate, neque corporis habitu diſſimiles, horum alter conjux, alter liber, hic illius familiaritate ad intima quæque anteactæ vitæ, & agnatorum cognitionem pervenerat. Quare pertæſus militiam cum ab armis diſceſſiſſet, ut erat ſortis tenuioris, ad fortunas amici adjecit animum, ſperabatque fore, ut is caſu aliquo militiæ interceptus, domum non reviſeret. Perſonam igitur mariti indutus, adeò illius ingenium moresque finxit; ut, & uxor & liberi alterius tanquam domeſticum acciperent. ſoli filiæ aliquid ſemper & ſuſpitionis adverſæ, & animi minus benevoli manſit. Ita per annos complures vixêre: dum relicto bello verus dominus ſuas poſſeſſiones repeteret: ubi eum jam adeſſe maritum, ac denique familiarem ſibi collegam comperiſſet, vix ſui admirationiſque ſat capax, de injuria queri cœpit. Verùm tragicè à ſocio, velut inſanus, rejectus eſt. Ad magiſtratum lis delata, auditæ utrorumque cauſæ res adeò perplexa eſt habita, ut Judicum nemo definire poſſet, muliere præſertim ficto marito patrocinante, dum filiæ denique grandioris indicio obſervata in veri parentis cervice verruca aſſentiente matre, implicatiſſimam fraudem aperuit, atque alterum carceribus, alterum poſſeſſionibus addixit.

Hanc tamen hiſtoriam *Henricus Stephanus in apologia pro Herodote* in curia Toloſana Anno 1579. judicatam una cum lite deciſà aſſerit, impoſtorem Arnoldum Tilium vocat,

virum Martinum Guerre. illumque huic ſimillimum furcæ addictum refert, poſt geminam prolem è conjugio trienniali ſuſceptam. Sorores Martini IV. pro filiabus ad hanc litem adhibet. Quare huic per me licet fidem habeas.

Funeſto magis eventu clauditur, quod ſequitur. Veronæ Monteſcii & Capelleti familiæ nobiles capitali odio offenſæ diſſidebant. Evenit tamen ut Romeus Capelletus alterius familiæ Iuliettam poſtularet conjugem, ſuis potius affectionibus, quam parentum conſiliis ductus. His igitur licet adverſantibus, per hominem religioſum cum Julietta ſociatus eſt. Dum amicè convivunt evenit, ut Romeus Monteſcium quendam ſui invaſorum victor opprimeret. Quocirca ſaluti conſulere fuga coactus eſt. Julietta impatiens abſentiæ, aditu tamen ad fugam præcluſo, religoſum, nuptiarum conciliatorem, in conſilium adhibuit: quocum rem incredibilem eſt machinat (quid amor cæcus non audeat?) ſimulat ægritudinem, ac non multò poſt, ſoporiferâ potione acceptâ, moderante fabulam religioſo. ceu mortua in feretrum, ac deinde in ſepulcrum eſt translata; ut, fugæ opportunitatem illic nacta, ad virum tranſiret. Religioſus famuli ulus opera erat, qui fraudis ignarus, mortuam crederet, hic latebrarum, ubi Romeus lateret, conſcius, advolat, mortemque Juliettæ nuntiat. Nec ſegnis Remeus patente ad ſepulcrum aditu, cum famulo & face adeſt, conſpectaque Julietta, ſui illam deſiderio enectam ſuſpicatus, præſens ex pixide venenum, juxta hauriens, exſpirat. Julietta ſibi reddita, virumque ad latus conſpicata mortuum, educto illius pugione ſemet confecit. Religioſus ad tumulum ſerius, quam par erat, reverſus, infelicem utriusque exitum dolens conſpexit. (*Caſpar Ens in ſua Moroſophia.*

Utor nunc exemplo quod in vita. D. Jacobi Apoſt. apud *Surium* legitur. Hermogenes, magicâ olim arte celebris, indignatus Jacobum arti ſuæ offenſum, diſcipulos à ſua ſibi diſciplina ſubducere, unum, quem habuit peritiorem ceteris *Philetum* miſit, qui Apoſtolum confutaret Verùm ille, & voce, & factis admirandis Jacobi victus; ut Hermogenem

genem in eandem ſecum traheret ſententiam rediit, quo obſtinatè perſiſtente, eo deſerto, ad D. Jacobi ſe diſciplinam referre ſtatuit. Sed, arte Hermogenis, loco fixus immobiliſque adhæſit, quem D. Jacobus, ſubmiſſo per Puerum ſudario, liberat, his verbis *Dominus erigit eliſos. Dominus ſolvit compeditos.* Hermogenes in rabiem actus, Dæmones conjuratos adverſus Jacobum & Philetum deſtinat, cum imperio; ut ſibi utrumque vinctum adducant. Hos Jacobus flagitio intentos loco graviſſimiſque flammis affigit: dum pro libertate impetranda pollicentur, Hermogenem ſe captivitati, & manibus D. Jacobi adducturos. Itaque Dæmonum voluntati relictus miſer ſtringitur, victusque deducitur. Hic, à ſua deſtitutus arte, vim Divi admiratus, illud denique obnixè poſtulat; ne Dæmonibus, ut hi cupiebant, relictus dederetur. Quod cum Jacobus præſtitiſſet, ſuo contra vim omnem ſcipione oblato: Hermogeni poſtremo hæc Chriſti diſciplina viſa eſt digniſſima, quam ſequeretur: quod etiam, magicis libris flammâ conſumptis, Apoſtolique ſecutus monita, reipſa declaravit.

Qua arte Diabolus hominibus illudat, hujus ætatis exemplo, vivis adhuc teſtibus indubitato conſtat. Alſata nobilis à Benzenavv, dum Italiæ urbes luſtrat, Venetiis famulum, perquam ſibi, ut credidit, opportunum, nactus eſt. Hic promptus ad obſequendum, ad exequendum celer, ut iccirco domum illum ſecum abduceret, prædicaretque fidem ac ſolertiam, quam amiſſâ quandoque per viam pecunia magno regreſſus itinere, feliciter prompteque præſtitiſſet. Erat peritus artis ſartoriæ, ita quidquid domi veſtium eſſet, ipſius manu parabatur. Sed diſplicuit familiaribus, ſcurrilis obſcenuſque paſſim ſermo, juſſus proinde cavere malo, ſacriſque ad eſſe frequentius. reſpondit, operam ſe ſuam ad domino fideliter ſerviendum collocaſſe, in ceteris ſui juris eſſe. Verùm ubi inſolentia hæc domeſticis viſa eſſet intolerabilis, multorumque conſcientiæ vulnus daret; vocatum famulum Dominus acceſſit, pecuniam ſervitio pactam exhibet, monetque cedendum eſſe, quod impietatis vitio omnem diligentiam

ſuperet,

ſuperet, neque correptus emendet. Æs acceptum ſervus in domeſticos adſtantes partitur, argentoque ſe oberam ſuam locaſſe negat: animam ſui eſſe heri, quam ſpectârit aliquot annorum ſervitio, futuramque illam ſua in poteſtate fuiſſe, ſi herus à ſuſcepta conſuetudine recitandi indies ad honorem Virg. Matris *Salve Regina*, vel ſemel deſtitiſſet. Simul evanuit, atque horribili fætore domo tota effuſo documentum ſuæ originis & veſtigia reliquit. Omnibus verò quotquot in domo aderant veſtes (quas conſuerat) ſolutis ſuturis, ad imos pedes in terram defluxere. Filia ejus familiæ nobilis, cui & idem evenerat ante annos aliquot, Coloniæ præſens ſuo hæc teſtimonio, jam ante nobis audita, confirmabat.

*Comicum* magis eſt, quod de Gaſtrimarchia *in Alphabeto Diaboli l. Nies* refert, de veritate lectoris eſto arbitrium. Lambertus S. Ordinis homo ad malè ſartũ tenuis hoſpitis divertit ſtabulum; ubi gallina, quæ ſuperabat unica, lectuſque illi addictus eſt. Supervenit illius quondam ordinis collega Marcus, jam Calvini in ſchola Miniſter qui eadem quidem receptus domo, verùm menſâ & lecto ſocius admitti non potuit, execrari is & mille diris monachum devovere. cænare tenuius, & juxta lecti ſpondam accumbere: dum noctu urgente frigore & Lamberto, ut putabat ſopito, depoſitis veſtibus eidem ſeſe lecto inſinuat: alter diſſimulanter rem paſſus, de oppo:tuna ultione meditatur. Quocirca diem prævenit, atque dum Marcus ſomno immerſus ſterteret, ejus habitu indutus (quo ducenti penè Philippei tegebantur) equum conſcendit, ſeque præproperè ad cœnobium recipit. Marcus, diſcuſſo ſomno, & ſocium & veſtes fruſtra requirit: cappa ſe veſtire coactus, ne abiret nudus, omnia indignatione & clamoribus implet, hoſpes ratus, ſui illum deludendi gratiâ, Monachum agere: negat, ſua domo abiturum priuſquam ſatiſdetur. Ita coactus ære novo alterius impenſas redimere, quam mane potuit, domum ſeſe recepit ne ludibrio obviis eſſet, ſed evenit ut in Principis ſui venatores incideret, quorum canibus appetitus, ductuſque ſubinde ad Dominum pleriſque riſum, paucis dolorem incuſſit. Literas poſtea à Lam-

berto habuit, quibus ſignificabat notum eſſe quibus in duo cœnobia convitiis rapiniſq; jam nuper graſſatus eſſet, pecunias igitur acceptas tantiſper pignori fore, dum injuria ſarciretur.

Tragica magis ſubnecto, quæ cum admiratione fidem habent majorem. *Surius* ex autore ſui temporis hiſtoriam multis teſtibus confirmatam refert. 1. Mai die. Duos neque fortunæ, neque virtutis magnæ homines peregrino pietatis cauſa ad S. VValpurgim tendenti, (locus inter Coloniam Bonnamque medius eſt.) ſeſe adjunxiſſe ſocios. ac per meridiem quieſcenti proſcidiſſe jugulum, quem deinde, ut factum occultarent, alter humeris exceptum, viá ſtatuit abducere, verùm, excuſſurus onus humeris, tam adhæſit tenaciter ut nec vi nec arte divelli poſſet, ſocius viæ facinoriſque horrore in fugam conjectus abiit: alter mœrore plenus, ac ſuo proditus ſcelere vagatur, dum ab amico fortè obvio impetrat, ut is cultro educto fruſtillatim onus divellat; ſed & ille brachiis mortui tam arctè adſtrictus hæſit, ut in omnem partem, ad preces denique & vota D. VValpurgi facta ſe verteret: quibus ſolutus, deſperanti ſocio ad Rhenum uſque comes adfuit, ubi miſer vitam cum onere projecturus in flumen ſeſe egit præcipitem; ſed adverſus indignum pondus conſtans unda, projectum non admiſit. Quare & repentinæ mortis excluſus ſolatio, circa D. VValpurgim haud procul Colonia vagatus, ejus nunquam eccleſiæ fines tranſire potuit, dum ſenſim fœtore cadaveris enectus ſuccumberet.

Recito demum hiſtoriam, quæ & fabula haberi poſſet, niſi *D. Hieronymus*. In Epiſtol de Malchi Syri vita, omni fide dignus, ſuæ ætatis rem ſpectatam à ſe auditamque exponeret. Malchus erat, adoleſcens quondam, & parentibus unicus ad eremum, ab intentatis fruſtra nuptiis, transfuga. Verùm, ut tempore hic ardor refrigeſcit, à ſenis Eremicolæ diſciplina ad relictas defuncti patris opes partiendas aſpirabat, neglecto ſenis conſilio, jam viam abibat, quando à prædatoribus Iſmaelitis interceptus, cum aliis in ſervitutem abripitur Illic Saraceno ſeminudus, aliquamdiu paſtoris officio, famulari eſt coactus, poſtquam verò ſuam probaſ-

probaſſet operam, feminæ illum Chriſtianæ addicere conjugem voluit; quod cum recuſaret, propius nihil aberat, quàm ut gladio periret. Daticcirco, licet invitas manus, & ſemirutã cum illa, exceptus rupe, qua nuptialis claudebatur thalamus, eâ ſubito facti pœnitudine eſt motus; ut verſo in pectus ſuum gladio, ante vitam, quàm juratam Deo pudicitiam amittere decerneret, quod cùm mulier cerneret, orat ſe ut prius hoc gladio pudori immolet, & ſibi decretum eſſe caſtam ante, quàm talem mori conjugem. Ita utrorumque votis, ſine caſtitatis labe, firmata amicitia eſt, quæ Dominum falleret. Ergo de fuga ſimul capeſſenda, ineunt conſilia. Malchus geminos è grege hircos mactat, carnes pro viatico, inflati utres ſuperando flumini ſerviebant. His inſidentibus pedes remorum loco erant, tranſierant, jamque multum viæ confecerant, cum die tertio inſequentem à tergo Dominum conſpiciunt, quem in ſpeluncam profugi declinabant; ſed advertit, ac per oſtium ſpeluncæ ſervum, ut educeret, immiſit, qui dum clamoribus accerſit, leæna illic catulos alens, in Malchi conſpectu hominem diſcerpit. Supervenit ſtricto gladio Dominus, morantemque ſervum increpat; ſed à leæna, eodem loci occupatus, laniatur. Nihil jam Malcho ſupereſſe viſum, quam ut & ipſe cum ſocia interieret: cùm leæna, velut ſuis metuens catulis, eoſdem ore collectos ſpelæo effert, ſeque in fugam effundit. Ita in extremo diſcrimine deprehenſis caſtitas pro muro fuit. Subinde ſpecu egreſſi, utriuſque & Domini & ſervi camelos vectores nacti ſunt, quibus iter emenſi facilius, reliquum ætatis in eremo ſanctiſſimè exegerunt. *Dignus hoc loco D. Hieronymus eſt quem conſulas.*

Serviet huic loco etiam Comœdia ſymbolico faſcium ſchemate, Auguſtæ Carolo V. exhibita, quos Reuchlinus intulit, Eraſmus fruſtra compoſuit, Lutherus ſuccendit, &c. de quo vide Speculum noſtrum l. 6.

Hiſtorias dare conatus ſum, quod ex illis majori voluptate lector varias implicatæ actionis rationes habiturus ſit, quam ornatis humano tantùm ingenio fabulis. Tragicos hic errores, juxtaque & comicos aliquot in variâ hominum, cùm ſorte, tum genere expendes, & intelliges

E 2 M-

inter duos treſve pleroſque errores verſari, naſcique ex illo. quod agunt vitæ genus, idque vel perſonarum, vel *actionum*, vel *cauſarum morumve commutatione*. ut idcirco errores producere, ſit novos ex novis reperire, quibus protagoniſtæ implicentur. Horum verò plerumque occaſionem proximam ab extrinſeco aliquo caſu. oblatis literis, ſociis in via, aut hoſpitiis: hoſte, amico; vinculis, libertate; opibus, aut ſpoliatione: honore aut contumelia: ſubitaque cujuſque ſortis everſione naſci, multis exemplis manifeſtum eſt. Hæc tamen qui ex fabulis eleganti rerum viciſſitudine concinnatis haurire copioſius maluerit, is *Heliodorum & Apuleium* inter veteres, ex recentioribus *Barclaium* in Argenide, *Biſſelium* in Icaria, *Bidermannum* in Utopia adeat.

## CAPUT XIII.

*Productio Dramatum, eorumque errores, ficti an veri eſſe debeant.*

§. SUpereſt ut videamus, quid ad compoſitionem Dramatis aptiùs: ficta ingenio Poetæ, an vera & hiſtorica implicatio? Hanc ſi requiramus, res omninò perpaucæ ad Dramatis abſoluti perfectionem aſpirare poterunt. Illam ſi admiſerimus; præcipua, & gratia, & fructus Dramatum intercidet. Quis enim aut magnopere delectabitur, aut mores ad concinnatæ fabulæ imaginem componet? Enimverò exempla ſunt, quæ animos percellunt rerum geſtarum memoriâ. Fabula, niſi per ſimilitudinem, aut ſignificationem veri, nihil perſuadet. Hæc autem veriſimilitudo duplex eſt: quod res ſimilis ſit hiſtoriæ, ſeu rei geſtæ. qualis illa eſt divitis Evangelici horrea ſua implentis, ſed per mortem intercepti: vel quod ſignificationem rei alterius certæ ac veræ contineat, licet ipſa in ſe victa videatur: qualis illa Domini eſt, talenta in ſervos partientis, quæ donorum

niorum cæleſtium in homines diverſitatem exponit. Poterit tamen & ſimilitudo utraque in exemplo eodem concurrere, ut illo Regis debitori ſervo remittentis debitum, quod immitis exactor idem ſervus ab altero extorſit. Nam hoc exemplum & hiſtoriæ perquam eſt ſimile, & rem certam translatè ſignificat, peccanti videlicet fratri ignoſcendum, quemadmodum tibi peccanti dolentiq; à *Deo* ignoſcitur. Ad hanc claſſem etiam filii Prodigi & operariorum in vineam invitatio ſpectat, quod cum hiſtoriæ ſimilitudine myſticam veritatem conjungant. Hinc *triplex fabulæ genus* colligo. *Primum veriſimile*, alterum *veriſignificativum*, tertium & *veriſimile & veriſignificativum*. Quorum alterum primo, tertium utriſque præferendum eſt: nam primum tantùm imago eſt rei poſſibilis, ſive repræſentatio illius, quod eſſe poteſt. Alterum eſt imago rei certæ, licet diverſi generis, & metaphorica: rei autem certæ recordatio plus momenti ad occupandos animos hominum ſapientum adfert. Tertium genus cum utrumque poſſideat, merito excellit. Quocirca cum illæ fabulæ, quas in Comicis Dramatibus veteres produxerunt, primi ſint generis, ceteris neceſſariò, ipſa materiæ ratione, ſunt poſthabendæ. Siquid in his placuit impuris gentilium animis, voluptas eſt, quæ ex fictis ad hiſtoriæ ſimilitudinem amoribus naſceretur. Hos ubi ſubtraxeris, nihil magnopere (præter ipſam fortè rerum perplexitatem novis eventibus inexſpectatam) ad vulgi deſiderium æſtimationemque relinques. Et qui has ex recentioribus aggreſſi ſunt fabulas, ſine amoribus, vix aliquem lectoris plauſum merentur. Sed & alterum tertiumque fabularum genus, licet ad omnem vitæ humanæ actionem idoneum ſit, poſt hiſtorias tamen in comicis quoque æſtimandum eſt, cùm enim drama quodvis proximè mores humanos repræſentet, ad illos mens & cogitatio ſpectantium fertur; neque ultra quicquam deſiderat. Ita ex bellorum theatralium ſchemate, ad ſimilis belli aliquando habiti veritatem ſeſe transfundit animus, atque illic moratur. At in fabulis e. g. Gigantum cœlos oppugnantium, cùm non occurrat veritas repræſentati propria, translata rei ſignificatio, de fla-

gitiis humanis Superos oppugnantibus, ſpectari debet: ac proinde talis Dramatum adumbratio ſimilis eſt emblemati. ſive imagini figuratæ, quæ aliud, quàm tabula proponit, myſticè ſignificat. Quod cum difficilius aliquantò, obſcurumque nonnihil ſit, hiſtoriis in ſcena erudire, quàm fabulis præſtat. Quod ſi tamen fabulis eam veri ſpeciem imprimere liceat, ut vel eo quo geritur modo res, vel certè parum abſimili geſta cenſeatur: jam eundem penè fabulis, quem hiſtoriis locum facimus, præſertim ſi comico ſocco res exigantur: Ut enim ad moderandos in rebus tragicis affectus, plus ſemper ab explorata veritate, quàm ſuſpecta ponderis effertur; ita & in comicis, ubi ſolis te figmentis paſci videris, langueſcet impetus, & magna pars voluptatis intercipietur, quam perſuaſa veritas conciliaret. Videndum igitur quâ id nos potiſſimum ratione conſequi liceat; ut fabula in Dramatis, hiſtoriæ vim dignitatemque, per impreſſam veri ſpeciem, obtineat.

§. 2. Ita, hac in re, cenſeo ad perfectiſſima quæque Dramata, hoc quod in iis præcipuum eſt ex hiſtoria petendum eſſe *Ruſticus* noſter exemplo in Comicis tum etiam ollaria eſſe poterit. Illic præcipua Dramatis pars eſt Ruſtici in Principem mutatio, ipſo per ebrietatem ignorante, fal cta Philippi Principis auſpiciis, de modo, adjunctis, variiſque perplexitatibus, quibus hæc actio geritur, ornatur. implicatur; ſua Poetæ fingendi, ad veri ſpeciem, libertas relinquitur. Quæ cum veritatem hiſtoriæ non deſtruat, ſed explicet, ornetque: eandem, quam ipſa, dignitatem obtinet, cum enim aliquo geri res modo debuerit: Poetæ erit, ita ad verum rem componere, ut delectationi eſſe poſſit. Sic in *Ollaria*, rei veritas in defoſſa à filio ſub terris pecunia (pro qua Pater lapides ſubſtitueret) conſiſtit. acceſſit prudens monitum patris, tantundem ſub terra lapides, quantùm argenti maſſam præſtare. Hanc rem qui ſuis adjunctis perplexitatibus. aliiſque atque aliis eventibus expoſuerit. hiſtoriam in Dramate non deſtruit, ſed ornat, minus fidei aſſenſuſque habiturus, niſi ingenioſè fabuletur. Vis exemplis te doceam; quænam, quibuſque fictionibus

bus maximè idonea cenſeam? In Tragic s hæc imprimis, quæ raro aliquo triſtique eventu conſtant,quo potiſſimum ſcelera plectuntur. Refert *P. Adrianus Poirters in Larva mundi* Comitem, Machiavelli diſciplina imbutum, & parum rectè de animæ immortalitate ſentientem, (autor illi *Leontii* nomen tribuit) dum cœmeterium tranſiret, calvariam,quam fortè in via offendit, per ludibrium pede impuliſſe,his verbis additis: *ſi quis tibi poſt vitam ſenſus ineſt ac me intelligis inter convivas hodie ceteros mihi in cæna adſis* Inde progreſſus,domum ſubit menſamque cum reliquis deinde invitatis accedit: ubi dum epulæ lætis vocibus complentur,monſtrum aliquod oſſeum præ foribus adfuit, fruſtraque excluſum menſæ accumbit, invitatum ſeſe aſſerens. Leontius, & convivæ ceteri, terrore prope exanimati, hærent. Denique oſſeum hoc ſimulacrum Comitis Leontii ſeſe avum eſſe dictitat, qui veniat ut Nepotem ſuum de æternitate animæ dubitantem, certius erudiat, proinde jam nunc ad æternitatem ſecum tranſeundum, ſimul arreptum fœdeque laniatum ſecum abduxit. Hoc,ut aliis fictionibus exornes diducaſque, adjuncta perſonæ conſiderabis, ut quod Machiavelli diſciplinæ deditus: quòd mortuorum ſpretor; quòd vitæ præſentis, gulæque amator &c. ſingula tibi adjuncta fingendi rationes ſuppeditabunt. Fac enim illa ſectetur, quæ Machiavellus in pluribus abſurda tenuit. Hinc belli domique omnia illi pro voto affluant: perplexitates etiam in rebus penè deſperatis evadat, atque in ipſo ſe demique felicitatis apice conſtitutum putet, dum inexſpectata hæc illum cataſtrophe excipiat. Quod ſi alia guloſi hominis circumſtantia placuerit, Apicium tibi aliquem finge & ventris mancipium, qui paraſitis circumfluat foris venator,domi conviva, raro ſobrius, ſubditis omnibus ventris aliquod tributum imperet, cocis maximè ingenioſis, helluatoribus, bibonibuſque maximè ſtrenuis præmium & coronam decernat, convivas ſibi ex ſcurris, mimis, ludionibus & ſaltatoribus optimum quemque deligat: atque in illo ſuæ beatitudinis ſummam conſtituat, dum fatali

hoc exitu concludat. Alia ex aliis circumſtantiis pari ratione licebit diducere, illud hac in re providendum: maximè; ut ad illum quem tibi præfixiſti exitum, omnia ſpectent, atque in oppoſitum quidem primò nitaris, ut felicitate cumuletur ante, quàm infelicitas obruat: nam ab elato loco ſpectabilis magis ruina eſt. Porrò ad perplexas implicationes aliena ex repugnantibus paſſim eorum qui agunt, quæque aguntur inducenda ſunt, ita objices Comiti aut Machiavelli oſorem Philoſophum; aut parcum abſtinentemq; religioſum, &c. belli ſucceſſibus e.g. oppones infelicem aliquorum captivitatem & cædem, quam tamen occulta fraude redimat & inſtauret.

Alio rem exemplo hujus ævi declaro, quod fide dignus ſcriptor *P. Matthias Pauli* in Porta cæli ex ore ſpectatoris refert (Apud P. Henr. Engelgrave in Dominica Palm.) Pariſiis regali luxu nuptiæ agebantur, quas perſonati aliquot hiſtriones eleganti ſe tripudio exhilarare velle ſimulabant. Et verò fecere admiſſi, uſque adeò, ut ſponſus omne humanitatis officium deferret atque ut poſita larva convivis accederent, urgeret vehementius, at decretum ſibi eſſe aſſerebant, palam omnes latere; ſecreto tamen conclavi eam ſponſo facturos gratiam. Illic una jucundè epulati, denique & ſponſum in larva adducunt. Tripudiumque mortuale auſpicati ſunt, gratiſſimo omnium ſpectaculo. Tandem ut ſæpius ierant, redierantque, ſubducunt ſeſe, illo qui mortui perſonam ſuſtinebat, in terra deſtituto. Hunc ubi, amotis ceteris, monerent moventque nequicquam convivæ, immoto ad omnia homini larvam detrahunt, &, ô verè ludum mortualem! ſponſum eſſe agnoſcunt, mappa ſtrangulatum, facinoris autoribus fruſtra perquiſitis. In hoc infelici ſponſo, ut amantium æmulationem taceam, argumentum fingendi multis ſolenne, ſed cauto caſtoque Poetæ cavendum: alia tibi materies ab adjunctis diverſis ſuppeditari poterit, ut quod aliorum frequens illuſor fuerit, quod larvatis evagationibus, ſaltibuſque ludicris ad vitium deditus, nam uſitatum eſt, ut per quæ quis peccat per eadem puniatur. Eluceant præterea in illo hæc vanitatis argumenta, quæ in leviculis ſolent, dum

velut

velut conſtitut' in bivio deliberet an Deo reliquũ vitæ, malè hactenus actæ, conſecrandum ſit: an mundo vacandum? atque hoc denique ſuaſoribus parentibus, adverſus conſcientiæ (ſcelerum pœnitudinem ſuadentis) conſilium, ſtatuat. Perplexitates alienæ ab ipſius propoſito res perſonæque inducent.

§.3. Iam, ut in comicis uno alterove exemplo idem oſtendamus conveniet. Placuit illud Flandri ſenis. *de quo Beierlinck in ſuo theatro, tit. putatio.* Qui poſt diviſam filiis hereditatem, deſertus ab opibus liberiſque, cum paupertate luctabatur, ingenioſè denique eluctatus. Pecunia ex vicinis ad breve tempus collecta, ſuam in domum ad communes epulas liberos invitarat. His præſentibus, quidam acceſſit, qui velût ad grave negotium ſenem evocaret, à quo ad ſuum ſe conclave recipiens loculos nummoſque, non ſine ſtrepitu & admiratione filiorum excutere, deinde in arcam eaſdem cœpit colligere. Ad ſuos receptus, cum de argento ſolicita illorum quæſtio eſſet: reliquumne parenti tantum æris? Mirùm verò ſit, inquit, ſi inopem me prorſus exiſtimetis, qui ſcilicet in vos omnia profuderim, ſervavi hæc ad aliquem neceſſitatis articulum, tum ut illi liberorum ingratus non moriar, qui parentem in vita ſuis imprimis muneribus officiiſque, ut prolem decet, coluerit. Triplici arcam ſera firmavi, alteram majori è vobis natu, alteram Paſtori credam, tertiam mihi reſervo, teſtamento ad manum executoris transferendam. Vixit deinde lautius, certatim filiis gratiam occupantibus. Ventum ſub mortem ad reconditam patris arcam clavium ordine, quæ dum pateret avidè inhiantibus, præter fuſtem nihil oſtendit, cui hæc adſcripta legebantur. *Fuſte hoc dignus eſt qui opibus in liberos diviſit, ſeſe iis in vita ſpoliat* Alibi hiſtoriam hanc vidi, & impletam lapidibus arcam, legi quibus hæc inſcriptio addita. *Quod pietas non potuit, avaritia extorſit.* Hoc loco quis non intelligat Poetæ ingenio, & parentis in eos facilitatem, & impietatem illorum ad hanc hiſtoriam fictione exponendam eſſe? Ad cernendam hereditatem certè lautis promiſſionibus à natis inducendus credulus pater; tum iis obſequiis quibus ante cole-

batur negligendus, ad labores & ſervitia, dum illos in ſe parcos queritur, revocandus, furtim ſubducenda miſero ſeni, quibus, natis in luxu agentibus, vitam toleret, acerſendus alter in conſilium, & ad inſtruendam fraudem ſenex, &c.

Addo ex *Radero de Sanctis* duorum hiſtrionum exemplum prorſus comicum. Hi in conviviis & theatris colludiones, non minus vulgò gratiæ, quàm pecuniæ collegerant, ſed alter melioris vitæ propoſito, à theatro mundoque ad Eremum abſtractus; ſocium ignarum ſollicitumque deſtituerat, cui, dum res minus ex voluntate, ſine collegæ opera ſuccedunt; latebras denique, quas in profunda ſilvæ ſpecu adierat, ſociumque reperit. Hic ad promiſſa & preces verſus, collegam denique importunitate victum, ad ſe per demiſſum funem adduxit, qui ubi ſarcina ad iter collecta, jam illud ingreſſurus eſſet, de quibuſdam in ſpecu relictis angi, ac redire ad illam velle cœpit. Socius, ne facti dolente forte in ſpeclunca rurſum amittetet, ſe ad curam reducendæ ſarcinæ offert, igitur per funem demiſſus ubi eſſet, adducto Eremicola fune, acclamat ſocio. Manendum illo jam loco, dum ante actæ vitæ ſcelera digna pœnitudine eluat. Egit inſperatus hominem caſus primò in furorem, deinde ubi minas preceſque vidit irritas, neceſſitatem tempore in virtutis uſum conſuetudinemque vertit. Ita quem vanitatis quærebat ſocium, is religionis diſplina junctus, præclaro exitu malè cœptam vitæ comœdiam abſolvit. Res ſanè theatro digna, quam ornare atque intricare veriſimilibus implicationibus, etiam mediocri ingenio Poeta poterit. Nam & fingere illos, neque impari prorſus ingenio, quod ſolveret amicitiam; neque ad omnia pari, quod mutationem diſſenſumque tolleret, conveniet. Ludendi peritia, aut agendi excellat uterque, verum in partibus, ut hic actor, ille muſicus e.g. habeatur melior, arte ſua uterque delectetur, ſed hic ad uſum rerum piarum, ille vanitati magis impendat, denique is grave aliquod ſpectaculum in theatro molientem ex improviſo larvatus deſtituat, mutato cum rudi Eremicola habitu larvaque; ſub qua hic imperitè inſul-

inſulſeque hiſtrionicam agens a deluſo poſtremùm deprehendatur.

Hæc in multis ſufficient perpauca. Alia ſuperius exempla tradidimus, huic etiam loco idonea, quæ pari arte Poeta ornabit modò illa ſeligat, quæ rarò aliquo exitu conſtant, & ad virtutis æſtimationem ſcelerumque fugam ducunt. Alia exempla mutationi, per dramatis decurſum inſtituendæ, oppoſituna erunt: neque enim omnia ejuſmodi ſunt, ut Dramati conſtituendo ſufficiant, licet Poetæ ingenio diducta exornentur. nam quod Boicæ olim mulieres e.g. viros, pro indulta illis ſarcina, urbe expugnatâ extulerint, licet inexſpectatum ſit, mutationem nihilominus tragœdiæ aut comœdiæ, conſtituendæ, dignam non continet: pro erroris verò converſioniſque dramaticæ materia idoneum eſt. Hæc igitur judicio prudenti ponderanda erunt.

§. 4. Obſervandumque *primò* illud, ut præcipua Dramatis pars, quæ hiſtorica eſſe debet graviſſimam quoq; rerum converſionem, in melius, aut deterius complectatur, unde alias graviores pareſve Poetæ non licebit fingere: ita enim rei veritatem deſtruet, fidemque & affectionem ſpectantium imminuet. e.g. ſponſo à larvatis interfecto malè affinget, jam ante commiſſam immerentis cædem, ut hæc videatur quaſi in vindictam irrogari: nam hæc fictio hiſtoriæ ſubſtantiam vitioſè immutaret. Multò minus præcipua Dramatis pars ingenio Poetæ fingenda erit. Demus enim hanc tibi duorum fratrum Seſſeniorum in Gallia placere hiſtoriam, quorum alter Henrico Borbonio Navarræ Domino, alter Romano Cardinali à pedibus aderant: eâ vultus morumque uterque ſimilitudine, ut alterius alter vicem officiumque domi; nec obſervantibus quidem dominis, obiret. (*Caſp. Ens. in Pauſylip. lib* 2. Fingat verò Dramaticus altero delinquente & proditionis reo, captum alterum ſupplicioque affectum, hoc licet ingenio fingentis non careat; laude tamen carebit: quia veritate in ea Dramatis parte deſtituitur, cui affectus impendendus eſſet, qui in re ficta frigeſcet. Romanus ille adoleſcens, *de quo Val. Max.* l.9.c.16. qui filiū Cn. Aſſidionis

ipſe ſimillimus paterna domo expulit, majorem fingendi materiem & Dramati idoneam objicit: nam hos amicitiis primum conjungere, ac ſæpius permiſcere officiis poterit; quandoque & oppoſitis mandatis eidem illudere, aut diverſis idem munus imperare: alter, aut mulitari, aut munerari pro altero: domum poſtremo aut hæreditatem ad ire lautam, altero ad vilem caſam damnato. Hic enim nihil abs re facturus eſt: dum victis, veluti levioribus, ad grandius aliquod facinus præluditur.

§ 5. Deinde in fingendis epiſodiis ornatuque Dramatum finis motuſque, quem in auditoribus ſpectas, inprimis attendendus, hisq; etiam conveniens eſt error adhibendus. Si enim hiſtoriæ tragicæ præcipuus error, ſine vitio patientis, accidat; ut *Ioſephi* à fratribus venditi: miſeratione inprimis ſpectator movebitur. Quam affectionem ne imminuas, ſed potius accendas, Ioſephum nullibi fratres, niſi candore animi atque innocentiâ ſolâ offendentem introduces. Quod ſi verò metum horroremque ſcelerum ſpectantium animis incutere lubeat, e g. In ſuperbo *Nabuchodonoſore* aut ambitioſo *Abſalone*: jam non per ignorantiam peccaſſe fingendi ſunt, hoc namque ſceleris horrori detraheret; inſignem tamen miſerendi affectum non mereretur. Quare, cùm alibi errorem ex ignorantia, illi qui ex vitio eſt prætulimus; cenſuimus, illud Dramatum genus, quod ejuſmodi errore conſtaret aliis Dramatibus jucundius influere. quia omnis miſerendi affectio, cum aliquo ſenſu amoris nos conjungit patienti.

*Denique* nihil affingendum hiſtoriæ, quod veri quidem ſignificativum ſit, non tamen veriſimile. Quale illud mihi videtur eſſe exemplum partim hiſtoricum, partim fabuloſũ, quod *Ioannes Nies in Alph tit. ingratus animus. ex Matthæo Paris in hiſtor. Anglicana*, recitat de Ioanne Vitale cive Veneto, qui inter Venandum foveæ ſilveſtri immerſus triduo hæſit: dum Ruſticus è vicinia clamoribus accitus, contexto ex viminibus fune hominem educturus ſimium, leonem, ſerpentemque eidem merſum foſſæ prius educeret quàm Vitalem, quæ cauſa hominem territum procul à Vitale abegit, dum ſummis precibus ac denique

magno

magno auro, domuſque Venetæ promiſſione adductus, deſperantem foveæ ſubtraxiſſet Vitalem, poſtea liberum cum magna ſpe Ruſticus domum conſecutus eſſet, occluſas reperit fores manuſque. Ab ingratiſſimo homine in ſilvam rediens ſimium reperit grato opere ligna congerentem, tum captas haud procul à leone feras, denique præterlapſum Draconem, magni & fulgoris & pretii gemmam ore fundere, quam dum infra dignitatem parvo ære traduxiſſet: haud multò poſt, occultè reſtitutam gemmam apud ſe reperit. Re compertâ, de furto accuſatus, cauſam in ſenatu Veneto totam expoſuit, cujus æquitate ruſtico Vitalis adducta domus eſt, illo ad cauſam damnato. *Hoc* drama eſt quod hiſtoricum ea quidem parte fuerit, quæ lapſum Vitalis, & edicti de foſſa ingratitudinem complectitur. At feras Poetæ ingenium junxerit; quo humanam ingratitudinem illarum gratitudine extolleret, quod ſymbolicè, non tamen veriſimiter præſtitit. Talem autem fictionem ab hiſtoriæ ornatu proſcribimus.

§ 6. *Poſtremò* ac fingendi libertate notæ hiſtoriæ ſuiſque expoſitæ adjunctis (quales, vel ſacræ ſcripturæ ſunt, vel præſentis ævi) mutandæ non erunt. Nam fictio Poetæ occulta eſſe debet, quod enim fictum agnoſcitur, veriſimile eſſe deſinit. Si tamen (ut in hiſtoriis S. Scripturæ frequens) adjuncta ad rei expoſitionem neceſſaria paſſim non conſtent, tum accomoda fictio veriſimilis futura eſt. Exempla paſſim ſunt obvia. David enim quemadmodum urſum leonemque, denique & Goliathum proſtraverit: Joſeph quemadmodum venditus, repertuſque, ſat explicatè ſcriptura proponit, ut fictione opus non ſit. At qua ratione mutuis inter ſe odiis invidiaque exerciti fuerint Abel & Cain: quibus potiſſimum ſceleribus Balthaſar Rex fatalem promeritus ſententiam, tam enucleatè ſcriptura non tradit, ut opportunis fictionib. locus non maneat. Idē præſentis ann. 1649. hiſtoria conſtabit, quam publicè Londini in Anglia Calviniſtæ Puritani luſerunt, omnibus ita nationibus vulgatum, ut addere fingendo, ſine vitio hac ætate non liceat. Exponam breviter, rem in theatro ab Anglis præluſam, ut tragœdiæ materiam habeant poſteri, Ex quo Henrici VIII. Regis

Regis libidini favere contra Apoſtolicam ſedem fidemque cœpit Anglia atque ab una ad aliam devolvi hæreſin,theatra illic cruentis ſpectaculis minimè vacarunt. Rex denique qui hoc tempore Carolus Stuartus erat, Scotici ſanguinis, tanquam maleficus à ſubditis,publica in ſcena capite imminutus:ut qui à Rege error ceperat, in Rege Deo ulciſcente, plecteretur. Origo malorum à Regis in Catholicos indulgentia eſt,nam ubi Thomæ VVentzvort,Comiti Staffordiæ & Hiberniæ Proregi ſuaſiſſet. diſſimulatione potiùs aliqua religionis,quàm cruentis cædibus regnum moderaretur.Ille primo Anno 1641. à *Conſilio Regio* (parlamentum vocant) tanquàm Reip. proditor theatrum publicum ſuo ſanguine funeſtavit,Rege innocentis cædem, extortâ metu ſententiâ probante. Par cauſſa fatumque Archiepiſcopum Cantuarienſem VVilhelmum Laudium, Anno 1644. ſuſtulit, cum favere etiam Catholicis,licet acatholico,capitale eſſet. Subinde Regis Advocatus,cùm articulos à Rege ſeptè Conſilio majori proponeret, infamiâ publicâ notatus,magnoque ære multatus eſt, ut Rex ſe peti non obſcurè intelligeret,præſertim ubi maritimas urbes armari, VVarvicenſem Comitem 40. navium claſſem *Conſilio* juratam trahere, excludi urbibus ſe ſuoſque Eccleſiarum præcones complures hoſtili in ſe voce debacchari animadverteret. Tum enimverò & ſibi de armis proſpiciendum intellexit,quibus cùm minus feliciter uſus eſſet, ſuis ſe deniq; popularibus Scotis credit. Sed quæ fides humana ſit,ubi digna exulat? Hi *Conſilio* tradidere,iis tamen legibus,ut æquâ conditione Rex maneret. Verùm Illi haud multò poſt Regem vinculis,judicio,ſententiæ fatali,ac ſecuri deniq; in publico ſpectaculo Londini 9. Febr. ſubjecêre, poſtquam Calviniſticâ refectus cœnâ, inter ſonantes tibias vexillaque volantia, tanquam hoſtis triumphatus, à ſubditis fideiq; conjuratis carcere eductus eſſet. Ann 1649, nono Februarii. Quæ res,cum omnibus rei geſtæ adjunctis paſſim modò conſtet, fingendum hoc loco nihil magnoperè erit,ſi offenſionem ſpectatoris vites. Tantum de fictione dramatica, ejuſdemque implicationibus. Nunc de erroris ſolutione.

CAP-

# CAPUT XVI.

## *De erroris implicati ſolutione.*

SOlutio implicati dramatis erroriſque varia eſſe poteſt. Quæ abſoluta fine eſt,ſua natura ſæpè aperitur, agnoſciturque. Ceterum, vel ex cauſa,aut effectu; vel ex adjunctis qualitatibus,ac potiſſimùm ſignis manifeſtatur. Quod, ut facilius aſſequaris, atq;etiam ubi opus fuerit, imiteris fingendo: obſervandum erit, alium errorem in ſolo reperiri agente, quo ſeipſum implicet,qui cùm ex ignorantia admittatur (nemo enim prudens errat) per inſtructionem aliarum,aut experientiam propriam ſolvetur.Ignorantia enim, niſi per cognitionem, tolli non poterit

Talis error *hominis* erat *in Morocomio* Romano incluſi,qui P.*Gabrielem Vaſquez*, tanquam ſapientiſſimus ædis totius moderator, per omnes fatuorum cellas, nullo ſtultitiæ argumento deducebat,dum occurreret inſanus, in quẽ digito intento: *hic*,inquit,*Archangelum ſe Gabrielem fingit; verùm manifeſte delirat. Nam cùm Deus Pater ſim, equidem noviſſem à me miſſum eſſe,quod minime factum.* Eodem errore aberrabant *ebrii nautæ*,qui in navi ſeſe, tempeſtate ortâ verſari perſuaſi, omnia domo, ad navim vitamque ſervandam ejecerunt. Tali errore *Haddingus*, de quo ſuprà,Lunam pro Roma aggreſſus eſt.Hæc verò ignorantia denique à lumine rationis proprio diſpelli poterit, aut ſignis oblatis cum inſtructor defuerit.

§. I. Alius error eſt, qui, ab agente & inſtruente errorem, in alios introducitur, qui perfrequens omninò eſt, & vel *prudenti judicio*, ac diſcretione decipiendorum expeditur; vel *ex nota ſignorum obſervatione*. Judicio prudenti, ut cùm apud Regem Arragoniæ Alphonſum ſerva ex Domino filium ſe ſuſcepiſſe aſſereret, ſimulque libertatis (ut moris erat) ac thalami jura poſtularet, Domino factum negante, Alphonſus Rex exploran-

plorandæ veritatis gratiâ, filium ex utroque natum in ſervitutem vendi imperavit. Tum patet ſanguine & miſeratione urgente ſuum eſſe non diſſimulavit. Frequentior eſt ſignorum obſervatio. Ita poſt ſublatum à Cambyſe Smerdem fratrem, quem regni ſolio per ſomnum impoſitum viderat, inventus eſt Magus Smierdi ſimilimus; qui proinde, uſurpato ejus nomine, permultos reperit ſuæ temeritatis fautores, poſtremò à Patizide fratre Rex pronuntiatus, ſuperato Cambyſe, imperavit: neq; fraus, niſi ex diſſectis ſervili more auribus, (ut à femina compertum eſt) patuiſſet. Quocirca Darius copiis adversùm ductis. poſtquam regno victum dejeciſſet, etiam vitâ ſpoliavit. *Herod. libr. 3.*

Par ferè alterius fraudis ſolutio. Herode Judæorum Rege extincto, *Sidonius* adoleſcens, Alexandro Herodis filio, à Patre interfecto; perſimilis, ad regii nominis fortunam aſpirare cœpit. Nec defuit qui ſe fraudis ſocium faceret, prædicaretque, hunc eſſe *Alexandrum* ſicariorum manibus ſubductum. Quocumq; appelleret, in Creta, Melo, Puteolis, ac Romæ ingenti Judæorum favore atque ære exceptus eſt, Verùm Auguſtus, quòd & mores regiè parum cultos & manus opere duratas obſervaret, fraudem ſuſpicatus ductum ſeorſim adoleſcentem interrogat. Quædam ad hæc audenda impulerint? impunemq; illi fraudem fore promittit, ſi veritatem non celet. Ubi, cum totum doli artificium ſpe metuque ductus, expoſuiſſet: Cæſar eum, quòd valido eſſet corpore remigum ordini, ductorem verò ejus furcæ addixit. *Joſeph lib. 17 c. 14 antiq.*

Subijciam tertium ejuſ generis, ab aliis adjunctis ſolutum. *Philippus* Rex Macedonum *Xenophanum*, cum aliis Legatis, ad Hannibalem Capuam deſtinaverat, qui, cùm in Romanos incidiſſent, ad Marc. Valer Levinum ducti, venire ſeſe ad amicitiam cum Romanis ſtabiliendam à Philippo, intrepidê aſſerunt. Quos ille. tanti Regis amicitiâ lætus, humaniter complexus eſt: miſitque, qui eos, tuto ab hoſtibus itinere deducerent. Hi digreſſis Romanis, ad Hannibalem ſe contulêre, ut mandata ſui Regis exponerent. Inde, rebus cõfectis patriam repetentes, in Romanã claſſem.

litori

litori Calabrico adhærentem, incidunt: ubi Xenophanes, eâdem, qua prius arte, & fronte, Valerium Flaccum claſſis Præfectum detinet, neque fraus patuiſſet, niſi Legati aliqui Pœnorum ab Hannibale ad Philippum ſubmiſſi, noto gentis habitu ſuſpectam Xenophanis fidem reddidiſſent. Seducti igitur comites, injectoque metu conterriti, poſtquam fraudem aperuiſſent, Xenophanes Romam miſſus eſt. *Sabel l.3. Enn.5.*

Multa hujus argumenti exempla ſuppetunt, & in ſuperioribus reperies, non raro ex ſignis cognitis, nos in latentis veritatis cognitionem venire. Quare ubi ad errores quos fingimus ſolvendos aliud nihil promptum eſt, ad ſigna licebit recurrere.

§.2. Alius deniq; error eſt, in quo quis alios ſimul in errorem agit, ſimul ipſe patitur. Talis *Arabum* fuit, qui ſub *Michaele Paphlagone* Imp. Edeſſam quingentos camelos duabus oneratos arcis inducebant, munerum Imperatori deferendorum ſpecie, verùm hinc & hinc armati, incluſi erant: quorum unus, cùm ex arca interrogaſſet, ubinam demum eſſent: à mendico Armeno obſervatus eſt, reſq; ad Cæſarem delata, qui ſimulatâ viciſſim humanitate, duodecim Proceres legationis, urbe atq; hoſpitio excepit. Intereà verò digreſſus armatos in arcis confecit: deinde & Proceres, niſi quod unum auribus naribuſque truncum, rei geſtæ futurum nuntium remiſerit. *Cuſpinianus.*

Implicatius eſt, & erroribus, & ſolutionibus aliis aliiſque quod Ann. ſalutis 1426. compertum. Quando *Marcellus* quidam ex ordine religioſo Româ profugus, cum literis, ut fingebat, Apoſtolicis in Saxoniam venit, indulgentiamque ſcelerum iis, qui, pro redemptione captivorum apud Turcam, largirentur pecuniam, deferebat. cujus fidem, dum Epiſcopus Lubecenſis, datis Romam literis, explorat: compertum eſt, impoſtorem hunc, non ita pridem Venetiis, inſigni aſtu carcere, (quo ob ſimile delictum incluſus fuerat) elapſum. Nam ſimulatâ ægritudine, ut erat medicæ artis gnarus, à pharmacopola ſomniferam potionem exegerat: moxque religioſum ad ſe virum, confeſſionis gratiâ, acceſ-

ſit,

ſit,quocum illa humanitate egit,ut ſuâ etiam potione oblatâ acceptâque reficeret qui.ut biberat,ſenſim eodem loci in ſomnum devolvi cœpit,alto deinde ſopori immerſo veſtem Marcellus detraxit.quâ indutus ipſe, carcere, alio ſine noxa relicto,facilè egreſſus eſt. Quæ res cum Anglico Cardinali in Bohemiam miſſo explorata eſſet, accerſitum hominem vinculis attinuit, Coloniamque Ubiorum deduxit.Verùm is fraude non abſimili cuſtodes iterum deluſit, atq; in Monialium Virginum irrepſit Collegium: unde præmio centũ aureorum indici promiſſo rurſum eductus, Brulenſi in arce à Theodorico Archiepiſcopo eſt aſſervatus: ubi dum Princeps morbo teneretur, hic, quòd medicinæ ſcientiſſimus haberetur, ſpecie remedii Archiepiſcopo parandi elapſus eſt,auditus denique in partibus ſeptentrionalibus Epiſcopatum ambire,quo eventu non ſatis compertum eſt.*Cranzius lib* 11.*Sax c.*16.

Ex quibus facilè animadvertes:hos errores,ex ſignis pleꝛumque indiciiſq, conſtare, ſolvi illis, qui errorem patiuntur;ad inducentium errores, ingenque perſpicacia inprimis expediri.

§.3. Præter hos errores alios reperies›qui,vel ſeipſis,vel fallente eventu, vel tragico alterius partis exitu ſolvuntur, vel deniq; nullo exitu proditi latent. Seipſo error ſolvitur, abſolviturq; ſimul,illius Ruſtici,quem è vicinia fur hac arte deluſit. In vicini ſui bovile irruperat, verum, ſub crepuſculũ matutinum deprehenſus bovem educere:*mirum*,inquit alteri,*bos hic meus in tuum irrupit ſtabulum, quẽ ad nundinas educturus eram.* Homo,minimè malus fidem habuit,ſeq; etiam ſocium viæ addidit, cumq; adultiori jam luce,bovẽ agnoſceret. Profectò,inquit bos hic meus videtur, cui alter, ita verò aſſerit:tam tuo apparet ſimilis,ut videri poſſit,atq; iccircò inter tuam meamque uxorem de bove nata nuper contentio fuerit quod altera alterius pecus duceret,ut proinde litis vitandæ gratiâ vendendum duxerim.Ubi in forum ventum eſſet, ſimulatâ apud hoſpitem occupatione, proprium vicino bovem vendendum tradidit, qui ſubinde ad hoſpitium pecuniam detulit. Hic,poſtquam verſipellis ille

ſe

ſe ſuumque vicinum lautè habuiſſet denique foro ceſſit, ac popularem, tertiâ jam fraude deluſum, pro ſymbolo reliquit. De facti fide nihil ſtatuo, ſatis eſt exempli loco eſſe, ut pateat, fraudem, demùm, cum abſoluta eſt, quandoque aperiri. Alterius erroris, fallente eventu ſoluti, Artabanus Perſa exemplum eſſe poterit. Hic ut Xerxem cum filiis regno amoveret, vitam omnium hac arte aggreſſus eſt. Cum Mithridate eunucho ſanguine juncto Xerxem noctu in cubiculo trucidat: deinde ad filiorum alterum Artaxerxem progreſſus, fingit Parentem à Dario fratre ſublatum, proximumque illi inſtare exitium, niſi quantocyus fratri occurrat, & regni ambitione cæcum furentemq; opprimat, quare Artaxerxes præoccupaturus Darium, ſed fraudis factique ignarum, interemit. Dum deinde Artabanus inſidiis, vique omni in Artaxerxem versâ, filiis ſtipatus, eum aggreditur, verùm ictu minimè lethali, fallente eventu proditur. *ut Diog. lib.* 2. Quanquam *Trogus* autor ſit, Artaxerxem per Bacchabaſſum proditionis conſcium, admonitum eſſe, exercitumque belli gerendi ſimulatione contraxiſſe, cumq; armatus, cum Artabano incederet, breviorem ſe loricam habere cauſatus, Artabanum mutare volentem, armis exutum, confeciſſe, filiis ad carceres damnatis. *Sabel.* 3. *Enn* 3. Nos primâ erroris ſolutione exempli vice uſi ſumus: poſterior relatio tertio erroris generi, tragico exitu ſoluti, ſervire poterit; ſed hujus exempla paſſim ſuprà dedimus.

Ultimi erroris, palàm non ſoluti, Clodoveus Francorum Rex imago eſſe poteſt. Hic ut ſublatis aliis ejus regni Principibus, ſolus rerum potiretur, Clodorico, Sigiberti Reguli Colonienſis filio, ſpem regni à ſe tradendi fecit, modo patre è vivis ſublato, juris ſui fieret. Ita demens, regni cupiditate inflammatus, Patrem in ſilva Burconia trans Rhenum verſantem interfecit. Quo cognitio, Clodoveus legatos ad Clodoricum deſtinat, cumque theſauros illis paternos aperiret, ſecuri percuſſum interemerunt. Populo hæc facti ratio data eſt, quod impius proditor percuſſorque Patris, hac pœna dignus fuerit; præſertim cum tantum facinus

nus Clodoveo imputaverit Quocirca Clodoveus, tanquàm patronus Juſtitiæ, inter voces, lætoſq; militum plauſus clypeo ſublatus, atq; Imperator dictus eſt. Subinde Caraticum bello aggreſſus, unà cum filio, arte tamen magis, quàm vi interceptum, tonſumq; monaſterio incluſit. verùm fortunā ſuam immoderatius querentes, morte denique abſolvit. Poſtea Ragnacharum Regulum, Cameraci verſantem, pari fraude exituque circumvenit: nam proditorum beneficio amicum ſeſe adeſſe ſimulans, imparatum prælio vicit, captoque, una cum fratre, ignominiam vinculorum exprobravit, ne ſine crimine mori videretur. His, aliiſque ſubinde, pari arte, oppreſſis, regnum Galliarum ſolus occupavit. Exemplum rarum & felix erroris, ſi tamen felix dicendus ſit, qui cum ſcelere imperat *Signonius lib.1.6.Imp.occid.*

Gratiſſima illa eſt erroris ſolutio, quæ ab iis, qui errorem movent, aut arte fovent, ignorantibus ex improviſò offertur: qualis iſta Sidonii adoleſcentis, apud Cæſarem fuit. Quæ ſi novi deinde erroris in autorum caput retorti occaſionem præbeat: multò etiam futura eſt gratior. & ejuſmodi illa fuit Arabum in ciſtis latentium. Cavendi verò illi in fingendo errores ſunt, quorum deinde aptum, & de re natum non inveniamus exitum, ut idcirco numen aliquod è cælo accerſendum ſit, neque enim ingenii laudem mereri potetunt, quæ ingenii humani vires tranſcendunt. Quod ſi tamē per tragicos errores eò hiſtoria deducta ſit, ut explicari niſi divina ope non poſſit: non minus actori dramatico, quàm vero, ad opem Cælitum, licebit confugere. Tale Exemplum Bzovius in *Monil. Gemmeo.* Balingen in *Cal. Mariano* ad 7. Martii refert. Anno 1540. in Polonia Lublinii accidiſſe, Lanio erat Martinus nomine, cujus filius quadrimus fratrem bimum in cunis reclinem ludendo ita cultro jugulat, prout viderat patrem mactantem pecora, territus ſanguine, ac morte fratris in furnum poſt lignorum ſe ſtruem occulit, interea mater, domo abſens, dum redit, lignis ad ignem inſtructis flammas ſubjicit, natumque ſerius animadverſum non niſi ſuffocatum educit. Subinde mœſta, ut ad cunas verſa, novo alterius filii exitio, tantùm non exanimatur, ut vir domum repetens, tantamque uxoris maleficio cladem imputans,

putans, uxorem verberibus obruit, dum tertium funus adderet. Tam atroci deniq; motus ſpectaculo, nec levius quicquam, infami morte, veritus, Clarum Montem, locum Deiparæ ſercum, onuſta cadaveribus rhedâ contendit. Res mira: voto ſe precibuſq; ſupplicem ad Deiparæ pedes unà cum mortuis abjecit, atque ab illa Miſericordiæ vitæq; parente mierationem vitamque exoravit. Finio, atq; omnes mortales ad hunc vitæ fontem invito.

## CAPUT XV.

### *De ridiculis erroribus, ex aliquo rationis defectu ortis, Comœdiæ tamen idoneis, ſive verborum, ſive factorum ſint.*

PRæter errores in factis, alii etiam reperiuntur in verbis; ſed ridiculi ferè, atque ex ſimplicitate, aut ignorantia reſpondentis profecti. Unde comicas actiones non raro exornant Quare & hi nobis prorſus negligendi non videbantur jungemus tamen & quoſdam in factis ridiculos. Narrat Hierocles Philoſophus in libello facetiarum, adoleſcentum errores aliquot non illepidos, quorum alii ridiculis actionibus, alii verbis, alii actionibus ſimul verbiſque aberrarunt, de quibus Pontanum noſtrum conſule. *Obſervandum* verò ex iiſdem principiis, quibus epigrammata, atque errores Dramatici ſuprà expoſiti eruuntur, hos errores duci, hoc diſcrimine; quod illi cum ingenii, judiciique perſpicacia, hi cum aliqua aberratione mentis, & judicii, ita conjuncti ſint, ut præter omnium expectationem eveniant, opinionemque fallant. Exemplis res clara erit, quos iiſdem, quibus ceteros errores deducemus rivulis, ex fonte Alienatorum ductis.

*Vena I. Alienum quippiã à perſona adfert.* Ita Bertrandus Villæ regiæ in Francia, aliquando mortuum ſeſe eſſe vitio phantaſiæ perſuaſus: velut ſepulcrali pompa tumulatus, doloris

loris impatiens ſeſe erigit ac, væ iſtis, exclamat, nebulonibus, niſi jam mortuus eſſem. *Theſaurus recreationis hac & ſeq habet.*

Goulardus inter Gallos delirus Canonicus, cum audiret familiarem ſibi Biſontinum mortuum eſſe. *Non credo* inquit, *nam cum omnia mihi perſcribat, nihil ea de re literarum ad me dedit.*

Idem ſcriptis ad amicum literis, cum tabellionem non reperiret, ipſe viam ingreſſus epiſtolam detulit, ac quamprimum ſe domum recepit.

Calandrinus morio invitabat Pariſiis homines paſſim ad ſpectaculum, quo ſe publicè ad cælos evolaturum profitebatur, concurſus ad hæc ingens. ipſe, ex ſummo ædium apice magna omnium expectatione conſpicitur, denique ad frequentiſſimam concionem exclamat. Hui, ego me ſolum hactenus Pariſiis ſtultum credidi: jam verò tot eſſe video, quot hic præſentes adſtant, me etiam ſtultiores. *Quis enim dementior, is qui ſe volare poſſe aſſerit, an qui credit?* vos tamen ſtulto hac in re fidem habuiſtis, in qua nec ego vobis quidem prudentibus.

Germanus egregiè ſimplex cum arcis quæ obſidebatur intercipiendæ deſiderio teneretur, atq; intelligeret vix aliter, quam fame expugnari poſſe. Tribus ipſe quatuorve diebus abſtinens, queſtus denique eſt, *mentiri inſigniter illos, qui fame expugnandam arcem dictitent: ſe enim, jam extremâ aliquot dierum eſurie id fruſtrà conatum.*

*Vena 2. Alienum à rebus complectitur.* Tale eſt illud hominis ruſtici in portum feſtinantis qui, ut navis curſum nautarumque operam promoveret. apprehenſo fune nautico, qui ex malò pendebat, omni illum conatu protraxit. *Hierocles in libell. Facet. hac & plura ſeq.*

Nonnemo medico obvius, cui nonnunquam æger peculium auxerat, cum exiſtimaret parum civile eſſe tamdiu non bene feciſſe, medice inquit, *Ignoſce, mi Domine, quod diu non ægrotaverim.*

Alius domum venditurus, ex ea lapidem ad emptores deferebat, ut ex illo de ædibus arbitrari poſſent.

Adoleſcens urbicus, qui flumina nondum videart, poſt-

quam

quam caſu ad præterfluentem veniſſet, conſedit ibidem, dum à prætereuntibus interrogatus. *Quid illic ad aquam quieſceret? Expecto*, reſpondit, *donec preterierit ut inde ſecurus tranſeam.*

*Vena* 5. *Alienum à cauſa vel effectu continet.* Exempla *Hierocles* aliqua ſuggerit. Eques ubi ad navem deduxiſſet equum, illi deinde inſedit, rogatus cauſam, cur non illic equum feriari pateretur? Quia, reſpondit feſtino.

Samias, homo fatuus, cum hydriam capiti pulvinaris loco ſuppoſuiſſet, ac durior pro cubatione deinde videretur, paleis eam implevit, ut ſuavius quieſceret.

Ruſticus ut aſinum feſſum, quem & ipſe & ſarcina gravabat, exoneraret, humeris excepit ſarcinam, ac deinde aſino inſedit, ut onus ferentis ſublevaret.

Goulardus primo diluculo facturus iter, famulum, altâ etiamnum nocte jubet ſurgere. ac per feneſtram explorare venientem diem, qui cùm negaret, quicquam ſe diei animadvertere. *Stulte* inquit, *quin lumen accendis, ut tantò certius in tenebris videas. Theſaurus.*

Idem itineris expediendi gratiâ bonam auram operiens, cùm galli ſignum ex turri ſummæ ædis diebus aliquot obſervaſſet, dum vento faventi obverteretur, turrim denique, malleo, claviſq; inſtructus, conſcendit; & cauſam ſciſcitanti bus, inquit, *Gallum ſe eidem veſtigio clavis affixurum diebus paucis. quibus iter haberet, ne obverſus malam rurſus auram daret.* Alius minorem in flumine cymbam conſpicatus. *Mergetur*, inquit *ſi aqua creverint. Conſule Hieroclem.*

Recenti ſeſe pileo veſtierat nonnemo, cujus dum capiti adverſarius gravem plagam ferre minaretur, nudatum verticem ictui objecit cauſamq; inſolentis facti rogatus. *Caput*, inquit, *curari poterit: pileus diſſectus non poterat.*

Nonnemo moriturus cavit, ne communi cum aliis loco ſepeliretur. *Quia*, inquit, *intelligo eum locum peſte infectum.*

Studioſus alteri ſodali obvius quærit. Etiamnum viveret? jam diu enim eſſe quòd de morte ipſius literas viderit. Vivo, reſpondit alter, ita ſuperis volentibus. Non credo, reponit

ponit ſocius:nam qui mortuum te mihi aſſerui t ,majoris ſi-dei eſt. *Quidam* cum vinum ex vaſe malè curato deficeret, juſſus eſt obſervare, nunquid infra alicubi rimas egiſſet? Nihil illic vitii erit, reſpondit: nam Vinum ſuperiori parte deficere conſpexi.

Venditurus equum rogabatur. Nunquid timidus eſſet? Nequaquam,inquit,nam ſolus noctu dormire audet.

Quidam ad flumen obambulans,rogante equite.Ubinam flumen vadari poſſit? Ubique, reſpondit. Et hac quidem tuto tranſiturus es Progreſſus nonnihil eques, decipi ſeſe vociferatur.Mirum verò inquit alter: *nam frequenter anſeres multò te minores, hac tranſire conſpexi.*

Monasterii VVeſtphalorum,cum Ruſtici in lite Advocatus conceptam illi juris interpellationem prælegeret, inſertis linguæ Germanicæ latinis ſubinde vocibus Sciſcitanti Ruſtico,quorſum iſtæ voces? reſpondit mirè cauſam adjuvare,tum ille, viginti aliis depromptis ſeſtertiis,ut pro his etiam latina inſereret,orabat.

Aquiſgrani miles Anno 1650.candelam ex ara auferebat; deprehenſus, & qua cauſa ſacro cereo furtivas injiceret manus? poſtulatus.*Videbam* ait,*exarſuram,niſi auferrem.*

*Vena 4 Alienum à moribus legibuſve includit.* Ejuſmodi reus admiſit.cui ad ſupplicium ducto hauſtumq; poſtulanti, cū lector præbuiſſet:acceptare noluit:Et,ab honeſtiore, inquit,manu expecto,*quanta enim infamia res mihi futura ſit,quod cum lictore biverim?* Filius familias manè.in lecto etiamnum conſiſtens, vicinas illi uvas ſurrepturus erat, cum patre ſuperveniente eodem veſtigio oculos claudere ronchoſque cœpit ducere, ac rogatus, quid ageret, dormire ſe reſpondit. Quidam à cane ſecundùm manum morſu graviter læſus. *Fortunâ* inquit,*bonâ factum, quod togam, mordicus lacerandam,non attigerit.*

Vir pro conjugis ſanitate non exiguo pretio cum Medico pactus erat, ea lege ne quicquam, illa non convaleſcente, ſolveret. Uxor cum deinde egregiè ex Medici conſilio abſtinens recipiendæ valetudinis ſpeciem daret Vir de auro magis quàm conjugis vita ſolicitus: *Ut video;*inquit,*tu hoc agis,ut Medico multum debeam.*

i Abderi-

Abderitæ Aſinum qui oleum everterat, collectis tota urbe Aſinis, publico ſupplicio mactant. *Exemplum*, inquiunt, *ſtatuendum eſt quo reliqui cautiores eſſe diſcant.*

Quidam ex morbo, quo moriturum Medicus dixerat, ſanatus, & Medicum deinde obvium videns, ſeſe ſubducere conatus eſt, cauſam roganti. *Pudet*, inquit, *me etiamnum vivere cum tu moriturum aſſerueris.*

Suſpenſurus ex laqueo ſeſe, cum fracto fune excidiſſet, Capite inter caſum læſo, chirurgum adiit ſanandæque plagæ emplaſtrum accepit: mox rediit, ut cautius ex trabe ſe ſuſpenderet.

*Vena* 5. *Alienatur res à loco aut tempore* Exemplum eſt adoleſcens, qui ubi corvos ducenteſimum etiam vivendo annum contingere intellexiſſet, corvum emit atque illius, inquit, veritatis experimentum capiam. *Herocles in libro facet.*

Nonnemo in ter natandum aquis penè ſuffocatus, jam ereptus periculo jurabat, *aquas ſe deinde nunquam ſubiturum priuſquam natandi peritus eſſet.*

Quidam in navigatione à Nauclero horam diei explorabat, cumque is negaret, id ſibi certò compertum. Mirum verò, ait, ſiquidem domi meæ tam exploratè id teneo: tu cum hac navi tot annis utaris, quomodo denique ex ſole affulgente id ignoras?

Cum viator per declivem viam iter habuiſſet, reverſus haud multo poſt, eâdē ſemitâ, per acclivem. *Mirum*, inquit, *unde hic ſubitò mons extiterit cujus nullū antea veſtigium?*

Herus in foveam delapſus, unde ſine aliorum ope nullus patebat exitus, famulos haud procul abſentes inclamat, qui cum ſubitò non parerent. *Nemo*, inquit, *ut video aderit: niſi ante egregiè illos verberibus multavero.*

Ægrum amicus gravi morbo decumbentem inviſebat. Huic gratiam deinde habiturus æger. *Utinam*, inquit, *brevi te in ſimili morbo inviſendi occaſio detur!* Tum alter, *malo tibi iterum hoc, alio tempore, beneficiū præſtare quàm accipere.*

Quidam in tempeſtate maris naufragiſque periculo deprehenſus miniſtros ſibi præſentes, eâ ſpe, ſolatur, quod, ſi occidat, illis teſtamento partem hereditatis relicturus ſit, non animadvertens eodem illos naufragio perituros.

*Vena 6 ſignificationem rei alienat.* Hujus exempla quædam ſuperius huic loco opportuna opportunè dedimus, & in Alluſionibus Epigrammaticis invenies. Unum alterũque oppono. *Pater* cum immorigerum filium his vocibus compellaret Apage ſis, tu magne nequam: qui tanquam magnitudo in ſe, non verò nequitia culparetur reſpondit, tu verò Pater major me es. Quo ſimul reſponſo mores parentis notavit.

Et Hæreticus ex Catholico ſciſcitabatur, cur tot faces in templo media luce ſuccenderent? *Quærimus*, reſpondit ille, *calices quos vos abſtuliſtis occultiſq; in latebris condidiſtis.* Macer item & pediculoſus homo, cum multum cibi abſumeret: Ne miremini, inquit, quandoquidem familiam numeroſiorem hinc alo, quàm Romanus Imperator.

His concludo: neque ut nugarum hinc peritus abeas, id exigo: Sed ut opportunè in comicis & ſine rubore noxaq; pudoris, ſine vulnere alieni honoris, his quandoque ſimilibuſve exemplis ludas; quæ innocenter & proloqui, & audire caſtas aures licebit. Quare ab illis te inprimis ludis nugiſque quæ ſcurarum magis, quam Poetarum ſunt, abducere molior. Et liquidum in his ſenſum voluptatis reperies, & ingenuæ mentis offenſionem vitabis. Utere, & ſi placent, arride.

## CAPUT XXII.

*Quænam inter Dramata, ſeu vera, ſeu ficta, plus minuſve à vitio abſint; & quanta in Dramatibus reperiatur varietas.*

Reliquum eſt, ut, cùm in comicis tam fictæ, quàm veræ actiones locum reperiant, videamus; an, & quemadmodum illæ adhibendæ ſint, ut per implicatos errores opportunè producantur. Tum deinde quæ illarum in ſpecie ac forma varietas eſſe poſſit. Univerſim præmittendum

dum eſt. Actionem non unam tantùm, ſeu veram, ſeu fictam eſſe debere; ſed & quantitate certâ, eaque non magna definiendam, ne locorum temporumque diverſorum rationes confundantur, e.g. legis hanc hiſtoriam Tragico Comicam *Ex hiſt. Montis ferrati & Parad. puer P. Philippi Barleymont. p. 1. c. 14.*

Joannes Cerinus Serrati Montis Anachoreta vicini Comitis Barcinonenſis filiam à malo vexatam genio in libertatem vindicabat, eâ causâ, cùm diutiùs ſecum verſaretur, familiariter illa uſus atque abuſus denique, ut crimen tegeret, jugulatam aquis merſit. Facti demum pœnitens ad ſummi Pontificis pedes delicti veniam orat. A quo manibus pedibuſque reptare in patriam ſpelæumque vicinum juſſus neque unquam cœlum intueri, dum infantis voce nuntiandam ſibi miſerationem Dei impetraſſet. Septennio hanc vitæ rationem tenuerat, cum toto hiſpidus corpore, humique reptans pro fera ab ejuſdem Comitis Venatoribus deprehenſus, ad aulam abſtrahitur, ubi in ſtabulo aliquamdiu nutritus eſt. dum convivis fortè exhibitus, articulatâ per infantem voce, cœlo jubetur expiatum pœnitentia caput attollere. Unde à Comite agnitus, atque in prædictum Montem remiſſus vitam ſanctè abſolvit

In hac igitur actione repræſentanda, neque lapſus in Eremo primus, neque veniæ apud Pontificem exoratio, neque ad ſpelæum commigratio, in theatro exhibenda, multo minus ſeptennii pœnitentia erit. Hæc enim nimis diſertè locis inter ſe diſjunctiſſimis affixa ſunt, Sed à Venatione qua compertus Cerinus in aulam Comitis inducitur auſpicandum, præterita vero per narrationem variorum exponi poterunt.

*Actus* itaque *primus* fundamenta ceterorum complectatur, hoc eſt gaudium Comitis ob novam a Deo prolem, loco alterius amiſſæ acceptam, tum deinde interceptum Venatione Cerinum.

*Actus* 2. Cerinum in ſtabulo ſub Curatore pecorum proponat, ritu pecudum habitum, atque ab aulicis ludificatum. Inter quæ Cerinus ſortem ſuam exponat, Deoque injurias omnes ad ſatisfactionem offerat.

*Actus* 3. Anchoreta qui Cerinum clam in ſpelæo, paſcere ſolitus erat, ſuperveniat, feramque hanc tanquam ſibi propriam vendicet; ſed à Miniſtris deriſus, quod Satyrorum cura Eremicolas non deceat, à Cerino vero, ne ſe Comiti prodat, exoratus repellatur.

*Actus* 4. Convivalis apparatus à Comite inſtruitur, ad ſaltum Cerinus exercetur, ſed ineptitudinem gravibus flagris expiat. Unde ejus, qui hæc obſervabat, Anachoreta migrans hominem eſſe conteſtatus eſt, & collegam quidem ſuum; verùm trepidante ad hæc Cerino tanquam prodito, & ridentibus aulicis, quòd recipiendæ feræ gratiâ hæc fingere crederetur, nihil obtinuit.

*Actus*. 5. In ludis convivalibus productus denique Cerinus ab infante prodigioſè manifeſtatur. Comite ad tam inopinatum caſum territo atq; ad vindictā ab umbra filiæ inflammato, ſed denique ad pietatem inflexo & ignoſcente.

Minus ſane hæc actio ornari per epiſodia poſſet, niſi omnia illa, quæ extendere poterant, reciſa ultimæ huic parti excolendæ locum dediſſent. Sic in Nabuchdonoſore in feram mutato, non licebit, tibi primam ipſius in feram converſionem, cum ultima ad humanam formam regnumque reductione conjungere. Nec Euſtachii liberorum amiſſio ſimul & recuperatio in idem Drama cogi poterunt, tum quod ab explorato temporum intervallo ſeparari vix queant; tum quod abſolutam ſingulæ fortunæ mutationem contineant, omnemque epiſodiorum elegantiam proſecutionemque congeſtæ enervent. Hæc paulò diſertius, exemplo etiam monere placuit, quod plures hac ætate in hunc ſtimulum impingant.

Cui vitio alterum in fingendo magis imperitorum affine eſt, qui paſſim Virtutum ſcelerumque fictas perſonas inducunt, atque hoc ſe pacto egregios ad Epiſodia concinnanda artifices exiſtimant, ſimiles cani Æſopico, qui re neglecta prenſabat umbram.

Nam & fictis hiſce perſonis veriſimilitudinem, quæ ubique fingenti ſpectanda eſt, præpoſtero conatu deſtruimus, & vim præcipuam affectuum, quæ in agendo dominari debet, elidimus. Neque enim hinc e.g. Ira, inde Moderatio, ſeu

ſeu metus. Humanâ ſub imagine in hanc illamve partem conſilia rationesq; ſuppeditans,aut tam proprie vereq; æſtuantem inter hos affectus hominem exprimit, aut tam ſeriò actorem movet. Qui ſpectatorem raró,niſi ipſe motus, commovebit. Quare hunc oculorum magis apparatum, quàm animorum theatro amovendum cenſeo : niſi fortè imperitæ alicubi plebeculæ ſervias, quæ ſolis hæc judicia oculis abſolvit, magnique facit, quidquid cum apparatu magno,ſtrepitu theatri, noviſquein repræſentando figuris conjunctum eſt. Verum aliorum ignorantiam noſtris vitiis fovendam non exiſtimem.

Fateor tamen ejuſmodi offerri materiam poſſe, quæ harum perſonarum fictionem poſcat. Demus enim illud pro Dramatis nobis argumento propoſitum eſſet, quòd Salomoni à Deo Sapientia, ad illius votum oblata fuerit; aut, quod Iuſtiniano (ut Eccleſiaſtica fert hiſtoria) mirificè eadem deſponſata fuerit. Illis quidem rectè finxeris oblatam à Carne Voluptatem, à Mundo regna & gloriam, à Pluto Opulentiam, ſed contemptis hiſce propoſitam àDeo acceptaſſe Sapientiam,quæ una omne ſecum aliud bonum traxerit:ceteris omnibus ſub jugum & poteſtatem redactis, ita quidem,ut Voluptas Dolori,Gloria Ignominiæ, Opulentia Inopiæ,mancipetur.Sapientia poſtremò utrumq; omni felicitate,cujuſque conditioni propria, beet. Nempe comperta utriuſq; hiſtoria faciet;ut hac fictione exponere Poeta videatur illa,quæ vero ſint propiora.Par ratio futura eſt:ſi aliquod,vel ex ſacra Scriptura, vel etiam ex humanis diſciplinis,aut caſibus actionis fundamentum ſumas,e.g.Reconciliationem humani generis per Chriſtum*, in illis ſcripturæ verbis proponas:*Miſericordia & Veritas obviaverunt ſibi,Iuſtitia & Pax oſculatæ ſunt.* Aut monendi necesſitatem omnibus impoſitam, ex illo Horat. *Mors æquo pede pulſat pauperum tabernas Regumque turres.* Hæc enim cum in unam aliquam actionem,eamq; quoad ſubſtantiam rei geſtæ veriſſimam conſpirent,à theatro proſcribi non debent præſertim cum finem ſuum qui in moderandis animi affectionibus conſiſtit,inter reliquas facilè aſſequatur.

Quod ſi tamen in hiſce Dramatibus vera aliqua perſona

excitari poſſit, quemadmodum in parabolis Evangelicis à Chriſto factum, dum Prodigum, ſervum nequam, vineæ Dominum, Patrem familias rationes exigentem &c. induxit, plus omnino gratiæ habitura res eſt, quia non tantùm vera, ſed etiam veriſimiliter quo ad modum rei geſtæ, exponitur. Sic aliquando mihi placuit in theatrum inducere Philoſarcum & Euthymium fratres: illum ſtultum atque hujus diſciplinæ à Patre traditum, hunc ſapientem & fratri moderando præfectum. Quorum ille quidem *Corpus* noſtrum, hic *Animam* figurabat. Senſus illis quinque famulabantur, ex quibus alius Paraſitus, puta *Guſtus*; alius Leno, ut *Tactus*, alius Citharœdus ſeu Muſicus, Pharmacopœus, Explorator ſeu Nundinator nempe. *Auditus, Odoratus & Viſus*. Quorum tres illi, Paraſitus, Leno, & Pharmacopœus inprimis Philoſarco ſervientes, alios Euthymio magis addictos, ſuam denique, cum ipſo Domino, in partem adduxere; iiſque, quibus ante Philoſarcum vinculis adſtrinxerat, detinuere quæ imago quædam eſt Animæ Corpori ſervientis. Verum inter ſua denique facinora intercepti, atque à Iudice damnati ſunt Philoſarcus quidem, quod fratri prudentiori obſecutus non eſſet, Euthimius quod obtemperaſſet ſtultiori.

Qua in fabula errores atque implexiones, tum à ſervis, tum à Dominis ſe mutuò circumvenientibus, induci facilè poterunt. Certè ut nulla deceptio eſt, & traductio ad virtutem, aut vitium, quin ab aliquo ſenſuum originem ducat; ita ſi per Gulam potiſſimum ſeducere utroſque decreveris, Paraſitus præcipuas artes parteſque Dramatis ſuſtineat, ceteroſque ſibi famulos ad hoc miniſterium conciliet. Si per luxuriam vel Acediam obruas, Leno dominetur, aut Citharœdus: ſi per invidiam aut ſuperbiam Explorator viſus. Quod ſi unum alterumque jungere placeat, miſcere actiones erroreſque licebit. Cavendum tamen, ne inopem te copia faciat, & dum multa (ut in præſenti ſe offerunt materia) proſequeris, nullum rectè exequaris. Porrò non inelegans futurum eſt, ſi in parabolis hiſce, per ſcenas mutas res ſignificata. v. g. de Anima & Corpore hoc loco oculis objiciatur, brevi etiam carmine ad expoſitio-

poſitionem adhibito, ut non tantum aures, ſed & oculi paſcantur.

Sunt deinde nonnulla quæ etiamſi palam fictas perſonas & actionem per ſe ferant, tamen quia ſingulatim res veras imitantur, gratiam habent. Ita varia diverſorum ebrioſorum ingenia, in Bachi ſchola, à nobis exponuntur, tam præcipuis Dramatis hujus perſonis, quàm actione generali ficta, quia hanc ad unitatem quandam contrahere neceſſum erat. Ita etiam Morocomium ſub unius Sapientiæ aut Apollinis, aut Morotrophi Præſidis cura licebit inſtituere, ut diverſorum omnino ſtatuum ſtultitia exponatur, cureturque; e.g. Principum in accumulatione opum, honorum, regnorum, cum tot hominum oppreſſione: aulicæ ſervitutis, Mercatoriæ fraudis & laboris: parentum erga liberos affectus: filiorum occupationes inutiles. Aut certe Noſocomium, ſub unius Æſculapii, aut Machaonis cura; ubi avari bulumia laborantes, invidioſi cœci aut luſci, inertes podagroſi & chiragrici, guloſi & ebrioſi ſint hydropici, &c. Vel mors velut pro veſtigali ad telonium ſedeat, aut tributa toto orbe per ſe ſuoſque cogat, ubi omnis ætatis conditioniſque ad pendendum cogantur, nolenteſque per vim ſpoliatos omnibus, in carcerem nudos compingat; nec Regibus, nec juvenibus parcens. Poterit & circumforaneus varias artes medicandi venditare. Invidioſis pro oculis offerre remedium, Mordacibus ſeu detractoribus facili arte dentes vellere: Suberbis ventro inflatis tympaniten curare: Iracundis fel, Luxurioſis renes a vitio liberare & ſymbolicè in morbis corporis animi morbos figurando & exponendo. Hujus vero generis plures allegoriæ theatro aptari poterunt. Neque obſtabit quo minùs oppoſitum primariæ ejus, quam inducimus, actionis adhiberi poſſit. Ita aliquando Palladem ex cerebro Iovis natam cum oppoſita ei Murcia ex fœtenti pedum ipſius tumore progenitam finxi: illâ artium liberalium ſtudia, hâc ignavi vulgi otio fovente; Honor atque Ignominia utrimque in præmium exhibita. Ita quoque non incongrue ad ſcenam S. P. N. Ignatius militiam, inde ſub vexillo Chriſti, hinc ſub Luciferi ductu ſibi adverſantem inſti-

inſtituit. In hac ultima ficta tantum actio, in priori etiam perſonæ ſunt. Porrò quanto & perſona & actio ficta propius ad veritatem accedit, tantò plus venuſtatis voluptatiſque poſſidebit eg. *Meus & Tuus* opponantur ſibi dominio, ingenio, moribus & actionibus, ſint hi *ſub Nicandro patre filii*, quorum primus avarè omnia corradat; alter prodigè omnia diſſipet. De pecuniis, ſucceſſione, ac hereditate agatur; quando Meus ſibi omnia vendicet, excluſo fratre, ut Prodigo, Contra onera, tributa, labores, delicta objiciantur, denique etiam proditionis adverſus Patrem, aut Principem Reip. habeantur rei (quando Tuus hæc univerſa in fratrem rejiciat. Poſtremò æquus Iudex Meum ac Tuum ab urbe proſcribendum declaret, ut qui litium, diſcordiæ, ac civilium motuum potiſſima cauſa fuerint. Aut etiam *duo fratres, Status Religioſus, & Politicus* advèrſum ſe ſub uno Patrefamilias turbas miſcentes, mutuiſque ſucceſſibus invidentes, producantur; illic Baſilio ſene, hic Iuvene Machiavello inſtructore. Interveniat deinde qui Machiavellum ſceleris convictum domo eliminet, oſtendatque, nullam politiam, niſi vera religione nixam diu firmam eſſe poſſe. Errores implexioneſq; his fictionibus convenientes ex ſuperiorib. hiſtoriis plures habes. Quocirca his diutiùs non immoror. tantũ moneo, ita digerenda hæc eſſe universè ut in unam aliquam generalem actionem, ſeu ſimplicem unius protagoniſtæ, ſeu conjuncto ſimul antagoniſta, compoſitam, unumque actionis ſcopum ac finem conſpirent omnia. Tum deinde præſtare ſemper, ut non tantùm vera quoad rem, ſed, etiam quoad rei geſtæ modum veriſimilia proponantur, adeoque hæc poſtrema niſi cum ſale judicioque theatro inferantur, facile in vitio eſſe poſſe. Quo enim quiſque in Dramatibus ab humanis moribus abeſt remotius, tantò & magis à laude. Viva enim actio hæc pictura eſt, cujus maxima eſt virtus exprimere veritatem.

Et hæc una regula Lydius hic lapis eſt, ad quem explorari debent omnia. Muſicæ igitur in theatro voces, ut in Sirenibus Amantibus, Gementibus, aliquando delectent, certè in omni perſona locum non habent, ac proinde ſi integra

tegra hoc pacto expleant Dramata, raritate aliqua inſuetos ſenſus titillare, veritate ſolida animum penetrare non poſſunt. Neque deinde tam inſolentes machinæ quibus homines pe aera auferuntur, repræſentata maria, & naumachiæ, Phaetontis in cœlo currus, Iovis ſolium ac fulmina delapſæ ſurgentesque cœlo nubes, irides, moti planetæ, volantes Genii, venationes in ſcena aliaque id genus, quæ ad veritatis imaginem proximè exigi vix queunt, diu conſtanterque placere poterunt, quamvis ceterorum nulla ſit ſatietas. In his tamen videndum, ne prolixis diſſertationibus Poeta magis oratorem de cathedra (quod quorundam eſt vitium) quam actorem in ſcena agere videatur, idque inprimis cavendum, quando res tragica per nuntios exponuntur, niſi fortè eadem reductis cortinis, in muto ſimul ſpectaculo ad oculorum paſtum ſubjiciantur, quod ſæpe ad voluptatem, motumque opportunum eſſe, expertus didici.

# POEMATA COMICA, TRAGICA ET COMICO-TRAGICA.

## *Ad Lectorem.*

IN Comicis aliquantò profuſiori eſſe libuit; quòd hæc à pleriſque aliis, ea ferè ratione, quæ ad purgationem affectuum, per ridiculum ſpectaret (qui finis eſt ab Ariſtotele præſcriptus) adhibita vix fuerint. Sed aut vitiis magis propagandis, quàm eliminandis uſurpata ſint, ut factum à veteribus: aut certè à novis invitâ propemodum Minerva prodierint. In tragicis multa, & vetus, & poſterior ætas habet lectu digniſſima; ut meam hac in re operam deſiderare nemo poſſit. Ne tamen omnino nihil huc ſymboli contuliſſe videar, Mauritium Imper tragico in ſchemate exhibui. Sed lege aliquantulum à nonnullis aliis ſcriptoribus diverſa, quos longa ſæpe diſſertatione, velut Oratores ad concionem, accedere audias, ut Rhetoris magis facundi partes, quàm tragici actoris ſuſcepiſſe videantur. Ego verò exiſtimo, in ſcena agendum magis, quàm diſſerendum eſſe; niſi alicubi vehementiori affectui pluſculum indulgeas, aut anxiè conſultationi immoreris. Oculis enim hic potiſſimum, non auribus tantùm inſerviendum eſt. Stylo tamen ita moderandum erit, ut ſolo aurium judicio diſcerni verborum ſententia, citra laborioſam ſuſpenſi animi inveſtigationem, poſſit; ſecus, quàm ab aliis quibuſdam tragœdiographis factum, qui oculis magis lectorum, quàm ſpectatorum auribus opportuni, tragœdias, tantùm ut legerentur, dediſſe viſi ſunt. Mihi illud præcipuè hac in re

ſumen-

ſumendum duxi, ut nec abſtruſa magnoque inveſtiganda ſtudio loquerer, nec rurſum protrita elocutione prorſus vileſcerem: auditori, non lectori ſoli innoteſcere volui.

Siquid in Comicis ex antiquitate vulgatis aſperſi phraſibus, (quod principio, in ollaria, factum parcius) neque ex prorſus exoletis, neque tale eſt, quod ex adjunctis ſenſum mentis penetrare nequeat Comœdiæ, ad ridiculum etiam verbis captandis propenſæ, tantillum erat indulgendum, quòd tamen non ex me natum, ſed veteribus hauſtum fontibus, moderatè propinandum cenſui, ne purgariora ſectantibus deſiperet.

Varietatem præter hæc ſectatus, Comico-Tragica etiam adhibui, &, quod ſine multorum exemplis eſſent, fuſius tum deinde ex hiſtoriis, parabolis, fabuliſque, ut potiores rivulos delibarem. Tu delectum, mi Lector, inſtitue, atque illic ubi majorem guſtum ſenſeris, tua ſi lubeat, imitatione immorare. Siquid inveneris neglectiori expolitum pumice, juvenili ſtudio, quo hæc pleraque fudi, ignoſce.

# COMOEDIA HISTORICA, OLLARIA.

## *PROLOGUS.*

Qui ſcenicas tantùm nugas & Atticas
Fabellas in Comœdiam venire autumat,
Is hodiè ſe falſum ſciet, cum damus hiſtoriam.
Autor nobis Petracha eſt, locus Italia.
Illic nobilem is fuiſſe aſſerit ſenem,
Cui virtutis major cura, quàm pecuniæ.
Qui filium nactus ingeni diſparis, cui
Opum magna affluentia, major cupiditas.
Mira res omnibus viſa eſt: eadem in domo,
Avarus juvenis, & liberalis ſenex.
Sæpe monitis pater expugnare avaritiam,
Et ſuadere pietatem aggreſſus: ut Deo,
Ut pauperibus, ut familiæ, ut ſibi has daret,

Quæ inutili circùm onere affluerent opes:
Nihil egit, niſi ut verba perderet ac filio
Servandi curam augeret. Qui ubique latebras
Pro auro ſcrutatus, metu ſemper anxius,
Solum timoris fructum ex auro ſuſtulit,
Egens & abundans inter tot opes Tantalus,
Ad artes igitur verſus & ingenium Pater,
Honeſta vicit fraude, ac materiem mali
Subduxit aurum. Perſuaſa pietas filio eſt,
Ditata pauperum penus & patria domus
Ornata cultu nobili, quem auro eruto
Atque expolitis moribus natus dedit.
Hæc acta quondam, agere nunc rurſum juverit,
Ut quiſque ex auro mores formet aureos.

## ACTUS I. SCENA I.

*Avaritia & Dolus, Plutum, Ad homines reducem, comitantur, & extimulant.*

O Plute numen aureum, quis Italiam tibi,
Aut te contra Italiæ, hactenus ita averſum facit,
Ut neq; tu illic ornare homines, neq; illi te velint?
*Plut.* Quia nemo mihi ſacrificat, inter Chriſticolas modo
*Avar.* Erras. Nam plurium ad te vota eunt, etiam in ſacris.
Pauci illic ſacrifici, ſine te, ſunt ſacrifici:
Multi, ſi te offerentibus negaveris, nil offerent.
*Plutus.* Equidem amare magis me incipiam, ſi ſic amer.
*Dolus.* In bello ac pace quid ſine tuo præſidio eſt?
Quidquid illic fortiter, aſtutè, naviter agitur;
Tua illud operâ, tuo amore agitur unicè.
Tu illic omnem facis numerum. Ex nutu tuo
Et miles, & Dux ipſe pendet, ut auſit, & faciat.
Mox ut te viderint, ſtabunt: cum fugies, fugient.
*Avar.* Omnem tu ſolus rem agis, & alis publicam.

Tuo imperio pelle, cerdo, ſutor tractat corium,
Acum ſartor ducit; ferrumque excudit faber.
Propter te forum impletur aliis & oleribus.
Vacciniis, & ceraſis, pomis, & nucibus.
*Dolus.* Tu alios ad Gymnaſium ducis, ut ludant libris:
Alios ad tabernam evocas: ut certent aleis.
*Plutus* Multorum video officiorum ego ſum, & artium.
*Avar.* Nonne Cæſar tui gratia bellis dat operam?
*Dolus.* Nonne Mopſus ſtivæ?] *Aver.* nonne Coridon pecori?
*Dolus.* Quis maria claſſibus, claſſes implet mercibus?
Quis amicitiam cōcilat, quis gratiam & potentiam?
*Plutus.* Si pergatis, nihil erit Diis ceteris reliquum.
*Aver.* Hercle, nihil eſt quod diximus, ad ea, quæ potes.
Omnium rerum aliqua eſt ſatietas, præterquam tuî.
Muſica aures titillat, ſed explet denique.
Mel & ſaccharum palato ſapit, ſed tandem deſipit,
Dulce imperium multis eſt, dulcis eſt amor,
Verum & imperii, & amoris obrepit nauſea.
Quos Plutus obruat tædio pauci ſunt hactenus:
Nam cui centum aſſes fuerint, parum eſt moræ,
Et mox iterum iterumque centum, mox & millia
Bina, terna, quaterna appetet, nullus eſt modus.
Deſiderius iſte noſter, cui Pater Abundius,
Exemplo eſſe queat, qui Pluto nihil habet potius.
Quem ſi tuo denique acceſſu rurſum beaveris,
Intelliges te navo cultori feciſſe benevolè.
*Plutus* At enim, illa modò hominum, eſt paſſim indolês;
Ut poſtquam me benevolum habent, tractent malè:
Tanquam maleficum tenebroſo includunt carceri;
Defodiunt etiam tanquam mortuum; ut ſi pigeat
Habere illum, quem poſſident; ita ſunt ſordidi.
Ubi verò ad profuſum divertero hominem,
Brevis gaudii materies ſum, ventri ac Veneri
Servire tanquam propudium cogor, ac denique
Emunctus ad aſſem ultimum, elicior foras.
*Dolus.* Vitia iſthæc hominum ſunt, non tua, nimio
Plerique in te amore peccant. Nemo te hactenus
Amiſit, qui abeunti vota pro reditu non faceret:

Cui amorem omnem rependam, pro obſequio
Juxta prompto ac fido. *Strobilus*, ſcio, cui operã meã
Ac fidem deſponderim. *Deſi* Neq; gratis hanc gratiã
Mihi impendi volo, mercedem lautam auferes,
Quam hiſcè nunc manibus teneo, hic ſors mea, & tua
Recondita latitat. Aurum hoc clauſum ſacculo eſt,
Hoc argentum, defodi illic grande æs, minuſculum
Sub altero tegitur, loculus communis olla erit.
Tutum modo ſepulcrum quæro, ne qui venatici
Canes hunc mihi mortuum è tumba eruant.
*Strob.* Cauto hic opus. Siquidem emunctæ circumeunt
Non pauci naris, quibus aurum facilè ſubolet
*Deſid.* Circumfer te ocyus emiſſitiis quaquâ oculis,
Ne quis ex inſidiis verba, aut facta excipiat.
*Strob.* Purgata ſunt latè omnia, nec umbra hominis eſt.
*Deſid.* Hac ſpecu ollam demergemus, hic meum peculium
Tantiſper dormiet, dum te ex ſomno rurſum excitẽ.
Heus Strobile: illic te pervigilare cupio,
Tanquam pro hortis Heſperidum, & pomis auctis.
Fortuna tua ac mea ad hanc divertit ſpecum,
Quam ſi quis averterit, uterque periimus.
*Strob.* Tanquam Junoni Argus, ſic ego tibi inſerviam,
Oculis, quos habeo, omnibus, & utriſque pedibus.
Adero pernox, perdiuſque & tanquã gallina incuba
Ovis hiſce aureis inſidebo. *Deſid.* Arcebis milvios.
*Strob.* Væ illi qui vel oculos ad hunc locum verterit.
Utrumque illi effodiam. *Deſi.* utilem navabis operã.
Equidem omnes, hac in domo, cœcos eſſe pervelim
Ubi huc ventum erit. *Strob.* cœcabunt noſtræ offuciæ.
*Deſid* Ego ad curas alias diverto, tibi hanc deſero.

## SCENA III.

*Abundius Pater filium* Deſiderium *ab opum congerendarum ſtudio deterret.*

EUge fili, opportunè tuo te offers patri.
Quas

Quas curas modò excoquis? nunquid de auro
ſomnias?

*Deſid.* Vigilo mi pater. *Abund.* Utinam quidem ſatis,
ut intelligas
Cui te rei potiſſimum ſit æquū impendere animū.

*Deſid.* Nunquid operam malè colloco? *Ab.* Doleo equidē,
Quod jam nunc ad metalla te damnatum videam.

*Deſid.* Abſit hæc labes nominis mei, atque etiam tui.

*Abun* Nam quid aliud agis, qui pro auro ſudes indies,
Ita improbè cumulando? ubique venaris lucrum.
Prope etiam ex lotio. *Deſid.* Rectius iſthæc quidem
egero.
Quam ſi, alio cum Cæſare, muſcas captē per otium.

*Abun.* Aureum te adoleſcentem dicerem, niſi perditè
Auro adhæreſceres. Ferrea hæc dicimus ſecula
Quia aurum quærunt; olim, ſine auro, erant aurea.

*Deſid.* Ad pulchra res aurum eſt, mi pater *Abund.* Virtus
pulchrior.

*Deſid.* Non quantum virtutis; ſed quantū auri ſit, quæritur,
Quod quiſq; poſſideat. Quis fueris, bonus an malus?
Hodie nihil intereſt, ſed quid habeas. *Sine nume-
ro eſt.*
Qui numerare ex loculis nil poteſt. Quod amer,
Quod quærar, honorer, aſſocier, negotier foris,
Hoc ab auro gratiæ habeo. *Abun.* Stulte nihil Patri
Nihil familiæ nobili tribuis? *Deſid.* Multum equidē:
Verùm ante omnia Reginam hic pecuniam
Valere memorant. quæ fidem, amicos, genus,
Ipſamque adeo formam donet: Codrus mihi
Pater fuerit, modò Crœſus, vivam, nobilis ero,

*Abund.* Verùm ignoras hodie Crœſum, cras eſſe Codrum
Vertente fato, poſſe? lubrica res pecunia eſt:
Ut anguilla manibus elabitur. Nobilitas
Et virtus ſtabile bonum eſt. *Deſid.* Quæram poſtea,
Ubi ante, quod ſatis, poſſedero. *Ab.* Habes, quod
ſatis,
Niſi ſis avarus, cui nullum argentum eſt ſatis.
Virtutem ante opes quære, poſt opes hanc negliges.

Etenim

Etenim auri ſtudio virtutes adjungere, res quidem
Eſt albo corvo rarior. *Deſid.* Anima Reipublicæ
Et ſanguis, & nervi pecunia eſt, hanc ſi auferas,
Quis imperabit? quis ſerviet? quis negotiabitur?
Quis cerdo alutam, carnem lanio, cutem pellio
Deinde tractabit? ſine ære in vita mortui erimus.
Tolle pecuniam, nulla erunt mercimonia.

*Abund.* Nec inſidiæ, nec fallaciæ erunt. nec mendacia.
*Deſid.* Nulla ſine auro erit ſocietas, nullæ amicitiæ.
*Abun.* Nec inimicitiæ erunt, nec tot bella ſanguinaria.
*Deſid.* Nemo imperitos inſtruet, ſine ære. *Abun.* Nemo etiam
Docebit fallere. *Deſid.* Jus pauci adminiſtrabunt
aliis.
*Abun.* Et pauci injuriam. *Deſid.* multis bonis carebimus.
*Abun.* Sed mulis plurimis. Tollatur uſus, quid habet
Præter nitorem aurum? *Deſid.* multis perſtringit
oculos.
*Abun.* Execœcat multos. *Deſid.* ornat. *Ab.* corp' non animũ.
*Deſid.* Placet hominibus. *Abun.* Deo diſplicet. *Deſid.* Honorem tribuit.
*Abun.* Et infamiam ſæpe. *Deſid.* Vitam alit. *Abun.* Et obruit quoque.
Nam auro vitam habere multos viliorem cernimus.
Qui aurum per mille ſectantur vitæ pericula.
Utere opibus, fili, nec mentem amittas inter opes.
*Deſid.* Liberalitatis ac beneficentiæ materies erunt.
*Abund.* Cavendum ne avaritiæ fiant, & ſcelerum:
Nam qui ſine divitiis eſſe nequit, ſine vitiis nequit.

## SCENA IV.

*Deſiderius ſuſpicatur parenti de auro defoſſo ſuboluiſſe, quare Strobilum aliò ollam aſportare jubet.*

ABiitne hinc ſenex? utinam ille quidem ſenex magis,
Aut minus oculatus eſſet, qui ubique meis excubiis

Sua

Suâ adeo vigilantiâ præſtruit; ut agam nihil,
Quod non ille actum à me prius reſciat, quàm actum ſciam:
Iam quin ille auro me celando intentum viderit,
Quin inſpexerit peculium ante. quin hinc ſibi,
Aut matri, aut fratribus aliquid defalcaverit,
Vix equidem dubito. Vulturis inſtar prædæ huic inhiat,
Et ſuum eſſe credit, quidquid labore peperi meo.
Ehodum, Strobile, ocyus. *Strob.* Quid ita accerſor clamoribus?
*Deſid.* An tu quicquam ſeni de auro? *Strob.* non plus quàm dormiens
Humi glis. *Deſid* ſcit verò *Strob.* niſi olla ipſa locuta ſit,
Unde intelligat, neſcio. *Deſid.* Scit aurum in cuſtodia
Per me teneri. *Strob.* Mutemus diverſorium, ut locum
Auri ignoret. *Deſid.* Ne vultureum habeat naſum, metuo
Qui ad multa olfaciat paſſuum millia. *Strob.* Rē nunc ſcio,
Quâ ſeni fraudem inſtruamus, *Deſid.* utilem te facis,
Ediſſere. *Strob.* Hunc tu locum ſeni exploratum autumas?
*Deſid.* Ita autumno. *Strob* Deſeramus olla iſtic, ubi eſt modò
*Deſid.* Quid tum? harpagabitur. *Strob.* ſine, dum eloquar, Rem adferam.
Olla mihi alia. & ſacculi ſunt prorſus his ſimiles,
Ad hos transferemus quidquid auri eſt inibi.
Hanc verò ollam, hos ſacculos, ferro, arenâ, lapide,
Facilè ad illam implebimus molem ac ſpeciem,
Ut aurum eſſe credat quidquid latuerit. Dein
Ubi acceſſerit, pulchro ſe errore mirabitur
Deluſum à filio Quin & factum illud furibus
Licebit imputare, teque hinc fingere pauperem.
*Deſid.* Probo eruamus auri hoc cadaver. Nondum putruit.
Integra res eſt. *Strob.* lætor, atque hinc mox abeo domum
Ut alteram tibi ollam inſtruam. *Deſid.* laudo induſtriam.
Interea mihi hic luſtratio auri erit neceſſaria,
Ut explorem nunquid ſuo conſtet ordine, ac numero?
An legio omnis integra? illic aurum reperio modò;
Argentum iſtic. Signa conſtant, fraude nil intercidit.
*Strob.* Adſum denuo, *Deſid.* Alas habes. *Strob.* Tum deinde has manus,

Qui

Quibus & ollam, & ſaccos inutili plenos onere
Huc detuli. *Deſid.* Mutemus turbam, pro his mortuis.
Illic tu cubato *Strob*. Et tu iſtic pro auro inhabites.
*Deſid* Jam divinus ſit oportet, qui ubi aurum lateat,
Hic, an illic? internoſcat. Nunc properato eſt opus.
Arenam hac in arena ſepeliamus quantocyus.
*Strob* Huc immigres ad auri locum, magna eſt dignitas.
*Deſid.* Jam me conſequere ad aſylum auri ſecretius.

## ACTUS II. SCENA I.

*Otto, Marinus, Remaclus, Claudius, Fratres Deſiderii, de fratris tenacitate, & familiæ ſordibus queruntur.*

OTto. Quid ita Germane hinc te atque illinc curioſè oculis
Metiris ut pavo inambulans? An ex plumis tibi
Superbia fortè naſcitur? *Marin.* In his centonibus
Poteritne nidulari ſuperbia? Codri herculè
De ſtirpe videmur eſſe, qui cenſemur nobiles.
En ut lacerâ ſum veſte. *Remacl.* Nihil equidem tibi ceſſero,
Ubi de feneſtris in habitu fuerit certatio,
Tot lociſs mihi, cutis proſpicit. *Claud.* Ex Lapponum
Ego genere videri poſſim. *Otto.* O rudes hujus ſeculi:
An neſcitis eam nunc eſſe elegantiam Gallicam,
Veſtem habere perluſtrem, hinc & inde pendere ſegmina.
*Marin.* Nempe hæc fratri debemus, ex quo ille familiæ
Pro Patre cœpit rem agere, & proventus cogere.
*Remacl.* Sibi ille iniquus non eſt, curat ſanè affatim:
Magis tamen ut loculi pingueſcant, quàm familia.
Aliud ego præter hoc malum ſentio ſtomachi.
*Marin.* Ex hoc laboro quotidie, at medicinâ nemo ſufficit.
*Claud.* Et mihi ædepol ille obmurmurat indies magis,
Metuo rebellionem in ventre, niſi obviam huic malo
Maturè veniam. *Otto.* Nonne panis furfuracei
Quantum ſatis in armario? *Claud.* Si furfuribus

Paſc

Paſci tibi volupe ſit, ad porcos cum prodigo migres,
Sanè nec Agricolæ ſuâ hunc panem menſa exhibent:
Quanquam ruſtica nobis vitâ, fama ſit nobilis.
*Otto.* Multi ut famam tueantur palàm, occultè fament.
Verùm fratrem me veſtrum huc intro ſequimini:
Neſcio quæ fortuna per ſomnum mihi adſtiterit,
Dux ad hunc locum facta, ubi inſiſtendum monuit.
Namque & huc fratrem, cum Strobilo, clam omnibus,
Commeare certum eſt, quam illic, fortunam colat,
Hodiè explorandum eſt, ſi quid nacti ingenii ſumus.

## SCENA II.

*Abundius Strobilum ad theſauri concrediti proditionem ſolicitat.*

A*Bund.* Strobile, omniũ ſerſorũ exemplar ſanè optimũ,
Quantum tibi apud me gratiæ repoſuerim hactenus,
Erit cum inſigni liberalitate, divulgem palàm,
Ut intelligant omnes, quid ſit ſervire bonis bene.
*Strob.* Tam improviſa ſe mihi laus ſuſpectam facit.
Quid enim commerui de ſene mihi adverſo hactenus
Quod gnati partes tuerer? *Abund.* Mecum delibero
Quo te inprimis munere queam mactare. *Strob.* Verbum hoc mihi
Mactare, non placet, namque hanc bobus gratiam
Poſt aratrum ductum, facimus, & pro beneficio
Mactamus. *Abund* Inveni quâ te felicitate meritum
Beare poſſim; Dignum etenim, ut poſt tam ſedulò
Mihi impenſam operam mercede non careas.
*Strob.* De mercede loquitur, accedam. os & manus aperiam.
*Abund.* Timidè agis, quin meriti tui fiduciâ uteris?
*Strob.* Vereor, necubi offenderim. *Abund.* Probum te probaſti mihi!
*Strob.* Conatus ſum. *Abund.* Et aſſecutus es. Nam quod filio,
Hoc patri eſt præſtitum, una utriuſque eſt anima.
*Strob.* Hanc orationem exſpectabam. Jam me confidentiùs
Coram

Coram hoc ſene geram. *Abund* Bene nati rebus ſtudes
Tuæ ſimul erunt, partietur & in te lucrum ſuum.
Ita mandatum abs me habet, ita æquum cenſeo,
Ut qui laborem participat, participet & commodum.
*Strob.* Vici, Senem occupavi. *Abund.* Deliberatum mihi fuit
Arbitratu hanc meo partiri inter vos gazam denique.
Nam ad me & filium, & poſſeſſiones filii
Spectare, quis dubitet? *Strob.* ſuſpecta ruſum oratio.
*Abund.* Quamdiu eſt, quod ille argentum condat, & oculis
Atque uſibus adeò hominum ſuffuretur, nec ſibi
Nec alii utilis? *Strob.* Machinas adhibet, ut aurum eruat.
*Abund.* Volo ut naviter ſervientibus ſua inde ſit utilitas.
*Strob.* Indigna non loquitur. *Ab.* Volo ut avaritiæ, & vitiis
Nobili infamibus generi præſtruatur. Strobile
Facin', ut manum hac in re commodes & fidem?
*Strob.* Noſti verò, tuo me & filii addictum ſervitio.
*Abund.* Scio expertus. Verùm te mihi & filio perperam
Ad rem improbam collocare operam, ne velim.
Siquidem hoc Dominis ſervire non ſit, at malitiæ.
*Strob.* Teneo; neque enim iniquum patrare, æquum erit.
*Abund.* Ratione uteris. Nam qui patrocinatur ſceleri
Sceleſtè agit: qui furta qui avaritiam alit;
Alterius licet ſint crimina, facit ſua. *Strob.* Herculè
Illum, qui id faxit, eſſe me non ſperem. *Abund.* ſæpius
Imprudens noſtrum eſt peccatum, cùm agnoſcitur,
Mox habet dolorem. Erraſti, ſed abſque malitia,
Cùm avaritiæ te fautorem præbes in filio,
Cùm aurum per fas nefasque cumulanti manum exhibes,
Cùm agis ſimul cuniculos quibus & fallaciam,
Et aurum obtegatis. Doleo induſtriam tuam & fidem
Tam malè interire. Fac igitur aurum videam:
Atque illo juxtà mecum fruere. *Strob.* Gnato fidem dedi
Sacramento ligatam: hanc infringere, religio eſt.
*Abund.* In re mala fidem præſtare, pejus eſt perfidiâ.
*Strob.* Aurum cuſtodire ſcelus eſt, quod quivis patrare cupit
*Abund* Ut filius invito id patre foveat? ut terra obruat?
Ut neglectâ pietate anxiè curet? nihil egentibus
Hinc largiatur? lucro augeat improbo? hoc tu probes?

*Strob.*

*Strob.* Hoc exàmen patris ſit. Mihi curæ, ut rectè ſerviam, eſt.
Ne quis perfidiam mihi exprobret, volo *Abund.* rectè agis,
Hinc te ad aurum defoſſum mihi eſſe ducem volo.
*Str.* Parce obſecro. *Ab.* Ad triremes ibis, ſi juſſis obſtiteris:
Si parueris, pars auri tua erit merces, elige,
Meam gratiam cum auro malis, an te ire perditum?
*Strob.* Malo gratiam. *Abnud* Jam igitur eundum. *Strob.* Vis ut foſſorium
Mihi ligonem parem? *Abund.* Et ut ſilentio id agas. *Strob.* Agam
*Abund.* Nec filio quicquam prodas. *Strob.* Nihil. *Abund* Nil vafrè obtegas.
*Strob.* Nec teruncium quidem. *Abund.* Cave antiquam apud me fidem
Hoc facto prodigas. *Streb.* faciam, ut me æquum intelligas.

## SCENA III.

*Abundius filio oſtendit fluxam Servi Strobili fidem.*

A*Bund.* En ut fluxa mortalium eſt fides invicem.
Huic ſervo omnem fortunam ſuam natus credidit,
Qui tam ſubitò. & minis & promiſſis abſceſſit retrò.
Hem Meſſenio *Meſſen.* Adſum here. *Abund.* Deſideriū volo
*Meſſen.* Ut adſit curabo. *Abund.* Jam nunc. *Meſſen.* Ocius, quàm è Nilo canis.
*Abund,* Quanquam corrigere difficile ſit adultum jam malum.
Nondum tamen deſperandum. Ut ſolent incendia,
Alimento flammis ſubducto, vires àmittere,
Sic reor hunc morbum avaritiæ poſſe in filio.
*Deſid.* Accerſitus mi pater venio. *Abund* Deſideri, ah *Deſid.* Pater.
Quid ita ingemiſcis! *Abun.* Tuæ hunc curæ gemitum cient.
*Deſid.* Meæne tibi curæ creent moleſtiam? Lubens fero
Quidquid curarum eſt, gratia etiam tui. *Abund.* Nihil.

Hinc

Hinc patri gratiæ facis. Quid eſt cur ſervo homini
Aurum concredas?tibi,patri,familiæ ſubtrahas?
*Deſid.*Ego aurum ſervo mandem?*Abund.* Quin terræ etiã;
Ne quid utilitatis cuiquam pariat. *Deſid.*Myſteria,
O pater,loqueris.*Abund.*ſed quæ ſervo magis,quàm mihi
Perſpecta cupias.Negas?an eundem teſtem hic tibi.
Vis fieri,quem habes conſcium.*Deſid.*volo.Et ſi vel mutiat
De auro abs me condito,reus ero.*Abund.*Faciam,tamen
Hanc tibi legem impono,ut latenter audias
Poſt velum,quid de auro cum famulo conſtituam,
*Deſid.*Parebo.*Abund.* Nec verbo muſſitabis, dum juſſero.
*Deſid.*Pythagoricum hic agam.*Abund.*Meſſenio.fac adeſſe
Strobilum.
Interea hoc tũ ad latitandum velo te protege:
Intelliges an homini ſervo fidendum ſit ante patrem?
Video te Strobile? Abi retrò Meſſenio dum advocem.
Palam habes?*Strob.*Ita juſſiſti ut aurum latens citius
In lucem eruerem.*Deſid* Ah perii,proditus ſum. *Abund.*
quis locus?
*Strob* Exactè haud memini,proximè parietẽ depoſitum eſt.
*Deſid.*Adhuc ſpero fraudem faciet.*Ab.*Quin imus igitur?
*Strob.*Malim luce occiduâ fiat,ne cujuſquam in oculis
Hæc ita gerantur propalam. Sic & herum facilius
Licebit fallere.*Abund* Laudo conſilium. *Deſid.* O ſcelus
hominis!
Hæccine fides? *Abund.*Tibi comes addetur Meſſenio.
Suaſerim verò.& te & illum larvata facie
Habituque ficto incedere,ut obvium fortè herum
Hac deludatis imagine,quæ terrorem ingerat;
*Strob.*Conſultũ benè.*Ab.*Monebo,ubi tempus eſſe ſenſero:
Advigilabo etiam naviter.Nunc intrò cedite.
Ehodum Deſideri Ut nunc iſta tibi arridet fabula?
*Deſid* Ut impoſtorem hunc ſervum Dii Deæque perduint,
Proditus ſum.Sine,ad illum tantiſper digrediar.
*Abund,*Heus Meſſenio hoc latus filii ſtipa,ne me inſcio
Aut invito,hinc moveat.*Deſid.* Nihil opus,mi pater,
Etenim ultrò te hinc ad theſaurum deducam lubens,
Ut prævertam hominis facinus.*Abun.*Conſultò id ages:
Nam

Nam & inde tibi neglectæ cuſtodiæ actio dabitur
Adverſus Strobilũ.*Deſid.*Sua hanc fraudem perfidia meret,

## SCENA. IV.

*Marin.cum fratribus Patri & Deſiderio fratri occurrunt.*

MArin.Aurum mi pater pater,aurum in olla ſepultum
vidimus.
*Abund.*Verumne?*Marin.*hiſce egomet,ollã conſpexi oculis,
*Abund.*En ut Superi tuis adverſantur cœptis,ut hi volunt
Nihil eorum clàm eſſe.quæ moliris in tenebris.
*Deſid.*Agnoſco.Quo id loco? *Marin* Iam adſumus, fratres
eruunt.
*Ab.*Quæ hic vobis tractatio eſt pueri?*Otto.*Felices ſumus
Derepentè,mi pater.*Deſid.*Lætor verò in fratrũ hæc manus
Incidere potiùs,quàm furum. *Otto.*Hic olla eſt propalam,
E caverna eduximus. *Abund.*Nondum inſpextis ſacculos?
*Otto.*Hos integros tuis in manibus deponere viſum fuit.
*Abund.*Prudenter, & ſanctè.*Deſid.*Aurũ & argentum latet,
Grandi & minuſcula forma,quaternis ſacculis;
*Abund.*Referemus,at picatas hinc quiſq; amoveat manus;
Deſideri,age tuâ id operâ,ne quis fallat. *Deſid.* Malo aliis
Hunc laborem dare. *Ab.*Otto perge,inventor es.*Deſid.* Age
Commune bonum eſt,vobis illud ac mihi condidi.
*Otto.*Olla hæc mihi fortunæ videtur,quam ſortem prius
Educam?*Abund,*Sine conſilium ſubjicis rei optumæ.
Nolo te,ô ũli,tuâ prorſus fraudatum diligentia:
Vis partiamur inter nos,tu & ego?*Deſ.*Quod probas pater,
Idem probabo *Abund.*Eſtne ſignum in quovis ſacculo.
*Deſid.*Eſt verò.Is qui grandioris monetæ aurũ amplectitur,
Inſcribitur A:litera,qui minoris B.qui argentum habet
Majus C.notatur?qui minus D. *Ab.* Factum bene Meſſenio
Age ſis,poſt tergum nobis ollam cuique exhibe.
Ut cæca manu capiemus ſortem. Tu fili eſto prior
Cujus induſtria hæc peperit, *Deſid.* obſequor. *Meſſ.* Iam
præbeo. *Deſid.*

*Deſid.* Quod ſors bene vertat, educo. *Abund* Quideſt literæ.
*Otto.* C. Sortitus eſt. *Deſid* ſors adverſa fuit. damnationis
hæc nota eſt.
Reſigno. *Abund*: Huc & mihi ollam Meſſenio. Quid habeo?
*Otto.* B. Literam, mi Pater. *Abund.* aliquid de vitello erit.
*Deſid* Herculè
Pol, Mecaſtor, occidi! *Abund* Quid vero mali? *Meſſen.*
Exanimis ruit.
Ut ſi intus Orcum in ſacco cerneret. *Abund.* Ocyùs
Hinc te move, & acetum aliaque fomenta properes.
*Marin.* Et ego provolabo *Av.* ô Deſideri, gnate mi, ubi es?
Moreriſne, quid te mali faſcinavit? evigila, patrem
Tuum audi. *Otto.* Tota cervix languet: tenuis anima
Adhuc emicat. *Abund* Nec prorſus ſilent arteriæ.
*Meſſen.* Hic acetum & oleum, *Ab.* Tu acetum naribus affrica
Ego oleo tempora illinam *Otto.* Reſorbet jam animam.
*Meſſen.* Vegetatur rurſum, movetur, erigitur, *Abund.* Euge
tollere,
Mi fili, ſenſum revoca. *Marin.* hic vinum fero. *Abund.* commodè:
Huc ori fratris admove. *Deſid.* Ah mi pater! *Abund.* Quorſum gemis?
*Deſid.* Nondum vidiſti infortunium? *Abund.* Quod ais?
*Deſid.* Aurum mihi
Furto ereptum? *Abund.* Falleris, nunquid hic in manib' eſt?
*Deſid.* Ah nihil hic æris, arena, & lapides ſunt. Age inſpice.
*Abund.* Itane? quid hoc eſt? Divi boni, unde hæc ſubverſio?
Iſtic tu aurum condideras? *Deſid.* aurum, mi pater,
Aurum, his in ſaccis, hac in olla, hoc denique in loco.
*Abund.* Reſerate cetera, fortè aurum habent. *Deſid.* Ah nihil, nihil
Hinc ſperandum eſt, unum qui ſurpuit, ſurpuit omnia.
*Otto.* Arenæ ſunt. *Remacl.* Lapides ſunt. *Claud.* Hic etiam
plumbum latet.
*Deſid.* O me pauperrimum! *Abund.* Sed unde hoc malum?
*Deſid.* videlicet
Id fratres neſciant, qui jam ante hæc occupaverant.
*Otto.* Nobis obſecro frater hanc infamiam ne impegeris,

Ut fures nos facias,quibus purior à furto eſt manus,
Quàm tu ex matris alvo extu'eris. *Abund.* Modeſtiùs,
Si inſontes eſtis,negare ſufficit. *Marin* Nec auri miculam
Hinc aſpexi. *Remacl.* Nec tinnitum percepi. *Claud.* Nec quidem
Umbra mihi auri hujus viſa eſt. *Deſid.* In tenebris ſcilicet
Hæc acta. *Abund.* Servi tui non meminiſti. *Deſid.* Fidelis eſt.
*Abund.* Ejus verò jam experimentum proximè bonum eſt,
Qui illud mihi volet prodere, an ſibi is negaverit?
*Deſid.* Moves ſuſpicationem mi Pater,faxo ut intelligam,
Ab illo hoc malum proveniat, nec ne tantùm obſecro
Ne quiſquam horum,quæ nunc geſta ſunt hiſtoriam
Illi revelet. *Abund.* Id facile impetraveris. Vobis ego
Quotquot hic adeſtis ſervi, Filii pro imperio unicè
Illud committo, ne quis vel nutu ejus Strobium
Admoneat rei,quā geſſimus. *Otto.* Piſce magis muti erimus,
*Abund.* Iam hæc ut comperiſtis clauſa aſportate domum.
*Deſid.* Vos abſcedite : mihi hic vigiliæ contra Strobilum erunt.
*Meſſ.* An etiam ego mutato ad Strobulum pergam habitu?
*Deſid.* Nihil ages;nam iſtas curas mihi relinquas,volo.

## Scena V.

### *Deſiderius ſua ſibi in fraude plaudit.*

DEſid. Abierunt. Nunquid jam triumphavi meâ aſtutiâ;
Eſtne, qui extemplo hanc fraudum telam peritiùs
Ordiri, texere,retexere,me uno fuerit potis?
Servum fratresque fefelli,& quod palmarium eſt,ſenem?
Hanc vulpem,qui meæ ollæ, ut corti gallinariæ
Paſſim inſidias inſtruebat. Nunc me ſeque miſer
Omni aurò exutum credit. An potuit argutiùs!
Jam ante omne argentum,meum mihi ingenium
Placet. Verùm nondum hanc telam omnem pertexui:
In Strobino hæreo,cujus mihi fides exploranda erit
Equidem, niſi fallor,iiſdem ille, quibus ego,officiis
Parenti oculos mentemque confuſurus fuerat.

Ollam-

Ollamque hanc arenariam pro auri elaturus pretio.
At ne quid ejus conſilii incertus hæſitem, Meſſenio
Ego hodiè futurus ſum, quem pro auro comitem pater
Eruendo dederat. Utcunque ſors cadat errare nequeo.
Si aurum mihi obtulerit, aurum manebit hoc meum.
Si negaverit ſervus, manebit meus, fidus adeò.
Iam ſignata hora imminet pergam hinc ocius,
Meque ſub ignoto habitu taciturnus obtegam.

## ACTUS III. SCENA I.

*Strobilus ancipiti curâ, quid ſibi faciendum ſtatuit, & Deſiderium tecto habitu latentem, malè multatum dimittit.*

Miſerrima eſt ſervitus duobus eundem Dominis
Obſequiū debere. Equidem, multis expetior id modis,
Quam utrique placere ſit arduum. Filio quondam pater
Me famulum addixit, nunc ut ſibi adverſus filium
Obtemperem jubet, cui fidem juratam antea,
Cui omnem operam propriam feci. Statuendum tamen
Hic aliquid eſt. Ollam illic nuper defodi meis.
Opportunam hodie conſiliis, ut utrique faciam ſatis.
Hoc ego illum onerabo pondere, quem Abundius
Mihi adverſum miſerit, ſicut eſt ferendum dabo.
Ubi deinde intus arenam repererit ſenex, dolum
Hunc latori tribuam: quamque ille negarit ſtrenuè,
Tam aſſeram ego. Iam iſtic ollæ locum contueor
Verum, quid hoc novæ eſt rei? Vacant omnia: ſacculi
Cum olla hinc demigrarunt. Agnoſco artes Abundii.
Omne mihi conſilium hæc modo decollavit fallacia.
Ah! Eccum, jam ſe offert domo Meſſenio habitu
Peregrino obtectus, quid dicam, quo ducam miſer?
Etenim certum mihi fixumque eſt fidem Deſiderio
Tueri integram, & mortem tolerare ante perfidiam.
Iam verò & me velo hoc obtegam, ut juſſus fui

Auro herculè tragœdiam luſimus, ſed quæ denique
Evâſit in comœdiam *Deſid.* De auro meo vos ludere?
*Strob.* Intellige Senex me omnibus oppugnavit machinis,
Minis, promiſſis ſuaviloquio, aurum illi ut proderem.
*Deſid.* Igitur aurum habet? *Strob.* Pro auro accepit affatim
verbera.
Servo illius ad me tectim miſſo utroſque humeros
Ita ulmis exſculpſi, ut fricatione illi non ſit opus
Octiduo integro. Mirum quàm taciturnus ac celer
Mus ille ad cavernam ſeſe reciperet ſuam.
Quid ita humeros contrahis? an hoc factum diſplicet?
*Deſid.* Miſereor miſeri. *Strob.* Qui aurum petit, hoc ſæpe
præmium
Auferre pro auro meretur. Verùm ecce nuncium.
*Nunc.* Salve inclyte Domine. *Deſid.* Unde huc advenis?
*Nunc* Româ venio,
Has ad te literas à ſummo orbis capite adfero.
*Deſid.* Ut video Pontificis ſunt. Quid ille? Nū fortè ſuboluit
Et illi, me aurum poſſidere? Liberalis præfatio,
Et laudis plena, meam deinde legatione operam
Sibi exhiberi poſtulat. Res illa honoris quidem eſt
Verùm & ſumptuum confertiſſima, quos niſi
Diſpenſet ipſe; non eſt quod à me munus exigat:
Sed obſequendum eſt. Lucri aliquid confecero
Etiam præter famam, Mi homo, præſtolare me inibi,
Illic reſponſum feres. Strobile, Romam ſubitò evocor
De theſauro noſtro quid agendum? Jam inſidiis.
Subductus ille ſæpius. Metuo ne illum te quis locum
Frequentius obſidere vigiliis conſpexerit tuis.
*Strob.* Quid obſtat, quin aliò rurſum transmigret? *Deſid.*
locum
Vix ita tectum munitumque ſcio ut fraus non penetret.
*Strob.* Scio. Ollam tibi cum arena ſublegerunt. *Deſid.* Ita
habet
Fraudem deprehendi fraude deluſam. *Strob.* Vix eò
Reverti illos timor eſt, ſuſpicione vacabit ſenex.
*Deſid.* Nil abs ratione differis, transportemus ocyus.
Tu laborem hunc aggredere: ego pro excubiis

Hic adero. Quot inſidias aurum patitur! Senex
Ille avarum eſſe ſe non credit, cum mille artibus
Hoc tamen aurum exploret, & cupiat ſuum:
Me verò Euclionem nominat, qui ſuo utitur,
Suumque ut æquum eſt, adverſum furta protegit.
*Strob.* Oneratus venio *Deſid.* Sine amplectar & videam,
Rectene omnia? rectè. Ah quot obſideris machinis
Dilecta mihi olla! Vade diverſorium mutabimus,
Ut tutiùs recubes priſtinum cubile repetes.
*Deſid* Age lectum illi ſterne. *Strob.* ſternam, jam dormitum
ibimus.
*Deſid.* Tùm deinde meam per abſentiam ſedulò id ages,
Ne quis explorator adrepat. Si quid ſenſeris,
Ocyùs hinc dimovebis hanc tibi Spartam oppidó
Curandam trado. *Strob.* Ut uxorem ſuam Zelotypus,
Ita ego hanc ollam obſervabo inſidiantibus
Nocintiores ego inſidias ſtruam. *Deſid.* Jam abeo
Ut domi ad iter curem omnia, ſervos, ac ſarcinas,
Aſinoſque, multoſque: ne incomitatus Romam veniam.
*Strob.* Equidem hanc rem odi peſſimè, quod auri gratiâ
Ita domi cogar deſidere, ut ſutor claudicans.
Et velut ad triremem damnatus: ita hic adhæreſcere,
Poſtquam aurum hero obtigit. Malim ædepol
Priſtinâ fortunâ ille viveret: equidem ut canis
Ad poſtem alligatus, non ita pernoctarem excubitor.
Hic nunc dormi ollula mea, dum aliqua & mihi ſit quies.

## Scena III.

*Davus & Meſſenio de heri ſui tenacitate queruntur, ſuperveniente Strobulo.*

D*Avus* Rurſumne domo cum hoc Euclione cogar
foras?
Ad ſtivam herculè mavelim cum bobus trahere:
Etenim ubi laboratum eſt ſatis, vorant ſatis.
Nos ille camelos in via putat, qui tridui inediam

Sub onere feramus. *Meſſen.* Equidem medius fidius ſeni
Domi ſervitium exhibere malo, liberalis eſt,
Nunc mulis agendis addicor. *Davus.* Niſi quiveris
Cum Aſinis veſci carduis, & fonte ſitim eluere,
Intelliges quid ſitis, quidque inedia ſit mali.
Nam citiùs illi cor è ſinu, quàm loculos eduxeris.
Citiùs è pumice aquam quàm obolum ab illo elicies.
Pilis cavet ne quem amittat, hinc fugit pectinem.
Si quem ſuo pavit ſanguine pulicem, illum herculè
Non abit alteri: ne quid proprio ex ſanguine intereat.
*Meſſen* Nunc ollam domi ad ignem habet. *Davus.* Opple-
vit fabis,
Ut Telemachus olim, ex hac obſonare per viam,
Prandere, ac cœnare aſſolet. Panem ſecundarium
His addit, quo nos onerare ferendo ille quidem,
Verùm edendo vix ſolet. Piſis etenim nos, ac radicibus
Ut Eremicolas paſcit. Nuper hoſpitium ſubiit,
Nobiſque lautam inſtructurus menſam, baſilicè
Eſſe juſſit: Ubi portis, lactucis, bulbis, intibis,
Rapiſque, & ozimo oppléſſet. Verùm hic ego
Cum fœnum denique & carduos metuerem,
Tempeſtivè me ſubduxi; ne cum bobus & aſinis,
Uti laborare quidem, ſic etiam edere cogerer.
*Meſſen.* Nimirum hæc annona ejus rationibus mirè con-
gruunt.
Namque ubi olim Romæ vixit, ita eas ſubduxerat,
Quas nuper inſpexi. In panem duos ſeſtertios,
In raphanos unum, in aquam dimidium abſumptum in-
dies.
Dominicâ die nihil, quod à foro abeſſent raphani.
*Strob* Ehodum Dave, Meſſenio. quæ vos cunctatio attinet?
Jam totâ vos domo & viciniâ herus, uxor, liberi
Inclamant, ipſe jam expeditus ſtat ad iter, famuli
Nuſquam comparent. *Davus.* Adhuc ſtomachus noſter
vacat.
*Strob.* Habetis edulia in ſarcinis. *Meſſen.* Malo in ventre
gerere.

Nam hic furibus, juxta & muribus tuta erunt.
*Strob.* Agedum hac de re diſputare licebit per viam.

## ACTUS IV. SCENA I.

*Mendici duo ad fores Macer & Lauſus, denique ab indignante Deſiderio ſtipem extorquent.*

MAcer. Ah homini pauperi, nudo, eſurienti, obſecro,
Ah parvam ſtipem! *Strob.* Quænam hic ad fores clamatio?
Apage, iſtum hinc ſtridorem tolle, quo aures vulneras.
*Macer.* Ah miſereſcat te mei, jam tridui inediam
Hoc in ventre circumfero. Onus eſt quale partutiens
Vix patitur elephas. Oro, obteſtor, ſupplico.
*Strob.* Tacebis? au pugno hoc os tibi obſerabo? *Macer.* Quæſo te,
Ut pane os mihi obſeres, pugnos hèrclè non eſurio.
*Strob.* Jam te his paſcam, niſi obmuteſcis. *Lauſus.* Fruſtra es, Macer,
Fruſtra; nam faciliùs vena ſilicis emollibitur
Hic quàm homo, arido oleum ſperas ex pumice.
*Macer.* Titulos addam, fortè tangetur laude. O Nobilis
Inclyte, magnifice, illuſtris, liberalis Domine.
*Lauſus.* Vide ne mentiaris. *Macer.* Menſæ, oro, reliquias,
Parvam groſſi panis miculam: *Lauſus.* Cavet ille ſedulò
Ne vel mica menſis abeat, aut cum fors excidit,
Antè lucernam accendit in meridie, quam ut pereat.
Hanc gratiam facit muribus. *Macer.* Nihil tituli promoveant?
Deorum ſacra interponam: Per Jovis pateram,
Per Bacchi te amphoram, per currum ego Triptolemi
Et Cerereris ſpicas obteſtor, per Neptuni denique
Piſces, per Silvani vitulos, per boves Herculis,
Miſerere vacui ſtomachi. *Lauſus.* Fruſtra, nam omnes Deos

Cum

Cum Dionyſio ſpoliat citiùs, quam eorum gratiâ
Quicquam largitur. *Macer.* Oho ſtrepit cardo. prodeunt
Cum muneribus, ipſe Dominus eſt, panem jam video.
*Lauſ.* Nihil dabit. Iter ingreditur, Viaticū eſt *Macer.* Dabit
Inquam, ita me Diviament; importunitate auferam.
*Macer* O Domine ter optimè obſecro, iterumq; te obſecro.
*Deſid.* Ut Dii te! Nunquid ab oſtio juſſus es faceſſere?
*Macer.* Ah mitiſſime Domine! Ah te! hunc hominē reſpice.
*Deſid.* Auden' Verbero iterum? *Macer.* O te, inclyte mi
Domine, o!
*Deſi.* Ut omnes te Diræ inceſſant trivenefice. *Lauſ.* Projicit.
Pol iſte eſt Panis. *Macer.* Gratias habeo. *Deſid.* Nondum hoc
ſcelus
Multatis famuli. *Lauſus.* herclè & ille panibus impetit.
Hem, & me petite, nam & ego ſceleſtus fui.
*Deſid.* O inſani, quid agitis, abſiſtite. *Davus.* Alia modò ad
manum
Arma non habemus. *Macer.* Gratiam pro plagis Domini
optimi. (here
*Deſid.* Igitur ſic panem prodigere oportuit? *Davus.* Tuo id
Exemplo fecim'. *Deſid.* Iratus feci. *Meſſ.* Et nobis indignatio
Bilem ciebat. *Deſid.* Nunc jejunandum ſtrenuè in via
Ob hoc vobis delictum erit. Cum his mendicabulis
Permutanda ſors eſt. Veſtrum illi viaticum,
Vos illorum mendicitatem poſſidebitis hodie.

## SCENA II.

*Otto Patri Abundio Theſaurum aperit, quem effoſſum ſubſtitutâ arenâ liberaliter impendit.*

OTTO Abite, cedite via, ipſa ſe mihi fortuna ne objecerit.
Propero uno jam curriculo anhelatim dum pervenero.
Lepidiſſimo hodie ad ſenem venio onuſtus gaudio.
Jam adſto cōclavi. Vocem expectorabo. Pater, ubinam es?
Ehodum mi pater, pater mi. *Abund.* Quid iſtis clamoribus.

Et aures mihi, & totam penè domum concutis? *Otto.* nihil
Iam moderatè poſſum, pater. *Abund.* Quæ te intemperiæ
Ita vexant? *Otto.* Pater. *Abund.* Hoc ſcio. Dic aliquid
quod neſciam.
*Otto.* Rem, pater, novam! *Abund.* Quid novi? *Otto.* Inveni?
*Abund.* Quid inquis obſecro?
*Otto.* Inveniſſe me aſſero rem fratris. *Abund.* Quam rem? me enecas
Hac motâ, quin ais? *Otto.* Aurum, inquam quid enim rei,
Præter aurum, fratri eſt? *Abund.* Aurum aſſeris? *Otto.* Aurum aureum.
*Abund.* Ubi id loci? *Otto.* Eodem ubi nuper. *Abund.* Iam video, deliras puer.
*Otto.* Utriſque oculis vidi aurum, tractavi etiam hac manu.
*Abund.* Ubi verò, inquis? *Otto* Ubi nuper olla erat arenaria,
*Abund* Iſtic nunc aurum pro arena repereris? *Otto.* Niſi
Tantum fidas hiſce meis ſenſibus, tuos coram adhibe,
*Abund.* Duc agedum *Otto.* Huc te verte. Illic foſſa ſe aperit.
*Abund.* Quis exhauſit terram? *Otto.* Canem reperi, qui profugos
Tanquam mures conſecutus, iſtic effodit ſpecum.
Supervenio, canem, foveam, ac ollam ſpecto denique.
Tum ego mirari hoc loco tot ollas ſuccreſcere.
Novam iterùm arenam, exſpectabam. verùm ubi
Ollam ſaccosque comovi, exploro prorſum aliud.
*Abund.* Enimvero, non erraſti, aurum educo, aurum latet.
Agedum, mihi dextram commoda, ut hunc mortuum
Exſuſcitemus denuo. Prô quanti res eſt ponderis!
Luſtremus, an rurſum his fraudis aliquid? *Otto.* Nihil,
Nihil oppidò. *Abund.* Hæc video auri eſt ſedes *Otto.* Et hic,
Aurum nidulatur. *Abund.* Pondus hujus ſacci eſt minus.
Argentum eſt, non aſpernabor. *Otto* Minor hic pecunia.
*Ab.* Inveniet apud nos locum Nunc rurſum ollam ſubeat.
Potin' ut perferas? *Otto.* Sine, pertentem. Pol grave eſt onus?
*Abund.* Ocyus, ne quid ſuboleat Strobilo, meo conclavio
Theſaurum infer. Verùm & hoc age: arenariam
Illam ſarcinam huc rurſum defer. Nunquid omnibus
Iam ego Senibus Senex fortunatior ſum, qui opes

Iam

Iam, copiamque ſum nactus faciundi multis bene
Pauperibus familiæ, proximis? qui illam denique
Avaritiæ ſentinam evacuavi, illam fraudium
Materiem filio ſubduxi. Quàm nuper eluſit ſubdolè,
Quàm vafrè arenam ſubſtituit? aurum ereptum ſibi
Confinxit? O ingenium vulpinum! O ecſtaſis!
Ut jacuit humi proſtratus, ut patrem conterruit!
Tantamne ſimulationem aurum doceat? O Scelus!
*Otto* Venio jam aliâ rurſum merce gravatus pro auro lutum
Lapidesque porto. *Ab.* Bene eſt, repone hanc ollam loco,
Unde prior abſceſſit hanc artem frater docuit.
Ita aptè rem gere, ne fraus prodeat. *Otto.* intelligo,
Vel Argum fallam, *Abund.* Quis iſtic advenit? *Meſſen* Me vides here.
*Abund.* Quippe cur hic ades? *Meſſen.* Aſinus, mihi in viâ pondere
Et fame oppreſſus concidit, ut inutilis hic fieret.
Tum Deſiderius me jejunum adhuc, & vix raphanis
Ab altero paſtum die, ſuccollare huic ſarcinæ,
Atque Aſinum eſſe voluit, credo etiam, ut tribulis
Sub noctem paſceret. Verùm ego par fatum mihi
Cum Aſino metuens, huc redeo, ut tibi ſerviam.
*Abund.* Factum probo; neque enim Luciani ſortem imprecor.
Iam utilis mihi futurus es. Age priùs à via
Te liberali mensâ & potu refice. deinde mihi
Et filiis totique familiæ atque etiam tibi
Cultè veſtiendo, ſartores, pannos, ſericum
Ex tabernis, quantâ ſatis eſt copiâ, adferes.
Aulæ exornandæ tapetes, abaco vaſa argentea,
Cellæ penuariæ menſæque annonam, & lautia,
Cupedias ac tragemata ſufficies. *Meſſ.* Ita baſilicè;
*Abund.* Ita volo. *Meſſ.* ſed de ære ſolvendo prima quæſtio
Naſcetur inter homines. *Abund.* Liciteris omnia mihi
Solutio curæ erit. Pauperes ſicubi occurrerint,
Noſtras ad valvas adeſſe jube, gratis non aderunt
*Meſſ.* An ad meum ego herum redii? prorſum alius eſt,
Ut Crœſus modò loquitur, ac vivit nuper ut Codrus.

Verum exequar ſtrenuè namque & mea hic res agitur.
*Abund.* Meditor quanam id arte fieri queat, ut auguſtius
Quàm antè habitem, ruinoſa nimium eſt domus.
Quid ſi Vicina arx mihi auro ſit expugnabilis,
Ut ad hanc immigrem? Equidem illud experiar, bene
Tot opes congeſtæ nobis collocandæ ſunt, antequam
Natus reſciſcat. Verbis non potui, exemplo corrigam.

## SCENA III.

*Otto umbrarum ſpecie Strobilo illuſurus Abundio, patri conſilium aperit.*

OTto, Salve pater, opportune te invenio. ſcis quid novi
nimo conceperim, ut Strobilum, utq; fratrem etiam
Reducem fallamus? *Abund.* Quid igitur? *Otto,* Umbrarum
habitu
Nos induemus auri deinde locum obſidebimus,
Veluti caſtris ab orco eductis, terrore ac minis
Complebimus omnia, ne quis deinde tutò fidere
Aut loco, aut auro poſſit: Si fraudem invenerit,
Arenam pro auro: factum umbrarum, aut pœnam Dei
Hanc eſſe credent. *Abund.* Quinam umbras has agent? *Otto.*
Egomet
Fratreſque. *Abund.* Periculoſa fraus eſt, quid ſi reſciant?
Pœnas herclè dabitis. *Otto.* Cautè luctum adornabimus.
*Abund.* Videte ne ex comœdia naſcatur tragœdia.
*Otto.* Fratrem hac fortaſſis arte emendatiorem facimus.
*Abund.* Utinam! Ne quod tamen malum ſuſciteris velim.
*Otto.* Circumſpecti erimus. Iam Strobilum video herculè
Properatò eſt opus, ne prius intelligat everſas opes.

## SCENA IV.

*Strobilo per Nuntium Deſiderii reditus indicatur, inviſuro aurum ab umbris illuditur.*

STrob. Ain',curſor,ita eſſe,ut tam ſubitò ex via herus
Se domum recipiat? *Nuntius.* Ajo,teſtis oculatûs rei.
Etenim Pontificium in via Legatum habuit obviam,
Qui mandata exponeret,& iter vertendum aſſereret.
Quocirca haud multò eum poſt tempore videbitis.
Me præmiſit,ut nuntiarem domum & Strobilum
Commiſſi abs ſe operis admonerem. *Strob.* Facis,ut decet:
Age illuc ſubi,ut ex via te feſſum recrees.
Demirer,ſi alia re herum,quàm auri cura abditi
Tam ſubitò retrahat.Utinam periiſſet potius,
Quam iſtis me illumque curis diſtineret indies!
Seu vigilans agam,ſeu dormiens,aurum ſe mihi
Per vigilias & ſomnum offert;auro malè metuo,
Iam neſcio,quæ me anxietudo rurſum huc evocat,
Ut aurum inviſam.Vix ſatis,quid agam,video;
Si frequens adſum, obſervatores curæ & metus
Hujus pertimeſco: ſi deſum,alia formido occupat,
Ne quis furtim adrepat, pinguemque hanc prædam ſublegat.
Iam ut inſpiciam pergo Divi! quid illic promovet?
Spectrum herclè ingens,ſpectrum è terra emicat,
Iſtic ubi aurum ſepelii. Superi arcete hoc malum.
Aliud deinde,atque etiam aliud rurſum conſequitur.
Perditi ſumus,orcus inibi fixit habitaculum,
Ubi aurum eſt. Quid agunt umbræ?medius fidius.
Ollam de latibulo extrahunt. Quid porro?circulo
Includunt,ſaltum ordiuntur. Quis demum exitus
Soccis,an cothurnis hæc res geritur?quid malè
Admurmurant ollæ? an elicient aurum foras?
Apprehendunt manibus. Iam amiſſa ſunt omnia.

Ad ſtyga deferent, & cerbero ſervandum dabunt.
Verùm eodem loci veſtigio immergunt, ubi
Repertum eſt aurum & umbræ conſequuntur ſimul,
In medio iſta nunc orco ſepelienda auferent.
Iſtum ſanè locum caveo. Vita mihi auro eſt potior.
Porrò infelici me cuſtodiæ damnatum intelligo,
Qui veluti pro hortis Heſperidum Draco excubo.
Non unus hic nobis metuendus eſt Hercules.
Quando quot hic circa hominum atq; in orco Dæmonum,
Tot inſidiatorum huic auro paratos conſpicor.
Ut Dii aurum omne perdunt multò ego mavelim;
Quàm his me emancipatum curis diutiùs vivere.
Neque verò herilis filius, quantumvis nobilis,
Quantam hic ſerviat ſervitutem aſſequitur ſatis.
Quantò plus auro abundat, tantò eget magis.
Centum præterea ollas implebit, nunquam animum.
Et quis uſus, quando quidquid lucri induſtria parit,
Mox terra defoſſum excipit, ut cadaver inutile?
Nil menſa lautior, aut inſtructior domi penus,
Sed juratum prope jejunium eſt. Vix muribus
Binis alendis pabulum vitale ſufficit.
Tam verminoſus caſeus, penè ut ambulet.
Succidiæ rancidæ, vix ut dignæ ſint axungiâ.
His alimentis ad argentum ſervandum nutrior,
Vixque aſſe vivo, cum tot aſſium haurit millia
Ingrata tellus. Tædet ſervitutis oppidò.
Qui ſola ſpe tantum vivo, rebus tantum incubo.
Aliam fortunam optem, quæ vel magis me divitem,
Vel herum minus faciat, ita utriuſque ſervitus
Minor eſt futura, equidem bonis dum aderunt utar benè;
Et pluſculum meo credam ventri, terræ minus.

## ACTUS V. SCENA I.

*Abundius novo ornatos habitu natos obviam Deſiderio deſtinat.*

*Abund.* Seqûimini huc ad lucem me nati ſuaviſſimi,
Ut novo vos in habitu contempler. A fronte ad pedes
Formoſi eſtis, tanquam Sol in puro meridie.
*Goto.* Narciſſos æquamus. *Marin.* Et Hyacinthos. *Remacl.* Et Adonides.
*Claud.* Et Ganymedes. *Abund* Sic vos probè excultos nitido,
Lepidoque habitu fratri obviam eſſe volo, quem haud procul
Abeſſe reducem didici. Agite hic præſtolamini,
Ego deinde vos conſequar viâ & officio ſimul.
Meſſenio, tu aulam novæ hujus arcis inſtrue,
Eis, quibus me noſti ornamentis velle. *Goto.* Omnia
Apparatu inſtructa Perſico erunt. *Marin.* Mirabitur
Ad alios ſe redire frater, quàm à quibus, exiit.
*Remacl* Stupeſcet fortunam domus jam prorſus Regiam.
*Claud.* Si ſapiet fruetur nobiſcum. *Goto.* Audin' ſtrepitus virûm eſt.

## SCENA II.

*Goto, Marinus, Remaclus & Claudius Deſiderio admiranti occurrunt, denique accedit pater Abundius, ſtupentemque filium diſtinet.*

*Deſid.* Divis propitiis huc redeo. *Goto.* Frater eſt, occurrite
Salve optime frater: te huc rediiſſe incolumen
Fratres lætamur. *Deſid.* Qui vos & unde? *Goto.* Ignoti ſumus
*Marin.* Marinum non noſti? *Remacl.* Nec Remaclum? *Claud* Nec Claudium?

Deſid.

*Deſid* Quænam hæc metamorphoſis repētina? Ille habitus
Cultuſque peregrinus undè tam ſubito commigrat
Ad hoc ædis noſtræ? quis ſpem ac rem hanc facit
Ita fortuito nobis? *Goto*. Bona fortuna illico
Ad nos hoſpitatum conceſſit *Deſid*. Enimverò hæc mihi
Res nimium quantum improviſa eſt! Propero domum
*Goto* Ne te aberrare facias mi frater: alibi incolimus
Veteri domo abſceſſimu . *Deſid*. Igiturne hæc vendita?
Periit oppido. *Goto* Ne quid male formides, vetus & nova
Nobis habitatio eſt. auguſtius modò colere cœpimus.
*Deſid*. Stupenda prorſus! Quis illic? *Goto*. Pater eſt, *Deſid*. ille eſt pater.
Qui ita incedit baſilicè? veſtitur perſicè? tragicè ambulat?
Quæ monſtra? rediine ad patriam? ſatin' ſum vigilans?
*Abund* | Euge Deſideri, fili mi, tene hic coràm intueor.
*Deſid*. Pater es? *Abund*. Sum verò. niſi à me poſſideas alium
*Deſid*. Abundium novi. *Abund*. Hic te modò ſalutat. *Deſid*. Et tuus
Reſalutat Deſiderius. *Abund*. Nihil evenire gratius
Tuo quidem parenti potuit in ſortem te ſuam
Adeſſe voluit. *Deſid*. Mira verò ſors eſt, quæ me mihi
Animumque prorſus eripit, ut neque quod loquar,
Neque quod cogitem ſuperſit. Fortuna eſt nova
Qualem Midas ſubitò habuit; cuncta ſunt alia.
Fratres alii, pater alius. ſervi alii domus alia.
*Abund*. Vt mecum ſuccedas huic tecto velim *Deſid*. obſecro
Permitte ad ædes priſtinas divertam, illic mihi
Quies futura opportunior eſt. inſvevi loco.
*Abund*. Si ita lubuerit, volenti non fiet injuria.
Verùm moneo, infeſta eſſe ſpectris intus omnia
Eo præſertim loci. ubi theſaurus quondam tuus
Arena & lapides eſſe cœpit. *Deſid* Monſtra loqueris.
*Abund*. Majora iſthuc cum veneris, reperies. *Deſid*. ubi Strobilus eſt?
*Abund*. Ille locum expiare contendit, cum larvis indies
Luctatur. ac penè ipſe larva eſt. *Deſid*. Ah quid memorat!
Feſtino hinc ocyùs, hæc me certè oratio patris,

Novuſ-

Novuſque iſte vultus nimiâ ſuſpicione onerant.
Ah quàm ollæ metuo, ne quod infortunium viderit!

## SCENA III.

*Deſiderius ad Strobilum & theſaurum properat, ubi ab umbris deluſus fraudem denique fratrum & arenam pro auro deprehendit.*

D*Eſid.* Strobile, ehodum Strobile, ubi es? ſolus hic mihi
Non apparet obvius, res e verſa eſt video. Strobile
*Strob.* Here Ten' audio? adſum, *Deſid* Aurum uti habet?
*Strob.* Ah here!
*Deſid.* Quid ingemiſcis? *Strob.* Quam vereor! *Deſid.* Quid vereris malè?
Mora me enecas ediſſere. *Strob.* Vereor ut ad nos redeat
Aurum. *Deſid* quid inquis, aurum quonam igitur hoc abiit?
*Strob.* Ad orcum opinor Umbrarum illic plena ſunt omnia
Horreſco referens. *Deſid.* Dii te ſcelerate fulminent.
Ut quod furto tuo, aut negligentiâ intercidit,
Id orco imputes: Aurum haud ſanè ſervit Inferis.
*Strob.* Ego verò omni illud ſepſi cuſtodiâ pervigil
Ad hanc uſque horam, niſi umbræ illud ſubduxerint,
Illic erit, ubi reliquimus. *Deſid.* Agedum illuc te properè
Mecum confer. *Umbra.* Adeſte ſociæ, veſtri ſedem imperi
Defendite. *Deſid.* Quid video. *Str.* Orci incolas Manes vides.
Hos illic diverſari certum eſt. *Deſid.* Quid fit? *Strob.* erigitur.
Magis umbra magiſque, Gigantea eſt. *Deſid.* ædepol.
Augeſcit immenſùm *Strob.* Metuendum ne cadat denique
Noſque in ruinam involvat. *Deſid.* Umbras minores video,
Ut tripudiant circùm! quid denique agitur?
In ſpecum ſeſe inclinant, *Strob.* Aurum educent reor
*Deſid* Aurumne? ut hæc ab inferis credam geri? vix tempero
Meque ab impetu contineo. Suſpicor fraudes patris
Euge Strobile animum indue, obarma dexteram,
Ego gladio, tu iſthoc utere ſtipite: contra Inferos

Hodie

Hodie pugnandum eſt: non levi pretio certabimus.
*Strob.* Ah domine, cave obſecro: præveniunt Umbræ, in nos ruunt.
Cedamus. *Deſid.* Meticuloſe lepus *Strop.* De vita hic agitur.
*Deſid.* Et de auro meo. Euge Strobile conſequere me fortiter
Unde eſtis? *Umbra, 1,* Ex orco. *Deſid.* Iam vos remittam huc ocyus.
*Umb. 1.* Huc ſociæ obruite ſceleſtos, mergite orco victimas.
*Strob.* Here fugiamus. *Deſid.* ſta trifurcifer. Nondum intelligis.
Ex voce homines eſſe? Percute. Iam fugiunt, vicimus.
Quo iſtic fugitivas attine. Ego aurum corripiam
Tenes ne? *Strob.* Teneo. *Deſid.* Bonum factum. *Strob.* Mordet oppido.
*Deſid.* Ergone dentes umbræ habent? *Umbra 1.* Parcite, ah parcite,
*Deſid.* E tiã obteſtantur umbræ? cucullũ hunc vultu amove
Quis tu? Otto, tene video? *Otto* Ah frater! *Deſid.* Umbrarum equidem
Frater non ſum, hoc gladio interibis. *Otto,* Per ſanguinis
Te jura precor, perque genus noſtrum, ne parricidio
Illud commacules. *Deſid.* Exploro aurum. Væ ſi minus
Quam depoſui referam. *Strob.* ſalva ſunt omnia ſacculi
Eodem numero, & loco. *Deſid.* Huc nunc defer, ut inſpiciã.
O ſceleſtium hominum raptores audaciſſimi!
Aurum meum ubi eſt? *Strob.* Egone ſublectum? *Deſid.* Ergon' improbè,
Adhuc quæris trivenefice? cuſtodiendum tibi
Hoc concredidi, ita fallis? peribis ædepol: ſtygi
Iam nunc te mactabo hoſtiam *Strob.* Ah me perditum!
*Deſid* Quo fugis? *Strob.* Iam adero, ut tibi faciam ſatis. *Deſid.* igitur
Domi aurum recondidit? *Otto* Ne te frater crucies
Aurum in tuto eſt. *Deſid.* Ain' Vitam pro auro reddam?
Tantùm aperi *Otto.* Patris omnia tenentur manu
*Deſid.* Ah perdita ſunt, jam unde ille luxus nutritur, ſcio,
Unde domus, veſtes, apparatus ille regius!

*Otto* Ne triſteris frater,omnia ſe cuſtodiâ optimâ
Servare pater memorat *Deſid.*intelligo fraudes,tamen
Adibō,poſcam quod meum, quodque meâ partum operâ
eſt.

## SCENA IV.

*Strobilus amiſſi auri dolore ad ſuſpendium adactus, ab hero ſuperveniente laqueo eripitur.*

STrob. Accurrite accolæ,incolæ,cives, hoſpites,
Novum hodie ſpectaculum edam. Virtutes & fidem
In ſervo plectam,qui conſtanti ſervitio rem heri
procuravit ſui naviter. Quæ fideles maneant præmia
Exemplo mox docebo. Pluribus annis auro præfui
Cuſtos,neque inde ditior obolo factus,ſatis
Vix reſti emendæ nummorum reperi. Nunc præveniam
Herum,qui ad mortem poſt ſervitium poſtulat,
Et hanc ipſe mihi ſolvam mercedem , ne mihi
Quicquam ille impenſarum faciat. Age hic locus
Opportunus Strobilo eſt,ut pendeat , & brevi
Laqueo longam miſeriam claudat. *Marin.* Quid Strobile,
Quid agis? *Strob.*pendere volo. *Marin* Stulteſcis oppidò
Quæ te mania inceſſit? *Strob.* Sine experiar. *Marin.*heus,
homines.
Strobilus longam ex ſe facit literam. Iam herculè
Iam iſtic pendet,nemo ſubvenit? *Deſid.* Quæ clamatio
Hic aures pertundit? *Marin.* Periit eheu, periit Strobilus
*Deſid.*Ubi agit? *Marin.* Illic ex laqueo , *Deſid.* Quis fecit?
*Marin.* ſibi nexuit.
*Deſid*Quid otioſus adſtas?funem amputa.*Marin.*ſicâ careo.
*Deſid.*Euge, accedam,iſtic jacet. *Marin.* Strobile, audin
Strobile,
Vita effluxit. *Deſid.* Ne deſpera intùs adhuc cor palpitat.
Strobile heri vocem non agnoſcis? trahit animam.
Vita in pectus redit. Nondumne, ô Strobile,loqueris?
*Strob.* Quis hic moleſtus interpellat,quis revocat à viâ

Quâ

Quâ jam recta ad orcum ibam? *Deſid.* Quid in orco negotii?
*Strob.* Ut de auro illic inquirerem. *Deſid.* Deliras miſer Strobile.
Mihi iſte laqueus, magis congruat. qui infortunium
Senſi luculentius. *Strob* Iam ſpectabam Cerberum.
Et Charonti adſtabam ut naulum ſolverem. *Deſid.* Tam properè
Noli mori adhuc in vita tibi mihique es utilis.
*Strob.* Poſtquam meam ſcilicet operam, & tuum aurum perdidi..

## SCENA V.

*Abundius filio ſubducti auri rationem exponit, atque ad frugem ab avaritia revocat.*

ABund. Quam hic calamitatem audio ? *Deſid.* Nempe hæc tua eſt, Pater,
Me famulumque ante mortem nudos ſtygi immolas.
*Abund.* Quid inquis? vivere ego vos cupio vitâ hominum,
Qui cœlo nati ſunt non terræ. *Deſid.* Pauperes facis.
*Abund.* Divites feci, quos uti primum auro docui.
Etenim tollatur uſus quid pecunia? *Deſid.* Ah malè
Inſumpſi labores! *Abund.* Erras, cavi, ne pecunia
Malè interiret. *Deſid.* Amiſi omnia. *Abund* Et periculum
Curaſque, & perdendi metum & laborem cuſtodiæ.
Quæ amiſſa in lucro pones. contra quietem tibi
Somnumque conciliavi. *Deſid* Maximum amicitiæ
Humanæ vinclum periit. *Abund* Amicos feci cœlites:
Nam quidquid impenſum pauperibus hoc Deo fuit.
Vinclum abſtuli quo te vidi obſtrictum inferis.
*Deſid* Mea perdidi. *Abund* Feliciter ne te illa perderent.
Neque tua hæc erant, quæ ſors ut dederat, ſic prodigere
Rurſum illa levi momento poterat, quæ furibus
Et mille caſibus obnoxia erant. Si quid vis tuum,
Theſaurum quære virtutis nullibi obnoxium,
Aut ſorti, aut morti. Diſce aliena tuis diſcernere.

*Deſid.*

*Deſid.* Ah quantus dolor amiſſa eſt rei ! *Abund* Filii iſthic dolor
Ad ſanitatem proderit. Vulnera ut curentur,dolent.
Hic ferrum & ignes ferendi. *Deſid.* Ægreſco corpore.
*Abund.* Mentis illa curatio erit,imò & erit corporis.
Nam longam in cura ægritudinem curabit brevis.
*Deſid*, Beatus eram & derepente ſum miſer. *Abund.* Erras , Miſer
Eras,derepente beatus es. Nam avaro plurima
Deſunt,egenti pauca. Quanquam nec egeas quidem,
Qui quantum ſatis eſt habes,ſi cupias,quantum ſatis.
Inſtructa inopia eſt manens in opibus cupiditas.
*Deſid.* Ah utinam morerer; *Abund.* Indignum te vita facies
Si vitæ aurum præferas. Noli viliorem animam
Opibus habere. Peſtis eſſe illas credas loco,
Niſi contemnantur. Maximum interdum eſt lucrum
Pecunia caruiſſe. *Deſid.* Quæſtuoſa tamen ſæpius,
Pecunia miſeris fuit *Abund.* Lævus ſi fuerit animus ,
Si ratio cæca,ægra mens , perdita ſanitas,
Quid aurum prodeſt miſeris? Nec lectus ægro aureus,
Nec Midæ ſors ſtulto proderit. *Deſid.* Quid igitur
Aurum familiæ impendiſti.ſi nil prodeſt? *Abund.* volui
Te noſque ſanos,illo frui. *Deſ* Abſtuliſti omnia. *Ab.* omnia
Reliqui,& tuis opibus addidi,quantum vides.
*Deſid.* Quid verò relictum eſt? *Abund.* Quidquid poſſediſti hactenus.
*Deſid.* Quid inquis?adhucne theſaurus meus ſit integer ?
*Abund.* Integerrimus. ? ge Otto,huc ollam defer, ut ſciat.
*Otto.* Heus,Marine,adde manum, *Marin.* Ad aurum me vocas? *Otto.* Iam ſcies.
*Deſid.* Vereor,ut hodie veritati,ſatis ſtudeas Pater.
Nam, ut ſubito aurum ſit,ubi ante nuditas,
Et purum inane; hoc mihi nondum perſuaſero.
Niſi Midæ apud te virgulam poſſideas. *Abund.* Veritas,
Et res palam faciet,quæ loquor. Tantum animo
Ac ratione potius,hac in re,quàm ſenſu utere.
*Otto.* Appulimus in portum cum hac navi. *Abund.* Nunquid gravat ?

*Otto*

*Otto.* Plumæ ædepol, non ſunt quas tulimus *Abund.* Nec inaniæ

Meræ. *Deſid.* Feſtino, quid occulitis? *Abund.* En ollam pleniſſimam,

Refertoſque ſaccos. *Deſid.* Video; Sed quid hoc ſub cortice

Tegatur, ſi terra obtegas, tantùm, ne inſpice:

Verùm ita, ut hæc olla eſt, in antiqua ſepelias ſpecu.

*Deſid.* Quid ſi lapides incluſeris? *Abund.* lapides, an aurum habeas?

Noli quærere, tantundem ab utroque commodi eſt,

Si terræ mandentur, imagineris aurum inibi

Latere ſepultum, nihil poſſidebis minùs, hoc quoque

Supra ſortem obtinebis priſtinam. Curarum vacuus,

Et tuarum ſecurus rerum: non fraudem, non inſidias,

Non hoſtem timebis, non ſervis egebis, non cuſtodiis:

*Deſid.* Rectè quidem, verùm aurum denique eruere ſtatui.

*Abund.* Quando: *Deſid* in ſenio. *Abund.* Quis ſpopondit vitam tamdiu,

Aut ſuper futurum aurum tibi? Mille inſidiis,

Mihi crede, utrumque ſubjacet, quoties tu emori,

Aurumque averti poterit! An non amiſiſti modo?

Quid ſi alienis id manibus, non patris factum tui?

Quid ſi aliis impenſum, non tuis tibique? *Deſid.* Ah Pater,

Ita acervaſſe æs pœnitet! *Abund.* Hanc vocem optabam diu.

Iam denique inter divites cenſeri unus poteris,

Cum frui opibus jucundum eſt. Verùm aliter,

Niſi jacturâ tuâ erudiri non poteras. Nunc age,

Et ſiquid deinde lucri feceris, ne pauperi neges.

Nequid tibi, tuiſque. providet munificis Deus.

Liberali nihil defuturum eſt diviti, avaro omnia.

## *Epilogus.*

QUantum auri inſanus amor ſenſum faſcinet,

Teſtis hic juvenis Deſiderius, teſtes alii,

Quicunq; auro ſtultè cumulando dant operam,

Nulla perinde Medea, aut Circe veneficiis

Incan

ncantat animum hominis. Namque,ut tam levis
Viliſque terræ patticula ; quæ neque vitam,neque
Senſum ullum poſſidet, ita deametur perditè,
Ut nulla homini quies,neque interdiu, neque
Noctu ſit relicta,quâ reſpiret liberè:
Quis non ſtupeſcat ? Quanquam hoc mirum magis
Ita everti rationem,ut neque quid ſit pietas,
Quid æquitas cernat,ut durus in proximos,
In parentes,in ſeipſum vix naturaliter,
Quàm ad torturam videatur. Quantò ſatiùs
Is egit, qui opes ſibi ad uſum novit datas.
Qui hinc ſuæ neceſſitati , aliorum indigentiæ
Opportunè conſulit,qui illas virtutum magis
Quàm vitiorum facit materiam : nec alibi
Quàm in pauperum,cùm abundat, ſinum defodit.
Expers omnis periculi , curarum vacuus,
Plenus lucri,atque in cœlo reponendi fenoris.
Si vultis,hoc vos exemplo licebit ſapere,
Et ſenis potiùs liberalis,quàm avari juvenis
Conſilia amplecti. Valete & rectè vivite.

# COMOEDIA HISTORICA.

## RUSTICUS IMPERANS.

### PROLOGUS.

AGedum ſpectator quiſquis huc intrò pedem
Tuliſti, ne te fallas, ne ignores locum.
Nã Mimigrodæ hodie non ſumus. Brugis ſum',
Ubi Princeps habitat Philippus ſuâ bonus
Bonitate dictus, tanto haud impar nomini.
Illic, inquam, ſumus, urbe Belgarum inclytâ,
Ubi dapſiliter, baſilicè, liberaliter,
Nonnunquam & ab ipſis vivitur cerdonibus,
Eſtur quandoque lautè, ac bibitur lautius,
Poſtquam à piſtrino ac ſutrina ſunt feriæ.
Quanquam has prævertere ferias haud ſit infrequẽs
Argumento erit homo illic natus Ruſticus
Quamvis in urbe, officio, ni fallor, faber.
Cui dulces cyathi ſupra incudem & malleum
Placere viſi, quique fuliginem indies
Dilueret muſti flore popinæ incola
Pernoxque perdiuſque: niſi hominem domum,
Aut uxor traheret, aut qui à fabrilibus
Adſtabat ſervus, donec pertæſus operum,
Et verberum, quæ devorabat, ebrium
Deſtituit herum mediis viarum in ſordibus,
Quæ res ſervo profuit, hero non obfuit.
Etenim repertus hic homo ſolitarius,
Dum urbem luſtrat princeps plenus ſordium,

Muſti ſomnique plenus aulæ abs regiis
Infertur aſſec[illegible] d[illegible]io
Abundè fuerit [illegible], ac ſplendidè
Deceptus ut variè ductus erroribus,
Uti Rex e Ruſtico, e Rege factus Ruſticus,
Iam nunc patebit ex ſcena, aures vos date
Atque oculos tantiſper, implebimus affatim.
Vos ubi ſatietas intraverit, claudite.

## ACTUS I. SCENA I.

*Congrio famulus. Mopſus herus.*

*Congr.* Miſera quidem res eſt homini fido ſervitus,
Siquis perinde, ut ego, intractabilem ſibi
Sit herum nactus, cui ſervitium ſerviat.
Etenim ſi ad hunc porrò modum fas ac nefas,
Ut hoc ſemeſtri factum eſt, cogar perpeti,
Si heri ferre imperium, qui ſobriè nihil ſapit:
Malim herclè Siculis damnatus triremibus
Scyllam inter & charybdim remos ducere;
Quàm hanc ſervi miſeriam exemplo ferre ultimo.
Nunc pingui Zytho expletum ad plenam gulam,
Ex popina hominem vix ægrè attraxi foras.
Moratur, ſtomachatur, bilem & crapulam evomit.
Ubi nunc eſt? Here, an conſequeris; *Mopſ.* Trifurcifer
Tenebrio, corvorũ pabulũ, *Congr.* Here, quid jubes?
*Mopſ.* Ut te ſuſpendas in meridie, & propalam.
*Congr.* Quid tum? *Mopſ.* Carnificem liberabis hoc onere.
*Congr.* Quid uſpiam igitur mali cuiquam dedi?
*Mopſ.* Hoc tu mihi caput pertudiſti, verbero,
Hos ſuffodiſti pedes fundamentis ſuis:
Nam nec videre ego, nec ſtare, ut æquum eſt, queo.
*Congr.* Cyathos trullaſque accuſa exhauſtas centies.
*Mopſ.* Tibi ego perterebrare cerebrum volo tuum,

Hinc atque iſtinc toties, dum centoculus fies,
Ut quâ herum rectiùs via ducas impoſterum
Videre queas. *Congr.* Nempe id jam factum ſentio,
Dum uno mihi ictu utrumq; excûſti oculum propè:
*Mopſ.* Trivenefice nunquid ſubmerges herum tuum?
*Congr.* Mitiùs inſanire te cupiam *Mopſ.* Cymbam admove,
Iam nunc mare intumeſcit. fluctibus haurior.
*Congr.* Cerebrum tibi muſto innatat ratio mergitur.
*Mopſ.* Iã ad collũ unda pertigit. *Congr.* Credo de ventriculo
Ad fauces aſſurgere: ut exundet, vereor.
*Mopſ.* Ah mergimur! *Congr.* medio herclè procumbit foro.
Barathrum hominis atq; in ſicco naufragium adit.
*Congr.* Hem Mopſe, here mi, ita pernoctabis in luto?
Quid ſi improviſo occurras infortunio?
Huc dextram, ſtabis? an non? Revolvitur humo.
Audin' here? jam etiam oculi ſomno ſunt ebrii.
Omnes occupavit ebrietas ſenſus hominis.
Edormiſcat ſanè vappam hanc, etiam in luto.
Quid enim magis porco competat? en ut latus
In hoc volutabro ſus volvit Bœotica.
Aliter hic quidem quàm domi ſuper culcitra,
Subterque plumis ſternitur, iſtic nunc natet
In pingui hoc juſculo, ac dein ſciat
Sobrius, quantùm ebrio hucdum opera dederim,
Ut extractum popinâ viis, vicis, luto,
Domi illum conjungi ac quieti redderem:
Et me ſervum diſcat habere benigniùs,
Quem peſſimis hactenus tractavit modis.
Enimvero Cyclopum ex genere herum habeo,
Officio Fabrum, qui niſi me cottidie
Ad incudem & malleum fabrè exerceat,
Flagris hinc atque inde terendum flagrantibus,
Fabrum ſeſe fuiſſe putat inutilem.
Id nunc capitis ego hac plagâ teſtor ſatis,
Quam, vix ſanâ alterâ, hodie accepi novam:
Dum illum de tabernâ ductum vinaria,
Per plateas ac vicos confector ebrium,
Ut tempori bacchantem adducerem domum.

Nimis

Nimirum ut me lateri adjunctum vidit ſuo,
Incanduit irâ. atque impacto in caput malleo
Evertere mihi omne velle eſt viſus cerebrum,
Ea nempe mercedis mihi obveniunt loco,
Dum naviter curo quod fidelis eſt operæ.
Hoc ut ego feram in urbe Brugatum libera,
Ubi lex & princeps eſt, qui legem vendicet
Injuriâ? Illam pol nemo mihi ſuaſerit
Patientiam hodie. ſervus ut inultus ſiem,
Herumque patiar qui triumphet malitia.
Principem habemus, quem ab æquitate *Bonum*
Brugenſes nuncupant. hunc quid vetuerit
Adiiſſe? Iuris hoc ſervi etiam poſſident,
Ut majorem herum adverſus minorem invocent.
Teſte mihi alio præter hoc caput non eſt opus:
Vulnus etiam loquetur, ubi ego tacuero.

## SCENA II.

*Philippus Princeps, Cleobulus, Democles, Demilus, Aulici.*

*Phil.* HEm Proceres adeſte lateri, dum forum peto.
Menſam ambulatione medicè claudere
Medicorum eſt conſilium. Quæ iſtic clamatio eſt?
Harmonia & concors vocum, diſcordia eſt.
Nunquid muſicè concertant? Lepida herculè.
*Cleob.* Niſi me fallunt aures, vivunt bacchanalia,
Feſtivi aliquot Bacchi, Proceres, *Phil.* Quis improbet?
Homini etenim opifici, aut navo ruricolæ
Qui tantillum non faveat joci ac gratiæ:
Ut poſtquam ſudoribus extra maduit,
Intus liquore Zythi madeat. æquum erit,
Ut inter Belides aquam dolio hauriat.
*Cleob.* Variatur iſtic muſica, nec idem eſt tonus,
Hui altum! diſcantum! baſſum! at nullus tenor.
*Phil.* Lepida profectò ſocietas, quis abnuat?
Bacchus ſolutis tigribus regnat inibi.

Liquidius ſane gaudium iſti poſſident,
Quià rure & hara, è ſutrina & fabrilibus
Ita ad cauponam divertunt; nihil ut domo
Curarum aſportent; quàm qui ab aula exeunt,
Ut lætitiam foris hauriant parum integram.

*Cleob.* Ita nimirum divis placuit, ut & ſuos
Solari pauper labores queat, & ſuam
Dives ſuperbiam moderari. Nullibi
Hac in vita incorrupta habitat felicitas.

*Phil.* Rem dicis. Ehodum, quid iſtic hominis viam
Trijugero corporis intercipit? mortuus,
An vivus eſt? *Cleob.* Cadaver opinor viri eſt,
Namque haud plùs movetur, quàm canis mortuus.

*Democl.* Ictû arbitror. *Phil* Ab homine, an cornupetâ bove?

*Democl.* Non, ſed cornuto Baccho, & medullâ calicum,

*Cleob.* Impellamus modicè, ut an pergat vivere,
Conſtare poſſit. *Democl.* Salvus eſt, ronchos edit,

*Cleob.* Et vappam olet præpinguem meis naribus

*Democl.* Somno indulget, altius, quàm ullus queat glirium.

*Phil.* Si quid lucelli in loculis metuendum oppidò eſt.

*Cleob.* Quin etiam valetudinem edormiſcere hic queat.

*Democl.* Siſyphi ſaxum volvimus, identidem revolvitur.

*Philip.* Abſiſtite. Somnum iſte ſuum porrò dormiat.
Unius mihi haud illepidi in mentem venit,
Quod naviter accurabitis, heus famuli, hunc virum,
Ita, ut jacet, conſopitum inferre regiæ.
Lautum deinde iis, quibus affluit, ſordibus,
Ac terſum probè, ſuis etiam centonibus
Excoriatum, manu & pede preſſim in thalamum
Meum reclinem dabitis. *Demil.* In lectum hunc tuũ

*Phil.* Ita verò meum, apparatum baſilicè

*Demil.* Quid deinde? *Phil.* Id ex me dum tempus eſt, audies.
Cavete ſitis, hunc mihi excitetis leporem.
Cleobule, te hujus ego operis præfectum creo.
Fac rectè apparetur; tum alios domo bajulos
In ſubſidium his deſtina, ut levetur onus.

SCENA

## SCENA III.

*Domilus, Staſimus, Soſa Aulici, Cleobulus aulæ Magiſt.*

*Demil.* Ridiculæ herclè comœdiæ actores ſumus.
*Staſim.* Quorſum ea res vergat deinde, præſtolor avidè.
*Demil.* Quid ſi ei Princeps tanquam furi peſſimo,
Qui nocte intempeſtâ irrepſerit conclavium,
Illudere paret atque ex aula in carcerem
Præcipitem agat, ut ſobriè diſcat ſapere?
*Staſim.* Quid ſi illum ſibi à conſilio eſſe dein velit?
*Demil.* Illum, qui haud multò plus, quàm fungus aut pepo
Poſſideat prudentiæ? *Staſ.* Qui plus cæteris
Hodiè ſibi videntur ſapere hi ſapiunt minùs.
Ruſtica ſæpe ab aulis abeſt ſimplicitas,
Quæ, ubi res fert, Principibus verum ediſſerat.
*Demil.* Parce fabulis, & manum operi commoda
*Staſim.* Quid hæres? Iſtud hominis fruſtum unicus ego
Ut ventus plumam levâro. *Demil.* Herculem audio.
*Staſim.* O Pecudem! in hara verſamur, cœnum eſt undique,
*Demil* Quid, malum, clamoris cies? cave excites,
Niſi lora devorare cupias. iſtuc atrine.
*Staſim.* Ubique lubricum eſt, fallunt ædepol manus.
Niſi vectem admoveris, fruſtra es. *Dem.* Quid moræ eſt?
An conglaciatas frigore adfers manus?
*Staſim.* Molaris lapis eſt, ſine eſſedo nihil egeris.
*Demil.* Et tu ſanè ſtipes es, qui nil promoves.
*Staſim,* Mulus mulum ſcabit. Demile quin pallio
Hoc onus fulcimus? *Demil.* Heus te, Soſa ocyus,
Exſpectamus operam. *Soſ* Quid hic obſecro rei?
*Demil.* Arabicus eſt caper dono oblatus Principi.
*Soſ.* Quin igitur incedit? *Staſ.* in vinclis pedes habet.
*Soſ.* Quidum? *Staſ.* Quæris? ne fugâ abeat. *Soſ.* Magnum eſt onus.

At hominis frontem video, & barbam. *Demil.* Ita ſcilicet
Iſtic mos eſt capris, ut barbati viris
Præpolleant. *Sof.* Ridiculum, herclè negotium,
Nam & veſtes induitur? *Demil.* Contra hiemem refugium eſt,
Sub Aquilone enim ſumus. *Sof.* Admiror omnia.

*Cleob.* O teſtudines, annus abit dum acceditis.
Huc ad aulam promovete ſcapham onerariam,
Principis in toro hoc locabimus cimelium.

*Demil* Fatigationem attulimus cum hoc pondere.

*Cleob.* Utrumque vos jam mox ponere onus faciam.

*Staſim.* Cloacinæ hodie debet ſacrificium hic homo,
Qui ex iſto ſordium enavigavit freto.

*Cleob.* Eluendum hoc nunc porcetum eſt. En hic aquam
Ac ſpongiam, à capite fiat exordium.

*Soſim.* Quin ſcopas adfero? *Cleob.* An purgabis arenam?

*Soſim.* Hanc veſtium illuviem. *Cleob.* decorticabimus
A capite ad calcem cepam hanc, ſolve Ligamina.

*Demil* O pingue mentum, & barbæ ſentinam! hic canis
Inveniat affatim quæ lingat. *Staſ.* Ut hiat,
Ructat, ronchiſat? metuendum ut ſtomachus crepet

*Cleob.* Ita ſcilicet portorium ſolvet tibi.

*Staſim.* Malo debitor maneat. *Demil.* Perdo aquam & operam,
Ut mundus ſit, immergendus vivo eſt flumini.

*Cleob.* Abunde frons nitet, manibus ſpongiam adhibe.

*Demil.* Ex querno ſtipite exſculptas gerit manus,
Ita ſunt aſperæ. *Cleob.* Nondum teexpedis Soſa?

*Sof.* Solvi undique veſtes; ut educam ſolus, nequeo.

*Cleob.* Prius illum excalcea. *Sof.* Elephanti pedes habet.
Oho calopodia, quantum onus hoc viro eſt!

*Cleob.* Mercurio herclè non ſerviunt. *Staſ.* res eſt hieme
Non importuna, pedes calfaciunt aut focum.

*Demil.* Lecto ac lodicibus Principis procella hodie,
Niſi fallor, imminet, pluet fece muſteâ.

*Cleob.* Lotricibus iſtis curas finite, negotium hoc
Finem poſtulat, jam Dux in proximo eſt.

Ut

Ut factum videat, agedum clauſis foribus
Hominem ſuo in ſtrato ocyus componite.

## SCENA IV.

*Philippus, Cleobulus, Staſimus, Demiles, Democles.*

*Philip.* Actumne ut juſſi Cleobule? *Cleob.* nihil. præte-
*Phil.* ritum eſt.
Ergo ad manus ſucceſſit omne negotium.
*Cleob.* Ita ut nihil queat meliùs ex voto egimus.
*Phil.* Homo ut ſe habuit? *Cleob.* Caudex uti ſolet quercin'
Quem quo loco collocaveris, iſtic jacet.
*Phil.* Inviſamus hominem. *Cleob.* In ſepulcro plumeo
Iam nunc defoſſus jacet. reviviſcet brevi.
Iſtic eſt. *Phil.* Staſime quæ tibi illic factio eſt?
Hic pro foribus adſta excubitor. Ubi quis ſtrepet
Inibi aderis, atque ex mea advertes ſpecula,
Ut adeſſe mihi intus liceat comœdiæ.
*Staſ.* Scies te vigili miniſtro uſum ad hinc cuſtodiam.
*Philip.* Heus proceres, ac famulitium omne hic vos mihi
Aſtare volo, atque utramque aurem pandere,
Ne quid dictorum prætereat. *Cleob* Omnes vides.
*Philip* Scitis quid vivâ iſtâ hominis ſtatuâ velim?
*Cleob.* Niſi quis ex nobis ſit vates, neſcibimus.
*Phil.* Pro centone purpuram, aurum pro luto geret.
*Cleob* Quid deinde ubi in auraveris ſtatuam?
*Philip.* In throno illum noſtro collocari velim.
*Cleob* Quia nam? *Phil.* Ut imperium in vos pro me exerceat
*Cleob.* In nos iſte ſtipes? In porcos, opinor, rectius.
*Democl* Quàm mox tuo hanc volutabro inferemus ſuem.
*Philip* Mecum deinde ſervire cui grave accidat?
*Cleob.* Cui tecum imperare dulce eſt. qui bono
Bene ſervit, magis imperat *Phil.* Sed piget imperi.
*Democl.* Non dū nos piget hactenus. *Demil.* Te nos perdere,
Atque exemplo peſſimo hunc fucum accipere.

Quis equo ferat animo? *Phil.* Curam hanc mittite,
Nam ſcenicum ego principem hunc tantiſper volo,
Ut ſuo nos habitu ac moribus extemporaneus
Princeps delectet, cetera eventus feret.
Proin vos omnes hanc ſcenam veſtrâ indole,
Atque ingenio opportunè juvare cupiam,
Ut fabula ornetur. Vos, qui à pedibus mihi
Adſtatis hic induſtrios volo, ut poſtquam ſopor
Reliquerit hominem, advoletis quàm mox, & hinc
Atque hinc latus ſtipetis, ſalutem precemini,
Feratis veſtes, paludamentum, purpuram,
Ex auro argentoque cimelia. Idque poplite,
Et vultu prono obſervetis nutum lubentiam,
Compelleris identidem Brugarum Principem,
Atque ubi nil rogatus dixerit, ceu nutui
Aſſuefacti. ex hoc omnia vos agere fingite.
Primo ephebi, deinde proceres eodem ſubeant.
Ego arbiter vobis ex ſpecula haud procul abero.
Capitis? *Demil.* Abundè ſatis. *Phil.* Ne verò riſibus
Hanc mihi quis comœdiam evertat, moneo:
Niſi quis deinde flere velit in tragœdia.
Nam lacrymis riſum eluet. *Soſ.* Scimus herculè.
*Philip.* Si cui prægnanti in ſplene cachinnus naſcitur,
Hunc intra preſſum, extra, ante fores, pariat.
*Cleob.* Concipere intus in animo gaudium, erit ſatis,
*Philip.* Quid porrò fieri opus; monebo tempori.
Tu nunc Cleobule, quod pincernæ officium,
Quod ſit Coci, fac ne ignorent. *Cleob.* Faciã ut decet.

## ACTUS II. SCENA I.

*Staſimus, Congrio.*

*Staſ.* IAm verò quantum hodiè mihi incumbat onus 1
Intelligere denique videor, hiſce foribus

Excu-

Excubitor adſto, quamdiu verò, quis ſciet?
Quid ſi Endymionis ſomnum iſte dormiat?
Ne tunc Argus quidem ſuffecero centum oculis.
Certe ut propediem ex iſto lethargo evigilet,
Quem ita dormire cœpit, nihil ut ſentiat,
Hoc pol ſperandum non eſt, quid ſi glirium
De ſtirpe ortus integram ſomniet hiemem?
Hac ut ego nil edam, bibam, dormiam:
Rem invenero; ubi is me fatigabit vigiliis,
Tumultum præ foribus ciebo, ac pugnæ ſpeciem,
Ut horrore ſomnum evertam. Quid nunc agit?
Diducto herclè ore, ſeſquipede latius hiat,
Atque animam ſomni trahit. auditin' narium
Ut tubam inflet! bucciná in bello haud egeat.
Cornu etiam habeat, paſtum ut porcos conciat,
Aut ut de turre vigil militem cenſeat.

*Congr.* Venio ad aulam, ut auxilium adſciſcam mihi,
Adverſus heri inſolentiam, quam plus ſatis
Toleravi hactenus, alias deinde copias
Educam hunc contra hoſtem, ſpero victoriam.

*Staſ.* Hominem video adventantem. qui, quid murmuret
Operæ pretium ſcire, quid enim, ſi virum
Quem nos in carcere plumeo concluſimus,
Inquirat iſte: hinc verba venabor hominis.

*Congr.* Sed vereor, ut ad aulam inveniam mihi aditum.
Equidem interceſſores loculos, ſervus, uti ego,
Qui pro victu tantùm meret, non poſſidet.
His verò qui patronis caret, aulâ caret.

*Staſ.* Ex hara vates eſt. *Congr.* Non deſpero tamen;
Namq; ut Princeps eſt bonus; ita herus eſt peſſimus.
Qui muſto ſe, alios plagis onerat indies.

*Staſ.* Expecto quid ſequatur. *Congr.* Quid, factum modò,
Quamque inſolenter meque ſeque ebrius
Tractarit, hoc ego vulnere, ipſoque inter lutum
Etiamnum hærenti, cuivis facilè probavero.

*Staſ.* Rem habemus, opportuna ſanè deceptio eſt.

*Congr.* Modò, ut de aula nanciſcar aliquem, obambulo,
Cujus ductu atque ope conveniam Principem.

*Staſim.* Occurram. Salve mi homo. *Congr.* Et tu, adoleſcens optime.

*Staſim* Quò ſic pedetentim? *Congr* Fas mihi.tibi ſit loqui,
O Iuvenis inclyte. *Staſim.* Habes veniam, ediſſere ut lubet.

*Congr.* Philippum ego accederet :: opera Principem
Percupiam quidem niſi quid moleſtiæ hinc creem.

*Staſim.* Moleſtia quidem hinc nulla eſt, at ſomnus modo
Principem occupat, hujus operiare exitum.
Nil obſtabit deinde, quin adire hunc queas.

*Congr.* O divine adoleſcens, iſtam exoſculor manum!

*Staſim.* Ego tibi dux adero, interea quiſce in porticu,
Dum opportunè indeeducam ad Principem.

*Congr.* Dignus adepol es, qui cæli claves feras.

## SCENA II.

*Staſimus, Mopſus, Cleobulus, Soſa, Ephebi, Tonſor.*

*Staſim* EX hoc ego homine novam hodie lætitiam
Sperare auſim, namq; ſi hic Principem pro hero
Noſtrum habuerit, duplex erit deceptio
Et heri. & ſervi; niſi voto abludat fabula.
Sed hem. Eſtne intus motio noſtro Principi?
Venti ab ronchis quieſcunt. magna eſt malacia.
Velum ſenſim reducam, ut cernam propiùs.
Pol ex ſopore animum recipit, vigilat, videt,
Admiratur, ſtupet, manibus excutit oculos.
Explorat circum lectum, ſtragulum excutit,
Culcitram dextra pertentat, enititur
In cubitum. reſupinatur, lecto iterum
Seſe expedit. Aulam ac Principem acceſſam ocyus.

*Mopſ.* Papæ, papæ! quid hoc eſt? ubi me reperio?
Meum hoc cubile ſeſquipedale, ac luteum,
Meum hoc toral cannabeum? mea hæc culcitra
Straminea abs me nuper ſuffulta; O res nova,

Aurum nunc, & ſericum,& plumas mulceo.
O portenta! Etiamne is ſum qui quondam fui,
Mopſus faber, Cratero potino ſymbolophilus?
Adeone hic ſolus inter unguenta, & roſas?
Ubi ſocietas mea, quæ juxta grunit domi
Porca, & porcelli: Ubi Gretula uxor mea?
Ubi Stomphax filiolus? Ubi Congrio eſt famulus?

*Cleob.* Hisin veſtigiis circum ephebi ſubſiſtite.
Ubi ſignum fecero, quiſque ut eſt doctus advolet.

*Mopſ.* Profectò niſi me perdiderim, non ſcio
Quemadmodum hanc in ſortem ita irrepſerim.
Quis mihi porro dicet qui ſim? video ſpeculum,
Ex hoc diſcam *Cleob.* Quo tandē hæc evadet fabula?

*Mopſ.* Abs te, Mopſe, nunc ſcire velim, Eſne, qui fueras?
Iſta herclè barba tua eſt nupera. Et quoque
Hæc tua eſt frons, hic naſus, vultuſque eſt tuus.
Sed linea hæc nebula, quæ toto corpore funditur,
Haud ſanè tua eſt hæc neque veſtis, neque torus,
Neque aula tua eſt, qui tugurio inſuêſti hactenus.
Mehercle, iterum quis ſim dubito. Nemo adeſt
Hic alius? Etiam nudus ſum, nemo adjuvat
Vt veſtiar. Ehodum Gretula, Stomphax. Congrio,
Nemo han domum habitat? Procumbam hoc lecto iterum.

*Cleob* Huc nunc Ephebi ocyus, adeſte ab officiis.
Salve inclyte Princeps, lucem hanc tibi proſperam
Bene evenire velint, jubeant, omnes Superi.
Placetne lecto aſſurgere? multa jam ubique eſt dies.
Veſtes dabimus: modò, quas velis, edixeris.
Iſtic militares, corio exciſæ bubalo,
Venatoriæ illic viridi textæ ſerico,
Hic Senatoriiæ arte Phrygiâ variæ.
Quæ qualeſque placent? Paludamentū, an chlamys?
Tega an ſagum? ſegmentata an integra?
Conchyliata an rudis? ſtricta an ſollicans?
Auro, an gemmis diſtincta veſtis? omnes habes.
Togatus eſſe cupies, ac domi quieſcere?
Annuit. Ephebi ocyus ex veſtiario

Quotidianum habitum ferre ex oſtro ſimplici.
Eph.1. Scio.2 Iſtic vero eſt quæ fulcitur pellibus.
*Cleob.* Hanc defer,ut contra auræ ſit injuriam,
Age illinc tu brachia Principi ad veſtem eleva.
Tu hinc tunicam inſere.perge nunc ad lævum latus
Nodis porro antè pectus diſtringe hanc togam.
Femoralia agedum porrige, ſine Principem.
Nam quiſque ſibi hoc in opere maximè eſt habilis.
Modò induc pedibus tibialia,huc agedum
Puer aquam exhibe deliquatam roſis.
Tonſor,haben' in promptu omnia,ut crinem ſtruas?
*Tonſ.* Adſum inſtructus. *Cleob.* Lubetne hanc ſedē Principi
Capeſſere? pectine impexam comam expedi,
*Tonſ* Depectinabo,ordini reſtituam pilos.
*Mopſ.* Ohe! *Cleob.* Mitius age, ô ſtatua verberea.
Neſcis te Principem comere? *Tonſ.* Peccant tricæ
Quæ nimium capillum implicant,Labyrinthus eſt.
*Cleob.* Tu igitur ſis Theſeus. *Tonſ* De barba quid erit?
Silveſcit illa prorſus,tonſurâ indiget.
*Cleob.* Scis tuum officium. *Tonſ.* Sed Principem id obſecro,
Ut edicat,quâ formâ barbam refingi velit?
Hiſpanicâ,an Gallicâ an magis Germanicâ?
*Cleob.* Morem hujus ſecli neſcis,veſtimur Gallicè,
Bibimus Germanicè,rondemur Hiſpanicè.
*Tonſ.* A myſtace,id eſt fundamento, exordior,
Ut ad barbæ denique perveniam apicem.
Hic nimium delirant ſotæ,tanquam ſtiriæ
Ad tectum pendent. Iſtic ante pendium
Æquo latius eſt,amputabo iſtam laciniam.
*Cleob.* Meſſoris fungeris munus graphice nimis.
Meſſem capillorum omnem ad ſtipulas demetis,
*Tonſ.* Prorſus Hiſpanicè Speculum hoc Princeps conſule.
Dignus iſte eſt barbæ habitus. *Mopſ.* Quis nunc igitur
Vobis eſſe videor? *Cleob.* Qui es, Philippus bonus
Brugarum Princeps *Mopſ.* Ergo noſtis me oppido?
*Cleob.* Ita quidem,ut bovem matrem nata bucula.
Ab ipſa origine in cunis iſte hic homo
Qui nunc es, fuiſti ſemper. *Mopſ.* Ita aſſeritis?

*Cleob.*

*Cleob.* Etiam jurati. *Mopſ.* Miror. *Ephe.* 1. His manibus aquas
Affudi. *Mopſ.* Stupeo. *Tonſor.* Huic ego barbæ plus
quam pilos
Mille reſecui ſolus. *Mopſ* Vincor. *Cleop.* Eho famuli
Ubi Cimelia; *Eph.* Illic torques eſt aureus.
*Cleob.* Donum Hiſpani Regis eſt, collo hoc convenit.
*Eph.* 2. En gladium balteumque. *Cleob.* Spolia ex hoſtibus
Iſta poſſediſti. *Eph.* 1 En galerum. *Cleob.* Eſt Turcicus.
Pluma abeſt verſicolor, quin reponis puer ?
Apodum ex genere iſthanc India nobis protulit.
Oho Soſa, quin ſuffimento, incenſas conclavium?
Ex Lentiſci ſudore Arabica ſit maſtiche.
*Soſ.* Ut jubes. *Cleob.* Ceteri triclinium inſtruant,
Lautè, baſilicè, pancratice, dapſiliter.
Feſtinentque Prandium. Pincerna hic adſtituat
Maſſici delibatum florem, ne quid Principi
Sitienti deſit. Deinde, ſi quid, Philippe, velis,
Tantùm nutu eſt opus, ut iſthuc impetres.
Abſcedo hinc nunc curatum porrò cetera.
Ephebi iſtic præ foribus ad imperium aderunt.

## SCENA III.

*Mopſus, Ephebi.*

NIſi me fallo, jam ſanè evigilavi, & oculis
Somnum omnem excuſſi, qui iſthæc video
Tam mira qualia neque in ſomnio antea
Videre unquam me memini; qualia nec ego
Votis licet audacibus auſim cupiſcere.
Ut ita derepentè, de inſperatò unica
In nocte ex Iro in Cræſum demigrem?
Quis Poetâ aut pictor ſatis hoc fingat quidem ?
Ut Mopſo ex fabro tantus ſubitò Principum
Exiſtam, atque ab incude regiæ inferar ?
Ferro aurum, gemmas ſubſtituam carbonibus?
Fortuna ædepol eſt, quam nec habuit Policrates.

Neq; ego h b repoſi u n qui tam Mopsū me eſſe ſcio,
Quam ſolem hodiè lucere, poſtquam ſit dies.
Quam heri cum uxore me pranſum domi meæ,
Juxta forum, vermino:o de caſeo,
Et pinguis rancido laridi præſegmine.
Quàm deinde atro me indutum præcinctio,
Et malleo armatum, divertiſſe domo
Ad popinam, ibique perpotaſſe ad veſperam,
Ac ſervo Congrioni iſtic ſtipendium
De ſtipite numeraſſe affatim, quod meruerat.
Exinde quid mihi factum ignoro; niſi
Quod hic me reperiam, ubi eſſe me, vix mihi
Vix meis oculis, vix aliis credo atteſtantibus.
Sed tamen ita luculentæ rei quis obvi am
Contra iverit? etenim, an non dementi a
*H*æc manifeſtaria ſit, ita obniti omnibus
Hic ſenſibus, ut hanc aulam, hæc ſervitia,
*H*unc apparatum. hæc cimelia, hunc gladium
Circum te, tuoque in corpore, ferre abneges?
An hæc non palpas in anibus, an non poſſides?
Quæ quidem Mopſi aut eſſe, aut deberi fabr o
Quis dicat, niſi Mopſi ipsā ſit ſtultior?
Itaque Mopſum te quidem non eſſe ampliùs
Tam eſt certum, quàm tuis hic nunc te ire pedibus.
En rurſum ad ſpeculum veritatem conſule.
Nihil in te Mopſi eſt ſimile à capite ad pedes.
Uti ego herclè novi Philippum eſſe Principem,
Sic totus incedo. Quid igitur malum mihi.
Ultro accerſo, ac me damno incudi & malleo?
Cui nihil obſtat, quin vivam deinde baſilicè.
Oho menſæ jam dapſilis nares odor
Perſtringit, ſors quo cœpit progreditur pede.
Fungo ſim inutilior, niſi opiparè fruar,
Ac Principis titulis utar principaliter.
Ehodum Ephebi facite coquo ſit feſtinatio.
Jam mihi circum præcordia magna eſt vacuitas;
Inanitate venter eſt plenus. *Eph.* I. Uti avis,
Celerrimum nuncium ad coquum perferam.

*Eph.*

*Eph.* 2. Adſtamus omnes numquid præterea jubes?
*Mopſ.* Præclarì eſtis, quaſi de torno ac ebore.
Mecum intro ſuccedite, prandebitis ſimul.

## SCENA IV.

*Democles, Demilus, Menedemus, Soſa, Staſimus.*

D*Emocl.* Agedum miniſtri hac nunc cibi triclinio
Viâ inferantur. Luſtratione eſt opus,
Ut, quid actum fuerit, quod agendum, intelligam,
Demile, quid fers? *Demil.* Malorum omnium antidotum.
*Democl.* Mors re eſicere? *Demil.* Ruris cupedias,
Rapas ſcilicet adfero *Democl* Quid iſtic Soſa? *Soſ* Olera.
*Democl.* Ruſticæ hæc medicinæ breve ſunt compendium.
Age, Staſime, quid iſtic conditur? *Staſ.* Mortuæ
Suis armus ſiniſter è fumibùlo niger.
Quem caput aprugnum juxta in lance accubat.
*Democl* Hac optimum gulæ irritamentum ſunt Principi.
Quid iſta lance conditur? *Soſ.* Gallinæ pullus eſt
Qui primas jam didicerat ad cantum notas.
*Democl.* Tam mollia ·beſſe mavelim. Tu verò, quid geris?
*Mened* Si ex ungue leonem, ex pedibus his cervum ſcies
Iſtic ſepultum eſſe. *Democl* Captum hæc vincunt Ducis.
Peregrina ex ave dicite, cujus hi ſint pedes.
Quid illic defoſſum eſt? *Demil.* Cuſtos Capitolii.
*Democl.* Iterum nugaris? *Demil.* Cadaver latet anſeris.
*Democl.* Dic Phaſianos eſſe eductos de Perſide,
Ut ignotis vocabulis hominis ſtomachum acuas.
Neque ambas minùs aures, quam ventrem compleas,
Sed ohe, opportunè liquidum defers huc Soſa,
Metuendum enim, ne ingens inibi incendium
Exarſerit ut affusâ parcè madidâ
Haud facilè extingui queat, quo fonte exhibes?
*Soſa.* Quem Bacchus de Rheni excitavit collibus.

*Democl.*

*Democl.* Quo tu Staſime? *Staſ.* Maſſicum hac illâ Ibericum
Propino *Democl.* Non condemnenda hæc eſt pluvia:
Madeſcere poterit. Primum ea [illegible]iſſum expleant.
Nunc ut inibi propiùs luſtrem alia, ſubeo,
Namque elixis aſſa ſuccedent, ac volucrum
Diverſicolor apparatus, quantum externa ſpecies
Pavonum, ac Cygnorum præcinctus fimbriis.
Ut poſtquam ſatur edendo eſt, miretur ſatis.

## ACTUS III. SCENA I.

*Cleobulus, Salpa. Stultus.*

CLeob. Habemus hominem domi, qui ſtultitiâ incurabili
Laborat, prout neminem vidi antea: qui omnia
Dicta, facta excipit cachinnis, ac ſtultiloquentiâ,
Quæcumque novus iſte Princeps tacet aut loquitur.
Monendus iſte mihi eſt, nequid noſtro poſt hac Duci
Turbarum creet nimis importunâ ineptitudine.
Hem Doctor Salpa, juris cullinarii ſapientiſſime,
Inter Græciæ Sopho, octave, ubi es? *Salp.* Eccere, ego.
Quis me nomine compellavit meo, quis eſt? quis eho?
*Cleob.* Dignus herclè es, quem Princeps amet unum in omnibus,
Ita vales ſapientiâ, ita cerebro polles, ita animo
De grege, de furfuribus, de ſiliquis no es ædepol,
Sed de flore, depolline Sapientum, uti non habet Græcia.
Uno verbo tu Dominus Doctor Salpa es, & nemo alius
*Salp.* Scio ædepol, is ego furiâ cunabulis, à matris ſinu.
*Cleob.* Prudentiam geris in ventre, hanc ego te hodie gravidum
Velim parere. *Salp.* Obſtetricem credo ad manum habes.
*Cleob.* Quid ni? torno exſculptam ex ligno ſanè optimo.
Nôſti Ducem tibi jam alterum præſtitutum hodie,
Huic tibi ſubſervire æquum erit, atqe riſibus

Iſtis tuis temperare, quibus confundis omnia.

*Salpa.* Ut ne rideam imperas? *Cleob.* ſic volo. *Salp.* Lamentabor igitur?

*Cleob.* Durus ſim, ſi illud jubeam. *Salp.* quid ergo? clamandum erit?

*Cleob.* Nec hoc: nihil ages. *Salp.* Nihil ego agere, & tamen agere?

*Cleob.* Nihil, inquam fungorum vertex, nugacitatis gymnaſium.

*Salp* Quid ſi tum intus in utero riſum concepero gravem?

*Cleob.* Iccirco es, ut comprimas. *Salp.* Quid ſi tum rumpantur ilia?

*Cleob.* Quid ſi tibi rumpantur tuo in tergo virgæ? *Salp.* At os habeo

Per quod mihi riſus etiam invito erumpit foras.

*Cleob.* Sed ego pol habeo pugnos quibus os obturem tibi.

*Salp.* Oho! Si tu ora omnium obturare hodie volueris

Pugnis tuis pugnaciſſimis, centimanus ſis oporteat.

*Cleob.* Tu te tibi ipſe imprimis conſule, & prægnatem inibi

Riſum ſuffoca, ne meâ iſtic opus operâ fuerit,

Aut ducem tibi inconcilies cutis tuæ periculo.

Potens ut facias? *Salp.* Potero, ſi, qua arte id præſtem ſciam

*Cleob.* Obſtruenda iſta eſt porta, quâ riſus ſe effert foras,

*Salp.* Quibus præſidiis? *Cleob.* Rogas? nunquid fœni eſt ſatis

Propter equile?, Ingere hoc ori quantum ſuffecerit.

Ita cachinnis facilè aditum intercluſeris foras.

*Salp.* Video, equum me eſſe fœnvorum vis, ubi igitur

Stabulabor? *Cleob.* Ubi prudentia, & lubentia ſtatuet.

Doctor es, ages omnia pro tua ſapientia optimè;

Niſi riſum expiare fletu velis. *Salp.* Ut video. abit.

Ubi nunc fœni ſatis invenero. ut foramina omnia

Intus foriſque oppleam, ne quis riſus mihi evolet?

Enimvero oporteret alios potiùs ridenda non facere,

Quam me ridenda non ridere. Ducem intus ridiculum

Profectò fabricant, quem ego aſtutiis venalem meis

Vel

Vel pro obolo duim:& interdicto mihi riſum auferunt.
Prodit, ita me Diviament prodit, fœnum, heus fœnum, ubi es?

## SCENA II.

*Cleobulus, Democles, Menedemus, Staſimus, Soſa, Mopſus, Nuncius, Legatus, Salpa.*

*Cleob.* MAgnamine, Princeps Imperator Belgii,
*Democl.* Invictum civiũm columen. *Staſ.* Terror hoſtiũ
*Mened.* Urbis orbiſque decus *Soſ.* Lux, ſiduſque patriæ.
*Cleob* Te Proceres incolumem, cives ſalvum volunt.
*Democ.* Te divitem ac liberalem cupiunt inopes.
*Staſim.* Prudentia in te habitat, quanta nullibi
*Mened.* In pace apud te hoſpitatur clementia.
*Soſa.* In bello fortitudinem habes aſſeclam.
Humerus tibi catapulta eſt, funda cubitus,
Pugnus lapis decumanus, quo cuncta atteras.
*Democl.* Cottidie alius ac grandior eluces palam.
Quem heri Theſeum, hodie compellant Herculem:
Cras tibi non habebunt par nomen amplius,
Ita in te creſcit virtutum ſoboles indies.
*Mened.* Quin & alterum te credunt ab uſque heri.
Cras mox futurum alterum, ut verum hinc ſciant,
Heroum animas de corpore in corpus ingredi.
*Mopſ.* Itane ſentire aliquos? *Mened:* Ita verò, olim id Sophos
Docuiſſe conſtat, nunc tu oppidò ut credant, facis.
*Mopſ.* Profectò ſapiunt iſti, nam expertus ſcio
Ita rem eſſe: alterum me abs heri eſſe jam modò,
Atque ex fabro tantum me nunc factum Ducem.
*Cleob.* Ita magnis ferè amat fieri Heroibus,
Nam ſiquidem Achillẽ olim audietis, aut Herculẽ.
Ille inter mulieres ducere penſa ex colo,
Hic oves paſcere tepertus eſt fœtidas.
Fortuna quos improviso levat, antè opprimit.
*Democl.* Quis te alter Princeps vivit principalior,

Cui

Cui omnes æquè velint ac faxint bene Cœlites?

*Nunc.* Si quis Nuncius unquam, curſor, tabellio.
Grandia, inexſpectata, planè mira attulit,
Ego ille ſum: felicitas mihi eſt comes.
Burgundia jam tota eſt tua, paret Leodium,
Luxeburgum tenetur, Lotharingia in manibus eſt.
Omnes hoſtium in caveâ concluſos habes,
Ut vulpes, utque damas: excoriare poteris,
Elixare, frixare, ut carnem in ſartagine.
Quid jubes; vitam ab illis, an lytrum exigis?

*Mopſ.* Quod captivis intra decipulam muribus,
Intra ungues cimicibus aſſolet, hoc facite hoſtibus:
Videte, ne quis impunis ſit. *Cle.* animã oppignorent.

*Nunt.* Ut fungi, ut immaſculi lepores fugiunt.

*Mopſ.* Dentilegos illos facite, ex oſſiſque pepones.

*Cleob.* Ita pol fieri oportet, emedullentur penitus.
Laverniones ſunt, & canum pabula.

*Salp.* Salve maximè Iupiter. ego hic ad ſum quoque,
Duo ſumus, uterque ſatis oculati herculè,
Satis & auriti. *Mopſ.* Quid loqueris? *Salp.* aures tibi
Oculoſque tot eſſe dico, quot hic adſunt viri,
Tot etiam linguas: nam pro te quiſque videt.
Et loquitur, & audit, tot etiam eſſe manus:
Nam pro te quiſque rapit affatim. *Cleob.* hinc apage.
Stulteſcit hic homo. *Salp.* magis vos ſtulte ſcitis
Hic, coram hoc duce *Cleob.* Obmuteſcis? *Salp.* ubi
fœnum, ubi es?

*Mopſ.* Inſanitis certè. *Cleob.* Ita eſt, fœno veſcitur.
Quondam equus fuiſſe videtur, uti tu faber.

*Mopſ.* Lætor ædepol me mei reperire ſimiles.

*Soſa.* Jam Legati in foribus ſunt, qui admitti rogant.

*Cleob.* Quid jubes Princeps? *Mopſ.* facite hic adſint Propalã.

*Legat.* Has abs Rege Anglorum literas defero,
Magno Belgarum Principi, unum hunc ſtupent,
Venerantur omnes populi, Proceres, Duces.
Europa magnum nomen Philippi inſonat,
Ac ſe felicem prædicat, quiſquis videt.
Proin filiam Rex quam habet unicam,

Venu-

Venuſtam adeò, lepidamque, ut Paridem procam
Mereri queat, totam mel, quartamque Charitum:
Hanc deſponſandam tibi offert dote quâ lubet.
*Mopſ.* Regis, ego filiam ſperem? *Leg.* Si lubet, habes.
Has conſule literas. *Cleob.* Nunquid hebraicè
Inſcriptæ ſunt, quod à calce lectio inchoat ?
*Mopſ.* Exciderunt herclè artes illæ. *Cleob.* Scio equidem,
Neque mos eſt Principibus. iſtis operam dare,
Aliis datur hoc negotium, pro his ut ſtudeant:
His pro aliis ut bibant, ac comedant, eſt labor.
*Mopſ.* Tolerabilis eſt provincia, geram naviter.
*Salp.* Eho Princeps da literas mihi, conſpicilia
Ego poſſideo docta, omnia aperiunt mihi.
*Cleob.* Iterumne ades maſtigia? hos pugnos edes.
*Salp.* Modò quidem non eſurio. *Mopſ.* Tu ſenſum explica.
*Cleob.* Faxo intelligas. Incipio. Occidentalium
Provinciarum Domino, Scaldis ac Moſæ
Archonti. Imperatori Borealis freti,
Herculi Burgundo, Sapientum Octavo, ſuam
Rex Britannus ſalutem defert. Cum indies
Fama tui accreſcat, & togâ & ſago, aſſerens,
Te Principum reliqua eminere ſidera ;
Tanquam Sol auricomus pallidam Cynthiam,
Tibi ego filiam unicam, aulæ meæ delicias,
Præ roſis ac liliis floridam, amabilem
Præ melle, & ſaccharo: hanc, inquam tibi offero:
Cæſar ſi eſſes, recuſarem: modo nil nego,
Cùm ſis Philippus. *Mopſ.* Præclarum eſt nuntium.
*Cleob.* Nihil Regi negandum eſt. *Mopſ.* Sed timeo herculè,
Ne, cum id Gretula mea ſciet, turbet nuptias.
*Cleob.* Quænam illa? *Mopſ.* Quæ fabro mihi nupſit. *Cleob.* Quid ais ?
An neſcis Principem te eſſe? hæc Proſerpinæ
Jam dudum immolata eſt, & Cerbero.
*Mopſ.* Verum ais, Princeps ſum. *Salp.* Craterē hunc accipe.
Ex optimo eſt ſucco, ſitim, & memoriam juvat.
*Mopſ.* Hoc à ſtulto quis ſperet? vinum eſt ædepol.
Hunc Anglorum Regi præbibo. Ubi filiam

Mihi nuptam dederit, ex uno mecum bibet
Hæc ſponſa calice, muſtum hauriemus affatim.

*Salp.* Oho ad fundum uſque? nihil mihi eſt reliquum,
Niſi ſola vacuitas. *Mopſ.* Hanc dedi, ut iterum expleas.
A pocu'is mihi adſtabis. *Salp.* Sed niſi oſculer
Eandem tecum obbam, nihil eſt. *Cleob.* Trifurcifer, abis?

*Mopſ.* Illud equidem priùs ex ſponſâ ſcire cupiam,
Ipſâ, an ego recturus ſim? namque ut hactenus
Mulierum amat, caligas præripere ſolent viris,
Sibique arrogare in illos imperium.

*Legat.* Proba eſt & modeſta, feret imperium viri.

*Mopſ.* Dos rara, qualem paucæ in feminis habent.

*Soſa.* Jam iſtic in atrio adſtat fabri famulus
Injurioſè ab hero multatus, qui opem
Supplex, tuamque Princeps orat clementiam.

*Mopſ.* Quis iſte? coram adſit. æquum eſt miſeris manum
Contra injuriam porrigere. *Soſ.* quam mox erit
Hic præſto. *Mopſ.* malos malis ego perdam modis,
Namque ſcio Principis eſſe Juſtitiam ſequi.

## SCENA. III.

*Cleobulus, Salpa, Congrio, Mopſus, Soſa, Democles, Menedemus.*

*Cleob.* HAnc in Judicio, dum cauſis aurem adhibes,
Sedem obtinere te decet, age énitere.
Hoc ſolium non inſtandum eſt pedibus
Sed inſidendum, juxtà hic decet viros
Adſtare de Senatu, & abeſſe ceteros.

*Salp.* Hæc Doctori Salpæ ſedes eſt debita.

*Cleob.* Etiam tu nugarum propola hoc poſtules,
Ut inter Sapientes aſſideas? ocyus
Hinc te: niſi, pro fœno, etiam baculos

Devorare

Devorare cupias. *Salp.* nam me cur pelliſis,
Qui ante omnes ſapui, ac noſtro Principi
Jam annis omnino decem à conſiliis fui?

*Soſa.* Jam iſtic famulus advenit ſupplex Principi.

*Congr.* Æquiſſime Principum, injuriis maxumis
Abs hero meo oneratus. Mopſo ſcilicet,
Fabro homine, ſupplex nunc genibus tuis
Advolvor, atque auxilium contra vim poſtulo.

*Mopſ.* Quid ais? à fabro eoque Mopſo injuriam
Accepiſſe te? *Congr* à Mopſo accepiſſe hanc fabro.
Ad murum habitat, Gretulam habet conjugem.
Natum Stomphacem, Congrionem famulum,
Hunc, quem vides. *Mopſ.* ſtupeo. Tu verò es Congrio?

*Congr* Certè ſum. *Mopſ.* Ille Congrio cui Mopſus eſt herus?

*Congr* Ipſus, ille. *Mopſ* Vox quidem atque habitus, iſte eſt tuus,
Et quantum apparet, imberbe mentum, haud tamē
Ea Congrionis frons eſt. *Congr.* Pol, ego gaudeo
Uſque eo me notum optimo eſſe Principi.
Frontem etiam meam haberem, niſi eam herus
Sub malleo attriviſſet. ut ferrum aſſolet,
Ac geminum induxiſſet vulnus ictu unico.

*Mopſ.* Quâ id factum causâ? *Congr.* Qua ebrii ſolent ſuas,
Et conjuges exdorſuare, & famulos.

*Mopſ.* Ergo ebrium peccâſſe aſſeris? *Congr.* imò ebrium
Plus quam ſpongiam madidam, ubi eum prævius
Domum obluctantem ducerem, pro juſſu heræ.

*Mopſ.* Perii herclè, proditus ſum. Namque ipſe ego faber
Mopſus ipſe ille mihi eſt taurulus Congrio,
Quem ſic ego ſæpe demulſi flagrantibus
Hinc atque inde flagris; ut undique atris notis
Cutem inſcriberetur, tanquam pro muſicâ.
Cui etiam heri inunxi oculos hoc collyrio,
Cùm me de popina extraheret invitum foras.
Quid nunc reſponſi dabo iſti homini? quomodo
Me, factumque hoc celabo? quid ſi me noverit?
Scrutabor ampliùs. Ain' tibi cerebrum

Per-

Perforaſſe Mopſum hominem fabrum? *Congr.* Ita
 aſſero.

*Mopſ.* Quis teſtis? *Congr.* Hoc pol caput duplici vulnere.

*Mopſ.* Ubi iſte eſt Mopſus? *Congr.* Deſtitui ipſum in luto,
 Iacentem ad forum, me cum abjuraſſet ſequi.
 Iſtic, niſi exhalavit crapulam, adhuc jacet.

*Mopſ.* Cur igitur hic tu ades? *Congr.* Ut implorem juſtitiam,
 Contra tam incoctum hominem abs te Principe.

*Mopſ.* Certè ut me Mopſum eſſe credat non eſt, neque
 Mopſum tamen ego uſquam crediderim alterum,
 Cui ita ad apicem hæc competant omnia, ut mihi.
 Urgebo rurſum. Scin' Mopſum autorem igitur?

*Congr.* Ita ut hodie diem eſſe manifeſtum eſt, ſcio,

*Mopſ.* Quid ſi verò nullus reperiri queat
 Brugatum in urbe Mopſus? an non ſtrenuè
 Mentiberis hodiè? nunquid ſtipem ultimeam
 Pro hac tam atroci mereberis calumnia?

*Congr.* Si fallo, nil morabor. quin alia duo mihi
 Hoc unum in caput infligat vulnera carnifex.

*Mopſ* Poteris igitur huc præſentem Mopſum dare?

*Congr.* Potero, ſi tuo ad hoc mandato inſtructus eam.

*Mopſ.* Quid ad hanc rem Senatus hic noſter conſulit;

*Cleob.* Æquum verò eſt, ut ne impunis audacia
 Hæc ſit in ſervum hero. *Democl* expiandum eſt nefas
 Etiam ſanguine, qui ſanguinem fudit innoxium.

*Mened.* Si par tedatur pari, etiam cum fenore,
 Et pro gemino vulnere reddatur hero triplex,
 Omne opinor debitum ſolvetur homini:

*Cleob.* Si Talionis lege petitur ultio & ſcelus plectitur,
 Nihil perinde æquum cenſeo; quam ut famulus
 Heri vicem ac perſonam agat, Heruſque famuli:
 Ut ſerviendo is diſcat, quid ſit ſervitus,
 Minuſque duriter tractet hominem mancipem.

*Mopſ* Meherclè non illepidè probo conſilium.
 Neque enim in me hæc faba cudetur ampliùs,
 Quando extra hanc ſortem ſorte meliori exii.
 Huc agedum Congrio, te mihi propiùs admove.
 Libertum ego te creo hodie, atque ab illius fabri

Servi-

Servitiis abſolvo. Diſcipulum porro tibi
Tuam in diſciplinam Mopſum trado fabrum:
Cui deinde pari menſurâ remetibere,
Ubi res & uſus tulerit. Nunquid ſic placet?

*Congr.* Et oppidò quidem *Mopſ.* Ubi non reperis domi,
Iſtic poſſeſſionem capere fas ſit tibi.

*Congr.* Quid ſi Gretula uxor obſiſtat? *Mopſ.* Hanc ædibus
Eliminabis, contra ubi obſtiterit.

*Congr.* Hac de re mandati libellum pervelim,
Ne quis moleſtiam mihi creet, aut moram.

*Mopſ.* Rectè id quidem, Democli iſtuc negotii erit.
Nunc intrò nos conſequere: nam cœna appetit.
Sicca hæc conſilia, præ madidis, minus probo.

*Cleob.* Non inſanè. namque hic mos Teutonum eſt vetus;
Nihil ut deliberent niſi inter pocula.

*Mopſ.* Veterem hunc morem alere decet, ne intercidat.
Ingredior. *Cleob.* Nempe iſtum hominem finximus
Noſtrum ad ingenium, fraudes ultrò ſubiicit,
Ac ſeſe ſuis artibus implicat, exitum
Operior ſuo plexuit virgam tergori,
Ubi famulum libertati, ſervitio herum
Damnavit imprudens, quod intrivit, exedet.
Sed properandum hinc, ut domi interſim epulis.
Lautitiis iſtic, ſcio, certabitur brevi,
Et plenis navigabitur in muſteo mari
Scyphis cyatiſque; dum in ſtomachum appellet
merum.

## SCENA IV.

*Congrio, Gretula Mopſi uxor.*

*Congr.* REvenio, expedita res eſt, hiſce manibus
Decretum fero. Servus fui, non ſum ampliùs.
Deinde Congrio imperabit, Mopſus ſerviet.
Væ nunc tibi Mopſe, ſi quid occepſis malè.
Væ capiti tuo, ſi quid contrà arietes,

In ſtimulum impinges. Iam rectâ propero domum.
Ubi niſi Mopſum invenero, uxori priùs
Hæc mandata prælegam, ubi reſtiterit,
Pro ſuadela ſtipitem adhibebo, ut impetrem.
Herus ſi Principi obluctetur; non poteſt,
Quin crucis fiat mancipium, qui ſervi abnuit.
Faciam ego nunc herclè, ut ſervis ſuis heri
Impoſterum diſcant velle & facere mitiùs.
Ut ne peditergii illos loco habeant ac flagris
Bis quidem antè paſcant, quàm ſemel carnibus.
Quid iſtic video? hera certè eſt, mœſta ambulat.

*Gret.* Meus, eheu! Mopſus ubi ille moratur tamdiu?
Omnem angulum excuſſi urbis, omnes ſinus,
Omnes tabernas, alicubi fuit, nuſquam eſt modò.
Heus Mopſe, Mopſe tuam non audis Gretulam?

*Congr.* Opportunè herum quærit, occurram ilicet.
EugeDomina *Gret.* Quod habes gaudium Congrio?

*Congr.* Herum reperi. *Gret.* Ain', ubi vero eſt? *Congr.* Hicin tuis
Obambulat oculis *Gret.* Nugaris *Congr.* Ita aſſero.

*Gret.* Ubi igitur? *Congr.* Hic coram me vides? *Greg* Video.

*Congr.* Ego ſum herus. *Gret.* Nebulo ſis; non negabo, ſi ais.

*Congr.* Iſtius ego officinæ ſum herus, quam tu habitas,

*Gret.* Herus? *Congr.* Etiam heres, etiam poſſeſſor. *Gret.* Itane?
Patibuli verò crediderim heredem te fore.

*Congr.* Hæ literæ quid attulerint, brevi erit palam.
Domum concedo, ut res ordinem. *Gret.* Inſaniæ
Si ſtudeas, tempeſtivè id face; nequid nimis.

*Congr.* Ingredior; tu ſi rem doceri vis, conſequere.

## SCENA V.

*Democles, Staſimus, Mopſus, Menedemus, Soſa, Cleobulus.*

*Dem.* PLenis inibi cymbis portum ſubeunt,
Et gaudiis ſccrificant lepidè, baſilicè,
Pollucibiliter. Quippe quis hoc Duci abneget,
Ita lepido, qualem nunquam Germania
Aut vidit, aut videbit? Mihi nunc quoque
Vertigo cerebrum atque arcem mentis inſidet.
Quis iſtic adventat? Etiam arbores ambulant.
*Staſim.* Heus Democles, Lepiditas noſtra in domo modò
Hoſpitatur. *Mopſ.* Evax, ô. *Staſim.* Audin' Principem.
*Mopſ.* Io' affundite, etiam nunc, etiam nunc mihi.
*Democl.* Pol liberalem habemus Principem, ſcyphos
Sibi propinat omnes, & ad unguem ebibit.
*Staſim.* Integrum contra hunc ſcyphorum exercitum
Educas licet, iſte Archiſtrategus calicum
Superabit omnes, omnibus animam extraher,
Cui ciſterna venter, canalis guttur eſt.
Quantumcunque iſtic affuderis, ſupereſt locus.
*Mened* Omnes unum impetunt plenis carcheſiis,
Ceu tormentis pulvere onuſtis pyrico.
Vincetur certè, nutant columnæ pedum,
Et laterum muri, cadet proſtratus brevi.
*Soſa.* Iam quò minùs iſte Imperator ſit hodie;
Et de Mopſo mox fiat Biberius Mero
Nihil impedit namque ita pugnavit Bacchicè
Ut nemo alius fortiter; ita omnem impetum
Craterum, ſcyphorum, carcheſiorum, calicum
Suſtinuit animosè, ut nihil contra Hercules.
*Cleob.* Iſtic vos reperio operam navantes fabulis,
Huc cedite intrò, vos modò Princeps poſtulat.
*Staſim.* Quippe, cur? *Cleob.* Intelliges ubi adveneris.
*Staſim.* Hunc ſpero diem novo inebriabit gaudio.

Cleob.

*Cleob.* Ergo nondum ſatis ſtuduiſti ſtultitæ?
*Staſim* Non herclè, namque ita jucundum eſt deſipere.
*Cleob.* Vide, ne quid extra decori pecces ordinem.
Omne nimium in vitio eſſe, ſapientes monent.

## SCENA VI.

*Salpa, Stultus, Soſa & Staſimus.*

*Salpa.* OHo. ſi hic ex ebriis fabris naſcuntur Principes,
Qui ita vivunt baſilicè, ita lautitiis circumfluunt,
Quin mox parem ego fortem benè potus ambio?
Huc ad eandem me proſternam ebrius viam,
Atque altiorem oculis meis ſomnum concipiam,
Quam ullus quidem ante me quiverit Endymion.
Fortaſſe, & eadem fortuna, portabor in ſolium.
Iſtic eſt, ubi jacuit malleator iſte faber,
Qui quidem hercle fortunam ſibi cudit auream.
Hic & ego jacebo. Sed pol, aliter me veſtiri decet,
Ne Salpa amplius videar. Rem teneo, proximo
De conclavi illius fabri exuvias ſubtraham.
His me involvam ocyus, quàm vulpes pullum comeſt.
*Soſa.* Planè rem lepidam iſte noſter ſtultus inſtruit.
Quid moliatur, obſervabo equidem, fortè & fabulam
Ornare focius potero. Iam lacerna ſe fabri induit.
Pileo caput, ſemicinctio latus veſtit. Sandalia
Invadit pedibus, hem, adeſt. Monebo rem ceteros.
*Salp* Hoc me in habitu fabrum eſſe, quid, obſecro, impedit?
An non aptè & fabriliter omnia? Iam me ebrium,
Illic Morpheo commendabo, ubi faber procubuit.
Iam dormio, jam ronchizo. Oho! ſtrepitum audio:
Ut truncus hic jacebo. *Soſa.* Bellè optimè, novam fabulam
Ordiemur hodie. Euge ades Staſime, rem lepidam!
Noſter iſtic morio ad viam ſtratus, Mopſi loco,
Mopſi fortunam expectat *Staſ.* Pol, nihil opportunius
Ludificando homini eſſe poteſt, *Soſ.* Ambit purpuram.

*Staſ.* Scio Coriacus hic ſaccus eſt. *Soſ.* Digna illo purpura.
*Staſ.* Age, explicabo hoc rete. Tu ab aula auxilium advoca.
*Salph.* Nemo tandem ex aula prodit? jam ſomni herclè
ſum ſatur.
Hui, immite ſtratum' vertam latus. *Staſ* iterum ſtrepunt.
*Soſ.* Cave ſis Staſime, fictus hic ſomnus eſt: nos fingere
Viciſſim verba convenit. *Staſ.* Recte. Quid hic hominis
Viam occupavit? *Soſ.* Concutio, nil movetur herculè.
*Staſ.* Ergon' occidit. *Soſ.* Vino, ſomnoque, nam animam
trahit.
*Staſ.* Quin igitur & hunc creamus Principem? *Soſ* ædepol.
Rem jucundam affers, uti faber, ſic & ille thalamum,
Solium, purpuramque principalem adire poteſt hodie.
*Staſ* Euge, probo conſilium Hoc illum involvamus pallio
Ut ferendo nobis ſit opportunior. *Soſ.* Obſequor agedum.
*Staſ.* Tu pedes attine ego caput. *Soſ.* Ne perſentiſcat, cave.
*Staſ.* Molliter omnia. Iam levemus. *Soſ.* Prô quantum eſt
onus!
*Staſ.* Navum te præſta, jam regiæ adſumus, jam thalamo.
*Soſ.* Hic deponendus. *Staſ.* Nunc ſilentio gradum amove,
*Salp.* Abierunt? Ubi vero ſum? cui malum immergor rei?
Captivus miſerè teneor oculos ligatus ac pedes.
Dii vos perdant nebulones improbi! Me vos ſic ludere?
Quem Doctorem nuper Princeps omnium fecit artium.
Ubi lectus, ſolium, purpura, menſa principalis eſt.
Ubi dignum principe ſatellitium? Quis hic habitus?
Vitulinum ni fallor exuvium eſt. Vah perditi!
Sicaulam adibo & Principem. Ubi eſtis ſceleratiſſimi?
Hæc vincla, quis injecerit non neſcio. Quin ſolvitis,
Et liberum me facitis Doctorem, ut ſemper fui?
Væ iſtis ſceleſtis! quem primum hæ ſtringent manus,
Hunc culeo iſthoc clauſum, in ſtabulum ducam,
Inter vitulos paſcendum fœno ac ſtramine.

Actus

## ACTUS IV. SCENA I.

*Philippus. Staſimus. Cleobulus. Soſa.*

*Philip* EHodum aulici ad officium jam vos priſtinum
Atque ad mentem redire volo: comœdiam
Iam fine coronabimus, acta eſt actio.
Somnum iſte homo rurſus concepit oculis,
Omnemque in poclis ſubmerſit vigilantiam.
Ita, habitum abſtrahite regium corpori,
Ex aula in caulam rurſus hic ſtipes transmigret.
Ex Philippo fit Mopſus, ex Principe faber.
Tu, Soſa ac Staſime, hoc curabis negotium.
*Staſim* Imus hanc decorticabimus cepam ocyus.
*Philip.* Quem nos hodie illo in homine luſum luſimus,
Deus ac natura ludunt nobiſcum indies.
Perſonam tanquam in ſcena agendam ſumimus,
Nunc hiſtrionicè, lepidè, ridiculè;
Ubi opes acervamus ſæpe inutiles,
Ubi famam aucupamur, ac titulos
Ventis leviores; Ubi operam Volupiæ,
Aut luxui damus, aut crapulæ. Ubi ſimili
Amœnitatum ſtudio perdimus diem,
Aliàs verò tragica atque lamentabilis
Nobis in theatro actio eſt, poſtquam Deo
Chorago ſcenam vertere adlubitum fuit,
Comptulos videre eſt, calamiſtratos, nive
Et roſis vultum ſparſos, ac de pyxide
Velut depromptos, qui venentur gaudia,
Videre ac videri cupiant, quos ubi mala
Afflavit auro, ubi febricula lecto abjicit,
Aut ſors premit aſpera; mox perſonam comicam,
Frontemque ponunt, toti fiunt tragici,
Miſerè queruntur, lamentantur, ejulant,
Pediculoſi, ſcabioſi, macie torridi.
*Staſim.* Apellimus nunc rurſum in portum onerariam,
Hoc mercem exonerabimus & ſentinam loco.

*Philip.* Hic jam perſonam poſuit, verſa eſt ales.
Unius Princeps dieculæ, ut eviluit!
Ioco nos docuit, quid futurum ſetiò
Aliquando ſit mihi, qui perſonam Principis
Hic agere juſſus, dum mors cataſtrophen
Epilogo ludat. ac coronet fabulam.

*Cleob* Scimus & nos noſtram perſonam induimus,
Et exuemus; lixis & cerdonibus
Lex eadem ſcripta eſt, quæ dynaſtis omnibus.
Grex an Rex ſit, nil intereſt, niſi
Quod hic moriatur pluribus is tantùm ſibi.

*Philip.* Iſtic nunc maneat, dum evaporet crapulam,
Ubi ad mentem redierit, quid tractet miſer.
Quò verba ac ſe vertet, obſerves Soſa.

*Soſa.* Quid ſi illum ſervus adducat rurſum tibi?

*Philip.* Adero, errorem etiam augebimus homini,
Ut ſobrietate magiſtrâ addiſcat ſapere.

## SCENA II.

*Gretula, Congrio.*

*Gret.* HAſce equidem claves domus meæ nunquam ut deſeram.
Inducar; etenim ut imperitet ſervus mihi
Domi meæ, me vivâ & vidente non ſinam.

*Congr.* Ain' inſana, nolle te herum agnoſcere,
Me Congrionem? nolle hanc legem Principis
Accipere? *Gret* Princeps imperitet uxori ſuæ,
Mihi Mopſus ſcribet leges. *Congr.* Pro Mopſo ſum Ego

*Gret.* Pro Aſino ſis aptior, & ſoccis. *Congr.* Etiam improba:
Homini probo improbè dicas? calumniam
Hanc tibi perſolvam ulmeâ mercede herculè.
Vin' obſequens eſſe? *Gret* Prô Superi injuriam!

*Congr.* Etiam obmurmuras? *Gret.* Dii te malè perduint!

*Congr* Etiam denuo? *Gret.* Væ miſeræ! ah quid tandē jubes?

*Congr.* Dudum hoc rogatum oportuit, morigeram volo.

*Gret.*

*Gret.* An verò hoc ſit æquum, ſervus ut heræ imperet?
*Congr.* Vah audaciam! iſtam tibi ſceleſtiſſimam
Quin imis linguam eradicem de faucibus,
Parum ædepol abeſt. Vide nequid ampliùs
Contra me, Domus hujus Dominum, muſſites.
Aut jam nunc ſub malleo contuſam probè
Iſtic venalem faciam; ubi ſalpæ veneunt.
Aſſiſtin' hic mihi? etiam propius facin' ut volo?
*Gret.* Facio. *Cong.* Iſtic te totam eſſe cupio mihi ubi ſervias.
*Gret.* Ergo ut ſim famula jubes? *Cong.* Iubeo, jubet æquitas.
*Gret.* Ah quantum à priſcis degenerat iſta æquitas.
Cùm famuli heris ſerviebant. *Congr.* canis eadem.
Faxo aliam cantilenam ordiaris brevi,
Elinguis manca, loripes, lumbifraga eris.
*Gret.* Ecce obſequentem me ad nutum, ac ſibilum.
Ut Melitæus adſtabo, ſic me Divi ſuſpirent.
*Congr.* Si pejeres, hunc ſtipitem ultorem ſcies.
Hos igitur terges, cùm jubeo, pedes mihi?
*Gret.* Tergam. *Congr.* veſtes has elues? *Gret.* Eluam quoque
*Congr.* Et focum inſtrues? *Gret.* inſtruam. *Congr.* nihil erit.
Ubi obſtreperam te dabis? *Gret.* nihil. *Congr.* Ergo ocyus
Has nunc inibi caligas depone, ac noli grandiùs
Quam famula ſapere: niſi inuſtis cineribus
Eluere hoc crimen velis. *Gret.* Pro voto obſequar.
*Congr.* Iam imperium hujus domus invaſi, hoc obice
Perfracto, ſolus ſupereſt vincendus mihi
Herus, iſque pertinax, audax, impotens.
Arte tamen agendum eſt, ubi vis defecerit.
Mulſi loquio & ſuaviverbiis addam minas,
Et Principis decretum. Nunc propiùs forum
Admoveor, iſtic ubi herum deſtitui in luto?
An non motio hoc loci? annon umbra eſt heri?
Eſt verò herus ipſe. O Endymion cum
Hominis ſomnium! ita noctem ac diem ſtertere
In luce ac palam omnibus, in oculis fori.
Quò ſe nunc vertet? en ut tendit brachia!

Quo te confers? In aula hæc facta Principis
Ita ſcio equidem, uti me hic Brugis verſarier.
*Congr.* Id verò ſtrenuum eſſe mendacium ego
Non neſcio, qui iſtic te deſtitui in foro
Iacentem, iſtic reperio ſurgentem quoque.
*Mopſ.* Adde, me Philippum fuiſſe Principem,
Ac dictum ab omnibus eſſe in luce propalam.
*Congr.* O phaleratum ac pingue nimis mendacium!
Ex Aſino equum citiùs, quàm ex te Principem
Sperare audeam! *Mopſ.* ad aulã me iterum confero,
Ne tam opulenta meis fortuna manibus abeat.
Quod ſi ſecùs res verterit ad gurguſtium
Rurſus meum inviſam, ut maneam Mopſus faber,
Atque inibi in officina regnem ferreâ.
*Congr.* Hic leges alias fero, quid diſtet ſervitus
Herili ab imperio, doceberis brevi.
Abit, conſequar, ne hæc fugiat occaſio.
Mopſe, eho Mopſe, famule mi, quid præteris?
*Mopſ.* Quis me Mopſum compellat? cui ego famulor?
*Congr.* Si neſcis, Congrioni. *Mopſ.* Apage homo cõtumeliis;
Neque Mopſus ego, neque famulus ſum, aulã habito
Ubi baſilicè magis vivo, quàm fabriliter.
*Congr.* Faveo, etenim ita ceſſabit controverſia
Quæ mihi tecum naſci poterat. *Mopſ.* quid verò ais?
*Congr.* Hæ literæ docent, quibus mandatum habeo,
Mopſus ut deinde ſit ſervus, libertus Congrio?
*Mopſ.* Scio, namque meo hæc imperio lex eſt condita.
*Congr.* Ergo nil abnuis? *Mopſ.* Etiam adſtruo. *Congr.* optimè
Igitur te jam mihi parere volo. *Mopſ.* Me ſcelus?
*Congr* Te, inquam, verbero, namque es ſervus factus mihi.
*Mopſ.* Ego tibi ſerviam funge? in patibulo
Id Carnifex tibi faxit. *Congr.* nunquid jam negas
Te mihi ſervũ? *Mopſ.* Nego, ſceleſte, abnego, pernego
*Congr.* At modò aſſerebas tuo id factum arbitrio.
*Mopſ.* Quid? *Congr.* ut Mopſus mihi ſervus fieret. *Mopſ.* id quidem.
At me tibi ſervire, qui Princeps Belgii,

Piaculum fuerit, *Congr.* Doleo , *Mopſ.* Nam quid doles?

*Congr.* Infelicem hunc ſomnum, quo ſapientiam
Omnem edormiſti, ac migraſti ad inſaniam.

*Mopſ.* Næ! Congrio eſt, quem jam ſolum ſapere
Hic Brugis video. Conſequere ad aulam modò,.
Iſtic rem intelliges. *Congr.* nempe jam heri adfui:
Mihique ut Mopſus ſubeſſet, decretum abſtuli..

*Mopſ.* Vidi, interfui, probavi, legem dedi.

*Congr.* Vidiſſe te, qui in luto ac ſomno merſus eras?

*Mopſ.* In ſolio aſſedi, dum tu pedem adferres Congrio.

*Congr.* O fabulam! *Mopſ.* Veriorem quidem, quàm eſt dies.

*Congr.* Quid feci? *Mopſ.* Supplex accubuiſti genibus,

*Congr.* Quid tum? *Mopſ.* Oraſti contra inſolentiam.
Mopſi heri tui patrocinium, qui tibi caput
Malleo attriviſſet inclementer nimium.

*Congr.* Quid denique? *Mopſ.* A bſceſſi ſede, ut rem ſubitam
Meditatione excoquerem, ne crudam nimis
Sententiam tibi dicerem, tum ſapientium
Iuxta conſilium exploravi, ac juſſum dedi:.
Tu ut liber, Mopſus eſſet mancipium tibi.

*Congr.* Nihil verius: ad amuſſim omnia exigis,
Niſi vates ſis, vidiſſe ea te neceſſum fuerit.

*Mopſ.* Feciſſe etiam uti mox compertum habebitur.
Hanc ſubeo arcem, iſtic mihi habitatio eſt.

*Congr.* Stupenda ædepol iſta ſunt; nam inſaniam
Hanc eſſe quis dicet? prudens hominis eſt
Sermo, veruſque juxta; at res nimium
Mira iſta eſt, ita ſui oblitum hominem,
Ut, quod nec eſt, nec fuit, nec futurum erit.
Philippum ſe Principem aſſerat, cùm ſit Faber.

SCENA

## SCENA IV.

*Mopſus, Congrio, Cleobulus, Staſimus, Demilus, Soſa, Democles, Philippus.*

*Mopſ.* INveni homines. Ehodum, quid moramini?
Agnoſcin' Cleobule Ducem? *Cleob* quem vis, mi homo?
*Mopſ.* Te reliquoſque aulicos, quin hic mihi
Adſtatis ordine, uti factum eſt heri à pedibus?
*Cleob* Quis tu es lavernio, qui nos ſervos tibi facis?
Euge Demile, Staſime, quin ſervitis homini
Cyclopi, ac verveci putido? *Demil.* Nos tibi
Servitium debemus? certè impudentiam,
Qualem hactenus parem non comperi, regios
Primores à nauci viro peti ad ſervitium!
*Staſ.* Calumnia eſt, non expianda vili hoſtia.
*Mopſ.* Meliora quid ſic furitis? nunquid Democles
Te novi, cùm à pôclis mihi adſtares heri,
Iterùm, iterumque affunderes dulci mero?
*Congr.* Eventum expecto, unde enim hos novit viros?
*Mopſ.* Quid hæſitatis? nam & te Soſa non neſcio,
A quam odoratam hiſce affudiſti manibus.
*Democ.* Helleborum niſi bibat, actum eſt de viro,
Namque manifeſtarium eſt hominis delirium.
*Soſa.* Ain' tibi ego odoratam aquam? *Mopſ.* Aio, & aſſero
*Cleob.* Ex hara fuerit, alio etenim te flumine
Elotum vix credam, niſi me fallit habitus.
*Mopſ.* Hac in aula, hoc throno ſedi, hic victorias
Contra hoſtem audivi, plauſum accepi ab omnibus.
*Cleob.* Quem te facis bone vir? *Mopſ.* quem vos me Principem
Philippum eſſe dixiſtis, ſalutaſtis palam.
*Cleob.* Opportunè Princeps hic ipſe intervenit,
Tua nunc dicta repete. *Philip.* quid iſtic adſtat viri?
Vade, aut quò? quid veniſti? nam cur ſic ſtupes?

*Congr.* Quò ſe nunc vertet? *Mopſ.* ah me perditiſſimum?
Quid video? eſtne hic alius Princeps, præterquã ego?
*Philip.* Quippe cur ſic rogas? *Mopſ.* Nunquid hic eſt meus
Habitus? hæc mea domus? illi mei aſſeclæ?
*Philip.* Quid verò? eſtne alius qui ſe jactet Principem,
Me vivente ac vidente? O verberatiſſime
Trifur, homo furfuracee, merum nihil,
Ad ergatulum nunc ibis, ut hic rectiùs
Ad ſapiendum excudi poſſis lictoris manu.
*Mopſ.* Obſecro. *Phil.* Quid igitur? *Mopſ.* ut mihi fabrum eſſe liceat,
Princeps eſſe poſthac non præſumam ampliùs.
*Philip.* Quis te vetat eſſe, quod es in his centonibus?
Hoc præcinctium aſpice nunquid es faber?
*Mopſ.* Haud ſanè huc antè adverteram animum. *Congr.* non decet
Hic tamdiu otioſum adſiſtere. Salve inclite
Princeps. uti mandatum eſt Mopſum adduxi fabrum
Qui mihi deinde mancipium juſſu eſſet tuo.
*Philip.* Eſtne ille plagiarius, ipſe Mopſus faber,
Qui famulis frontem perforat malleis? *Congr.* hic eſt.
*Philip.* Qui Brugarum Principes ſolio eliminat?
*Congr.* Idem ille. *Phil.* quam pœnam decrevi caudici?
*Congr* Hic exaratà eſt calamo. *Phil.* ſic factum bene.
Ut video tibi futurus ille à malleo eſt.
*Congr.* Ita lex data eſt, ſerviet. *Phil.* Parum hoc eſt quidem,
Carnifici famulus dandus eſt, impotens
Potator, atque inſanus homo, qui ubi ſtultitiæ
Ex poclis nimium hauſit ſe æquat Principibus.
Ubi Carnifex nunc eſt? *Mopſ.* Ah ſupplex deprecor?
*Philip.* Servo igitur tuo naviter aderis? *Mopſ.* ut jubes.
*Philip.* Si quid contra intelligam, uncos habeo & cruces.

SCENA

## SCENA V.

*Mopſus, Congrio.*

*Mopſ.* AH miſerum me? nunquid igitur eſt ſomnium
Quid vidi; quo deluſus ſum? an non ego fui
Iſto in loco Princeps, iſto habitu, iſtis affectis?
Prô quanta homini per ſomnum oritur deceptio!
Quid nunc mecum fiet? an adhuc ſatis vigilo?
Servo ego meo, ut ſerviam? *Congr.* Nunquid ſequeris
Atque hic juxtâ adſtas? hic, inquam, à tergo mihi,
Inſulſiſſime. *Mopſ.* quæ verò hæc inſolentia eſt,
Ita ſervum hero illudere? *Congr.* auden' iſta nebulo,
Jam profectò lignatum te abducam ocyus,
Ad ſilvas fuſtuarias, ubi lecto ſtipite
De viridi trunco dedolantur ſtipites;
Ut omnes undique coſtæ ſudibus crepent.
*Mopſ.* Quianam? *Congr.* Etiam cauſam poſtulas? *Mopſ.* Cur has
Minacias? *Congr.* Servum me compellas furcifer..
*Mopſ.* An non fuiſti? *Congr.* ſatis eſt non eſſe hunc modò.
Tuum nunc officium noſti; væ ſi unico
Vel digito aberres, plaga fies miſera.
Purpuram tibi induam ulmeo ſtipite.
*Mopſ.* Hunc honorem non ambo. *Congr.* Vin' me conſequi?
*Mopſ.* Volo. *Congr.* Et obſequens eſſe? *Mopſ.* Volo. *Congr.* calceos quoque
Manu tergere; *Mopſ.* volo. *Congr.* Niſi feceris, antè occides,
Quam te morbus quidem vexet. Proſerpinæ
Te immolabo *Mopſ.* parebo. *Cong.* Mandatum habeo
Quod ſi violes, molâ ego te commolam ligneâ,
Ita, ut panis eſſe poſſis furno idoneus,
Membris coſtiſque comminutus omnibus.
*Mopſ.* Manlianum ſervitium intendis. *Congr.* Ita meres:
Nam qui par pari munerat, æquum ſe facit.
Hic officina eſt; ſequere huc, ut abs me tibi

Opus

Opus imperatum accipias. Nudo capite,
Herum te decet auſcultare. *Mopſ.* ſæva imperia
Diutuma non ſunt. *Congr.* Antè hoc ſciſſe oportuit,
Cùm tibi ſervum haberes. Nunc age calceos
De pedibus expeditos ita puros face,
Ut certare in ſole poſſint cum meridie.
*Mopſ.* Mori equidem multo mavelim, quam ita vivere.

## *Epilogus.*

HEm quo ſtetiſtis pede tantiſper perveſim
Hic vos morari donec veriverbio
Scenam concludam. Hunc hominem ruſticum
Lepidum unius creatum Regem dieculæ,
Tam mox denatum, quàm natus regno fuit.
Homo iſte, fortunæ tam ludicræ pila,
Meum ac veſtrum ſpectatores ſpeculum fuit.
At quale ſpeculum, prô Divi, quale ſpeculum?
Vanum ſpeculum vanitatis vaniſſimæ,
Fragile ſpeculum, fortunæ prorſus vitreæ,
Ridiculum ſpeculum humanæ inconſtantiæ,
Opum fluxarum voluptatis lubricæ,
Fugitivi honoris ſpeculum. Similis ô mi homo,
Rex es, quiſquis inter animantes es homo.
Hodie vivis, flores, lætaris, Rex es hodie:
Cras non futurus. Vultis planius explicem,
Ac rem altero confirmem veriverbio?
Dicam, an tacebo? durum eſt, tacebo ædepol,
Ne cui gaudium abeunti hinc auferam ſuum.
Atque ex læto mœſtum faciam. Attamen haud quidem
Tacebo, quia eſſe jucundum probis ſcio:
Quid igitur? vaticinium certius eloquar,
Quàm ullus præ me vates, Anni perbreves,
Perpauci, & fortè nec anni quidem, nec menſtruæ
Lunæ ſuperſunt: aliud ſpectaculum erit,
Aliud theatrum æternitatis in domo;

Ubi plures noſtrum aderunt. Ubi cernent verius
Iterumque iterumque dicent. Nonne fabulam luſimus?
Nunquid die culæ unius vitam viximus?
Perſonam egimus? Reges ſcenam implevimus?
Quam brevis hæc ſcena fuit, quàm longa ſupereſt?
O *Rex* unius dieculæ, O Rex ſcenice,
O, quid ſuperbis mi homo? Cras non eris,
Imò cras primum eris, in æternitate cum eris.
Iſtic quem te eſſe velis, nunc vide in tempore:
Ex Ruſtico eſſe Rex, an ex Rege Ruſticus?
Ex felice miſerrimus, an ex miſero feliciſſimus?
In hac vita, dum licet, tibi perſonam elige.
Fortunam *Faber* fabricare tuammet tibi.
Ubi mors, ut ſopor oppreſſit, vitæ ebrium.
Humilis aſſurgis Ruſticus, Rex arrogans cadit.



# COMOEDIA FABULOSA

## BACCHI SCHOLA EVERSA.

### PROLOGVS.

NOn omni tempore ſapiendum eſſe, ſapientes monent.
Magnam putant eſſe ſapientiam, deſipere in loco.
Nos igitur ſapientes eſſe hodie cupimus in ſtultitia,
Et vivere hoc tempore propalam bacchanalia,
Atque hanc Muſarum & artium liberalium Gymnadem
In Bacchi Scholam commutare & Sileni Gymnaſium,
Ubi ebrii ante ſobrios regnent, ante ſapientes quoque
Dominentur ſtulti; ubi inſanire impunè liceat.
Si quis nomen præterea Baccho tradere ſuum
Cupiſcat, is tantùm os & Maſſicum adferat:
Nos artis inſtrumenta ſuppeditamus cetera.
Interea dum nos loquimur, vos tacere cupimus,
Dum nos bibimus, vos ſitire tantiſper licet.
Atque ubi nos libavimus, nobiſcum os tergere.

ACTUS

## ACTUS I. SCENA I.

Bacchus *ſuas virtutes deprædicat, quem ex oppoſito* Momus *deridet*

IN juſta dudum Bacchus caſumniâ hominum improbè
Exagitator: etenim tanta nunc paſſim licentia
Invaluit, & faciendi & dicendi omnibus malè;
Ut tuto ac innocenter probis eſſe vix liceat.
Documento eſſe Bacchus poſſum atque exemplo omnibus.
Hominibus ego quàm diu bene feci, audivi malè.
Quocirca illud mihi agendum ſumpſi hodie ſedulò,
Ut improborum audacia & Bacchi innocentia
In lucem prodiret, ac conſpicua orbi pateſceret.
Scholam mihi aperire, & novum Bacchi Gymnaſium
In animo eſt, atque omnes iſtic artes compendio,
Omnes virtutes per brevi utendas negotio tradere;
Ut quantum in me probæ indolis, atque ingeni hactenus
Delituit clauſum, id totus cogatur orbis noſcere.
Si quis ex Iro in Cræſum tranſmigrare ocius,
Quàm vulpes pyrum commeſt, ſi induere opulentiam
Cupiat, me conſu[illegible] t? operam dabo, ut deſit nihil.
Enimvero, ut vinum paup[illegible] hauſit, ditiſſimus eſt.
*Momus,* Nimirum antè ex [illegible]ræſi[illegible] mille, mille Iros effecerit,
Quàm uno ex Iro Cræſum. conſulant illi loculos,
Qui quotidie ventrem implent, exonerant Marſupium.
*Bacch.* Honoribus ego homines impleo, ad ſatietatem affatim.
Nam & ſcurrarum ultimus, in vino ſæpe eſt Pontifex,
Tot amicos pario, quot combibonum collegia
Vix capiunt integra *Mom.* ſcio, nam infamium facinora
Venus, luxus ebrietas, rixæ, cedes egregiè
Et honori conſulunt hominum, & ſuadent amicitias.
*Bacch.* Corpori ego robur imbecillo, ægris valetudinem
Pro omnibus medicinis adfero. *Mom.* videlicet
Cùm jam ſtomachus vino obrutus, naufragium patitur,

Atque eructat foras omnia ; cùm cerebrum,& ratio,
Et ſenſus omnis natat,ac mergitur in mari muſteo.
Cùm neque pedes ventrem.neq; cervix fert caput ampliùs.
*Bacch.* Omnium ego artium Doctor unus habeor optimus,
Unius ego horæ ſpatio facundos,diſertos, extemporaneos
Poetas crearo etiam de fece ruſticorum ultima.
Quos piſce magis mutos, picis loquaciores fecero.
*Mom.*Præclarè.Novimus enim,quam lingua mero innatans
Ceſpitare.balbutire, aberrare cum mente ſoleat.
Multi vocem omnem amiſerunt, vini hauſtam fluctibus,
Multi nil ſciunt,niſi græcum tantùm ſigma in literis.
*Bacch.* Conſilia inter fecunda pocula naſcuntur optima,
Ita Germanis antiquis,ita Græcis uſitatum fuit.
Nil deliberare gravius, nil decernere niſi in Sympoſio
*Mom.* Ridicula ſemper res eſt vinolentorum prudentia:
Conſilium temeritate plenum.& ſapientia ſtultiſſima.
*Bacch.* Meticuloſis equidem animos facio,atque de timidis
Leporibus audaces leones excito: militem
Omni ego clypeo magis armo. *Mom.* Fortiter facis,
Quando nervos omnes tremere, vacillare pedes,
Et caput nutare, & labaſcere genua, ac corpus doces.
*Bacch.* Lætitiam ego,in pectore geſto, amœnitatem,jocos,
Quibus mœſtos conſoler, recreem lamentabiles,
Et melancoliæ amaritiem hilaritate diluam.
*Momus.* Breve herculè gaudium & acerba recreatio,
Capitis illud poſtero die intemperies docet ,
Vertigo cerebri, ſtomachi nauſea, hebetudo animi.
*Bacch.* Animos ego niveos ſimplices ac veros candidè
Efficio ,poſtquam tribus quatuorve ſcyphis ablui,
Omnem mox fucum ac dolum abſtergit veritas.
*Mom.* At pulchra hæc virtus (opinor) tacenda proloqui,
Et abdita quævis cujusvis eructare auribus.
Non famæ alterius parcere , non obligatæ fidei.
*Bacch.* Pietatem ſi quis compendio haurire ſuaviſſimam
Ex me cupiat, equidem propinabo illam lepidè mero,
Mille Superis vota vovebit, mille concipiet preces.
*Mom.* ô pinguis & madida pietas concepta ex mero!
Hæc ſi movere Superos non poterit , movebit inferos.
*Bacch.*

*Bach.* Ex duris ego Germanis facere humaniſſimos,
Ex avaris liberales poſſum. *Mom.* Ex agnis lupos
Abs te factos vidi, & Harpyias ex turturibus.
*Bacch.* Ab ſolvam verbo: felicitatem deſponſare filiam,
Atque elocare beatitatem nuptui poſſum omnibus,
Quæ oblivıſci miſeriarum doceat, & ſuaviter
Abſtergat omnem languidi cordis ægritudinem.
*Mom* Levicula nimium ſponſa eſt iſta tua beatitas,
Et lena tantùm, vixque unius conjux dieculæ.
Mox alio divertet, alioſque mox quæret amaſios.
*Bacch.* Bacchi igitur quiſquis adire ſolert gymnadem,
Quisquis illum magiſtrum volet, quiſquis gaudiis,
Virtutibus, opibus, honoribus inebriarier,
Adſit, meaque ſedulò perfruatur induſtriâ.

## SCENA II.

*Silenus quatuor pauperes & in iis Claudum & Cæcum ad Bacchum deducit.*

S*ilenus.* Ne cui aſinus ille meus, cui inſideo, bilem creet
Aut faſtidium; equidem iſtius mihi jam ſeni opera
Perquàm eſt utilis: nam quo me mei nequeunt pedes,
Hic me aſellus portat; tarda quidem res eſt aſinus
Quadrupes, ſed tardior etiam multò tripes ſenex,
Præſertim ubi ſenii tædia liquido abluit mero.
Jam tamen mihi negotium eſt ab alumno meo,
Baccho videlicet, cujus me Dii fecêre nutritium.
Is modò academiam meditatur ac ſcholam artium,
Qualem neque Plato unquam condidit, nec Ariſtoteles;
Ubi omnem homines ſapientiam combibant cum ſcyphis.
Ubi virtutem pleno gutture ac ventre cum mero
Haurire poſſint affatim, atque exſatiare appetentiam.
Oho jam approperare hominum video exercitum.
Quale hoc mortalium genus eſt: Indine, an Arabes?
*Pauper.* I. Ex Luſatia, ubi homines naſcuntur ſub arboribus,

Ad patriam appulimus; nam viro pauperi ubique patria eſt.

*Sil.* Nova ædepol figura, novus habitus, inceſſus novus.
Alii pede claudo, alii ligneo, alii nullo parent oculo.

*Paup.* 20. Agite vos nunc Luſatiæ ac Flolandiæ Principes,
Ad Bacchum properate, nobis ut lætitiam venalem det.

*Sil.* Quid audio? Principes ſe dicunt: Pol, venerari eſt opus.
Nam & perluſtris & diſcolor veſtitus edocet,
Non illos ex communi mortalium cenſeri grege.

*Pauper.* 19. Patrimonium nobis nuſquam finitur, ſed ampliſſimum
Ubique eſt. *Sil.* mehercule Crœſo omni opulentiores intelligo.

*Pauper.* 19. Videndum ne ex illo nos quicquam prætereat inutiliter.

*Pauper.* 9. Omnis nobis ſilva lignum, omnis ager fert ſegetes.

*Sil.* Vectigal eſt, quale neque Octavius olim numeraverit.

*Pauper.* 2. Nobis cum muribus magna eſt affinitas, ubique carpimus.

*Pauper.* 1. Omnis nobis bos arat, omnis aſinus ſaccos gerit.

*Sil.* Metuendum Herclè, ne & meū ſibi aſellum vendicent.

*Paup.* . Curas habemus nullas niſi de curanda cuticula.

*Paup.* 1. Unum ſupereſt hodie, ut Baccho ſerviamus ſervitium,
Ejuſque nos diſciplinæ erudiendos tradamus naviter.

*Sil* Rectè tales equidem homines præſtolabar hoc loci,
Iſtic me pædagogum fieri addecet ut ſedulò
Incumbant vino, ac poculis ſtudeant. *Paup.* Quid hic viri
Aſinare cernimus? *Sil.* Deorum vos nutritios
Venerari eſt æquum, Bacchum qui amat, ſibi benevolum
Silenum quærat, & potietur copioſá lætitiâ.

*Paup.* 1 Si iſtuc quidem fieri poſſit aureum te ſenem
Prædicabimus verbis, & locis omnibus gratiam
Noſtram, & cor occupabis. *Sil.* Conſuetudo eſt mihi
Bonis omnibus bona dare ad felicitatem conſilia,

Bacchi

Bacchi vos amœnitatem captare & gaudia
Ipſius in Gymnaſio velim,ut vobis fiat bene.
Artes iſtic omnes ac opes habetis compendio.
*Paup* Accipimus conſilia,atque ad Bacchum concedimus.
Sed hem,nunquid in Bacchi nobis palæſtra naviter
Sudandum eſt,atque laboribus occupandi ſunt humeri ?
Nam tenera nobis cutis,atque illaborioſæ ſunt manus.
*Sil.* Intelligo Regum genus videmini,educati molliter:
Sed ſi os quiſque veſtrum & ſtomachum aperire eſt potis,
Si culullos eviſcerare, ſi tripudiare & helluarier,
Omni ego vos labore reliquo facile abſolvero.
*Paup* 1.Tolerabilis eſt labor.*Paup*.2, Dies noctesque hunc
perferam.
*Cæcus*:Tu me ducito ad ſcholā (*Claud* Tu me perfer ocyus.
*Cæc*.Inſiſte humeris,meis pedibus & tuis ibimus oculis.
*Claud*.Iam iſthuc nobis iter eſt,iſtuc tu pedes dirige.
Inſane,iſtuc.*Cæc*. Quid me Triveneſice verberas?
Tuis me oculis rectius ducito.*Claud*.Tuos accuſo pedes.
Iſta incedendum viâ,hic præcipitio es proximus.
Annon vadis? *Cæc* Dii te fulminent nequam verberabilem
Iſtic tu jace:ego inveniam iter.Eho dum ſocii
Juvate Typhlum:*Claud* Exoculate nebulo,tu iſtuc audeas?
Hunc tu mihi jam baculum neceſſe eſt devores. Sapin?
*Cæc*. O tu Vulcanie Steropes. ubi es? ut crure te altero
Abbreviem quoque,hoc ſtipite tua tibi oſſa comminuam:
*Claud*.Iſtic nunc morare,& ſtipitem ſtipes ventila.
*Cæc*.Eho ſocii,eho,nemo miſeri cæcitate tangitur.
Quo nunc loco ſumus!quo tempore! nocte erro,an die?
Eho Eho ſocii,Typhlus vos vocat: Eſtne hic aliquis
Qui meam ſolitudinem aſpiciat? nam ſtrepitum auribus
Vicinum hauſi. *Sil*.Habes hominem,cujus nunc operâ
Uti licebit opportunè; ades nunc propiùs,etiam adhuc,
Etiam adhuc propius: aſinum meum caudâ attine.
*Cæc*.O divine vir, ſed pol metuo ſi aſinus pedes
Poſt ſe nimium ſevet,ne mihi,qui amiſi oculos
Etiam dentes excutiat,aut pedem meum ſuo atterat.
*Sil*.Prudentem habeo aſinum & docilem magnis auribus,
Ex regia Midæ ſtirpe eſt, ambulat baſilicè

Et

Et ventrem habet, cùm ſe exonerat, auri fertilem.
Enimvero agris ille ſterillibus fertilitatem ſuggerit,
Qui deinde fruges ac vina parturiant, unde paritur
Argentum & aurum,& quidquid pulchrum in opibus eſt.
Nunc porrò ad omnium mihi artium, atque ætatum homines
Pergendum eſt,ut Bacchi ſcholam paleſtritis impleam.

## SCENA. III.

*Cratinus & Stratocles milites,cum Samo & Milpho negotiatoribus ad œnopolium concedunt.*

CRatinus mil. Ehodum Stratocles,dic ſodes,quid nobis Corymbifer
Iſti apportant hodie novi? *Stratocles mil.* 2. Niſi victoriam ex India,
Ignoro equidem:*Crat* Sub Baccho mereri ſtipendia
Videntur herculè, namque appori bene, tripudium
Ad tibiam agitabant, vincti crines pampinis.
*Strat.* Illos ais obeſulos, ſucculentos,atque animoſulos
Colludiones juvenes, quibus venter doliaris fuit,
Et utræque buccæ fartæ adipali pinguedine?
*Crat.* Rectè Cincinnis vibratum caput nardi ſucco maduit,
Oculorum Cæſii orbes muſto innatabant liquido,
Vacilabant lingua ac pedes. *Strat* Novam hi militiam
Sub archiſtratego carcheſiorum Baccho inſtruunt.
*Crat* Qua in palæſtra? *Strat.* Oenopolio. *Crat.* quem contra hoſtem? *Strat.* Sitim.
*Crat*, Quo moderatore? *Strat.* Baccho. *Crat.* Tolerabliis hæc provincia eſt.
Quin ei hodie ſtipendia facimus ? *Strat.* odi morem peſſimum.
Hac in militia ſtipendia damus, non accipimus.
*Crat.* Commeatu abundat. *Strat.* Sed ubi tu abundaveris opibus.
*Crat.* Experiundum eſt. *Strat.* Obſequor. Sed hem iſtic comites vix,

Obſer-

Obſervemus homines, forte enim ab illis ſors naſcitur,
Atque emolumentum nobis aliquod. *Crat.* Quid ita Stratocles?
*Strat.* De grege quidem iſti haud videntur, baſilicè ambulant.
*Crat.* Quid igitur? *Strat.* Ex loculis iſthæc ſuccereſcit arrogantia.
*Cra.* Quid deinde? *Strat.* Noſtrum ex illis ſperabimus ſymbolum.
*Crat.* Quid ſi nos comitari abnuant? *Strat.* Illos comitabimur.
*Crat.* Venemur ex occulto; nam loquuntur prægnantia.
*Samo Merc.* 1. Hodiernus nobis dies non infecundus abiit,
Et auro aurum peperit: loculos ſanè impregnavimus.
*Milphus. Merc.* 2. Nihil herclè ita pecuniam parit, quàm pecunia.
Ex mina rectè impenſa minæ naſcuntur, ſeſtertius
Seſtertia generat. *Samo* Quâ re hodie venit nobilitas.
Niſi pretio ac nummis? hos ubi poſſederis, nobilis es.
*Milp.* Cum auro ego Diphilus eſſe malim ignotus poſteris;
Quàm ſine auro Dionyſius omnium notus litteris.
*Samo.* Habemus ædepol unde nobis triſtitiam abſtergere licet
Inter amœnitatem convivalem, & falerna pocula.
*Strat.* Audin' Cratine, quam opporture in rem modò adſumus.
*Crat.* Jucunditatem nobis hodiè, ſine impendio, deſpondeo.
*Strat.* Etiam cum dote nubet. Jam nunc eam procemur lepidè
*Samo.* Niſi fallor iſthic in taberna Bacchi eſt venalis lætitia.
*Milphus.* Ememus ex illa hodie quantum ſatis. *Strat* O viri optimi
Salvete. *Samo.* quis iſtic ſalutem nuntiat? *Strat.* Boni
Bonis bene precantur, *Milp.* Rem facitis optimam herculè.
Siquidem votis felicem fieri liceret, aut facere.
*Strat.* Sic totos equidem dies votis vovendis darem,
Meque & vos explerem ſuaviſſimi flore Liberi,

*Samo.*

Et ventrem habet, cùm ſe exonerat, auri fertilem.
Enimvero agris ille ſterilibus fertilitatem ſuggerit,
Qui deinde fruges ac vina parturiant, unde paritur
Argentum & aurum,& quidquid pulchrum in opibus eſt.
Nunc porrò ad omnium mihi artium, atque ætatum homines
Pergendum eſt,ut Bacchi ſcholam paleſtritis impleam.

## SCENA. III.

*Cratinus & Stratocles milites,cum Samo & Milpho negotiatoribus ad anopolium concedunt.*

*Cratinus mil.* Ehodum Stratocles,dic ſodes,quid nobis Corymbifer
Iſti apportant hodie novi? *Stratocles mil.2.* Niſi victoriam ex India,
Ignoro equidem:*Crat* Sub Baccho mereri ſtipendia
Videntur herculè, namque appori bene, tripudium
Ad tibiam agitabant, vincti crines pampinis.
*Strat.* Illos ais obeſulos, ſucculentos,atque animoſulos
Colludiones juvenes, quibus venter doliaris fuit,
Et utræque buccæ fartæ adipali pinguedine?
*Crat.* Rectè Cincinnis vibratum caput nardi ſucco maduit,
Oculorum Cæſii orbes muſto innatabant liquido,
Vacilabant lingua ac pedes. *Strat* Novam hi militiam
Sub archiſtratego carcheſiorum Baccho inſtruunt.
*Crat* Qua in palæſtra? *Strat.* Oenopolio. *Crat.* quem contra hoſtem? *Strat.* Sitim.
*Crat.* Quo moderatore? *Strat.* Baccho. *Crat.* Tolerabliis hæc provincia eſt.
Quin ei hodie ſtipendia facimus? *Strat.* odi morem peſſimum.
Hac in militia ſtipendia damus, non accipimus.
*Crat.* Commeatu abundat. *Strat.* Sed ubi tu abundaveris opibus.
*Crat.* Experiundum eſt. *Strat.* Obſequor. Sed hem iſtic comites viæ,

Obſer-

Obſervemus homines forte enim ab illis ſors naſcitur,
Atque emolumentum nobis aliquod. *Crat.* Quid ita Stratocles?
*Strat.* De grege quidem iſti haud videntur, baſilicè ambulant.
*Crat.* Quid igitur? *Strat.* Ex loculis iſthæc ſuccereſcit arrogantia.
*Crat.* Quid deinde? *Strat.* Noſtrum ex illis ſperabimus ſymbolum.
*Crat.* Quid ſi nos comitari abnuant? *Strat.* Illos comitabimur.
*Crat.* Venemur ex occulto; nam loquuntur prægnantia.
*Samo Merc.* 1. Hodiernus nobis dies non infecundus abiit,
Et auro aurum peperit: loculos ſanè impregnavimus.
*Milphus. Merc.* 2. Nihil herclè ita pecuniam parit, quàm pecunia.
Ex mina rectè impenſa minæ naſcuntur, ſeſtertius
Seſtertia generat. *Samo* Quâ re hodie venit nobilitas.
Niſi pretio ac nummis? hos ubi poſſederis, nobilis es.
*Milp.* Cum auro ego Diphilus eſſe malim ignotus poſteris;
Quàm ſine auro Dionyſius omnium notus litteris.
*Samo.* Habemus ædepol unde nobis triſtitiam abſtergere licet
Inter amœnitatem convivalem, & falerna pocula.
*Strat.* Audin' Cratine, quam opporture in rem modò adſumus.
*Crat.* Jucunditatem nobis hodiè, ſine impendio, deſpondeo.
*Strat.* Etiam cum dote nubet. Jam nunc eam procemur lepidè
*Samo.* Niſi fallor iſthic in taberna Bacchi eſt venalis lætitia.
*Milphus.* Ememus ex illa hodie quantum ſatis. *Strat* Ovyri optimi
Salvete. *Samo.* quis iſtic ſalutem nuntiat? *Strat.* Boni
Bonis bene precantur, *Milp.* Rem facitis optimam herculè.
Siquidem votis felicem fieri liceret, aut facere.
*Strat.* Sic totos equidem dies votis vovendis darem,
Meque & vos explerem ſuaviſſimi flore Liberi,

*Samo.* Amici profectò votum eſt. *Crat.* Quin illud auro emimus.
Si minùs verbis expleri poſſit? Oenopolio ad ſumus.
Nam *B*acchus hodie *B*acchanalia indixit propalam,
Ubi liberâ lætitiâ non florere ſit anni dedecus.
*Mulphus.* Si ad hanc arcem expugnandam veſtra eſt expeditio
Iungemus arma, nam huic aſſuevi jam olim militiæ.
*Strat.* Ibimus plenis caſtris, occupabimus brevi mœnia,
Inundabimus ageres, puro *Lyæi* flumine,
Donec ipſa, quæ arci præſidet ratio, cedat loco,
Et lepiditas, jocique ac ſales ſuum inducant præſidium.
*Samo.* Feſtive Philoſopharis, ſed metuendum, ne loculi
Suo præſidio deſtituantur, aut obſidionis tempore
Hos peſtilentia invadat, omneſque pereant copiæ.
*Crat* Parvi animi eſt pavere ante periculum. fortes docet
Caſum omnem ſuperare, quidquid peſtis demetit,
Hoc fecunditas rurſum inſtaurat, mittamus Diis
Quod eſt fututum. *Mil.* Sanam Philoſophiam tenes.
*Strat.* Eamus intrò; hedera nobis Bacchi oſtendit Gymnadem.

## SCENA IV.

*Phorbas, Ruſticus, Arcas, Auriga, Polus, Nauta, Bacchum adeunt.*

PHorbas. Hodiernum mihi diem ita effluere ſiccum non ſinam,
Uti is in cælo hodie apparet, ſine omni pluvia.
Namque hæc mihi hebdomas inter æſtum caniculæ,
Quantumvis Boreas regnet, transacta eſt duriter.
Ita laboribus circumfluxi, & ſudoribus calidis.
Poſt tantam ſiccitatem aſpirat jecur ad pluviam.
Pleiades tamen in cælo nolim, ſed Bacchi magis
Regnare amphoram, quæ mihi affundat madidam.

Et quis hanc lepiditatem invideat homini ruricolæ.
Ut poſt palam,raſtrum, ſtivam,flage illum,ſarculum
Denique & craterem attrectet feſſa oppidò manu?
Tantillum qui aratori non faverit.ut ad cyathum
Ab aratro diverrat,pumice,opto ut ſiccus ſit magis.
Quò hominis feſſi ariditati diſcat miſcereſcere.
Et vero illa quæ laboriosè curo indies,
Cui ſint bono, ignoro,niſi ex iſta ſemente ego
Hanc mihi meſſem colligam,quâ famem ac ſitim
Viciſſim curem. *Arcas* perſuades Aurigæ etiam arido,
Qui brumali tempore gelidas nives & glacialem Boream,
Æſtivo cogitur devorare pulveres & ſolis radios.
Nam qui iſti ſubinde maſſicum in ſympoſio negat,
Hunc æquum eſt,ſemper vappam bibere fœtidam.
*Phorbas.*Unũ mihi tormentum domi ex ſymbolis naſcitur
Mala uxor,quæ litigo utramque aurem obruit
Faſtidioſo prorſus;quod omnem mihi lætitiam,
Fermentat uſque adeò,ut me credam bibiſſe turbidam.
*Arcas.*Oho! mulieres nolæ ſunt præpoſteræ; ut ſileant
Adhibendus malleus eſt,verbis nihil effeceris;
Niſi verbera addas,oleum perdidiſti ac operam.
Nunquam ego modeſtam experior magis domi conjugem
Quam ubi ex Bacchi Schola potus bene reviſo domum.
Plaga eſſet,ac unum vulnus,ſi verbulo adverſum hiſceret.
*Phorbas* Bona ſchola, unde iſthæc diſciplina manat in feminas.
*Arc.*Ad iſtam ego te,aut dux præibo,aut comes inſequar.
*Phorbas.*Utrumvis feceris,amicè facies,& ad genium meũ.
*Polus.*Heus Arcas. Quo igitur? accedam comes, nam ternarium
Divi amant numerũ.*Arcas* Sed pol metuo, armatus venis.
*Polus.*Ita ut vides ex navi adſum quam in portum compuli
*Arcas.*Quid igitur iſte ex humeris remus? *Polus* Ut rurſum ſi opus
Navigium impellam.*Phorbas.*Fortè etiam in ſicco eſt,ut naviges.
*Polus* Niſi vos ignoro,jam in ſicco navigatum ibitis.
Muſtum vobis mare,navis canthatus,hauſtrum ſchyphus,

Cubitus verò trudes, lingua remus futurus eſt hodie.
Utrumque, niſi fallor, labrum vela erunt, quæ panditis.
*Phorb.* Iam enimvero te in re Bacchonautica haud modicè
Verſatum intelligo, qui ita artis inſtrumenta percipis.
*Tolus.* Neptunum ac Bacchum ego utrumque ex æquo veneror,
*Arcas.* Age igitur hodie nobiſcum Baccho debes ſacrificiū.

## SCENA V.

*Silenus.*

PErge, Aſelle mi, perge ſuaviſſima pecus mea.
Si me portaris ſtrenuè per totam Germaniam,
Laudem mereberis, pulchras eſſe dicam aures tibi,
Quales olim Midas habuit; oculos dicam cæſios,
Quales Paris amavit in Helena: vocem argenteam,
Qualem Orpheus poſſedit; aut in ſilvis Daulias:
Crines in te laudabo aureos, quales Phryxi in vellere:
Formoſum ac celerem greſſum, qui certet cum Pegaſo.
Iam hodie es functus officio vectoris navi oppido,
Proinde cœnam tibi apparo lautam ex Carduis.
Omnes vidiſtis, credo, quanto operæ Silenus pretio
Vicos obierit ac oppida, ut Bacchi impleret gymnaſium.
Pauci hac via, alii aliis pleno ſubeunt agmine.
Nihil perinde facile eſt quàm perſuadere illum homini,
Qui inter contubernales luſus eſt carcheſiis.
Germani hoc in ludo ſcyphico haud ſanè ſunt ultimi?
Neque verò & ſoli: namque ubi Hiſpanis, ac Italis
Galliſque hæc ſemel tentata eſt cum voluptate alea,
Magis illi quidem adhærent Baccho, quàm lappa tunicæ.
Nunc intro, ut & ego vix pulverem mero abluam.

## ACTUS II. SCENA I.

*Bacchus ſuis diſcipulis leges praſcribit.*

B*Acch.*Hodie experiundum mihi eſt, fungoſne & pepones
Pro diſcipulis nactus ſim,an racemos frugiferos,
Qui vinum abunde ferre,& concipere poſſint merum.
Ehodum ſedem. Vos auditores cathedram hanc cingite.
Utramque vos aurem primùm mihi ac denique
Et os totum aperire volo. Qui meam ſubeunt ſcholam,
Illos æquum eſt noſtri leges Gymnaſii cognoſcere;
Ut quid vitare,quid agere tales velim,non neſciant.
Prima igitur lex eſt: ſine lege vivere & bibere ſine modo,
Ac menſuras,ſine menſurâ evacuare hilariter.
Oenopolium vobis pro ſchola,pro atramentario
Cantharus,pro calamo ſit ſcyphus: aperto ore ſcribite.
Cavendum ſedulo eſt, ne caupo vobis ſit debitor.
Uno plus die abſumendum eſt quam lucri fiat tribus.
Si pecunia defuerit, lectum ac pallium vendito.
Parce edendum,laborandum parciùs,ut diu bibas.
Apud lucernam potandum,ſtertendum apud diem eſt.
Ne tamen exſpecta dum tectum aut lectum intraveris,
Sed in veſtibus ſub arbore,in via,in luto ſomnum cape.
Ubi plus æquo ſumptum eâdem repellendum eſt viâ,
Quâ muſtum intravit. Si manè nauſeat ſtomachus,
Si vertigine caput ambulet, & gravetur onere:
Eandem medicinam adhibe. Vinum haſta eſt Telephi.
Et vulnerat & ſanat. Ita vini & juris periti docent.
*L. Paraſitus ff. de ſecta fraternitatis. §. Repleti ſunt omnes.*
Habetiſne indolem atque animum, ut quæ docui
Capiatis? *Pol.* Habemus, ut tabulam raſam,ita animum
Aptabimus tibi noſtrum, ut inſcribas,quæ Jubet.
*Bacch.* Præcepta trado facilia,quæ vel aſinus capiat.
Nunc experimentum veſtræ capiendum eſt indolis.

Ohe,ſcribite,nunc dictabo vobis ſcriptionis materiam,
Ubi calamus? ubi liquor calami?ſuam cuilibet
Promeconde menſuram imple, ebibat quilibet.
Qui bibendo alterum perverterit,hederam induet,
Et primâ Gymnaſi ſede imperator donabitur.
Qui illos ſequentur ordine magiſtratus erunt:
Senatores deinde atque equites,in fine pedites,
*Pol.* Hoc ego exhauſi vaſculum. *Samo.* Hanc hypothecam ego.
*Crat.* Hoc ego doliolum. *Strat.* Hunc ſublevavi œnophorum.
*Milph.* Hunc ego culullum eviſceravi. *Phorb.* Hunc exoneravi ego.
*Arcas.* Huic ego prægnanti cantharo obſtetrix adſtiti.
*Cac.* Inanitatem ego in hanc obbam induxi vinariam.
*Bacch.* Intelligo,vos mihi obtegiſſe diſcipulos dociles.
Adero haud multò poſt ad luſtrandum exercitum,
Quando ſtrenuis ego viris laudem ac præmia adferam.
*Pol.* Bonum herculè præceptorem nacti ſumus,& facilem.
Clari eſt ingenii,artem facilem habet ac perbrevem.
Rhodum hoſpes ex eodem da liquore & vaſculo.
*Samo.* Sequamur intrò,nam juxta vas fervent diſputatio.

## SCENA II.

Mercurius *legatione ad Bacchum fungitur adverſus ſcholam.*

MAgnis Diis ſervire officium eſt moleſtiâ pleniſſimum,
Quodque laboris aliquanto quidem plus, quàm honoris habet.
Utilitatis verò multo etiam minus Ego Mercurius
Deorum hactenus nuntius,nullibi unquam ſum domi,
Ut quietis mihi atque otii tantiſper ſuffurari liceat,
Quo meum curem genium.Tum deinde ſervio domino,
Qui uſque adeò meis laboribus parcè admetitur pretium,
Ut neceſſe ſit furto magis me,quam mercede vivere,

Ita

Ita herculè fit malis heris paſſim qui ſerviunt,
Magnis ſeſe furtis alunt, neceſſitate, an ingenio
Id fiat,non ſatis dixerò, certè fieri cernimus.
Nunc ad Bacchum mihi demandata eſt legatio,
Unde ſi indotatus abjero,ingenio utar meo, ut habeam.
*Pol.* Bacchus iſtic ex aula prodit,appellandus is eſt.
*Bacch.* Ohe Mercuri te video? quid abs Iove apportas novi?
*Merc.* Injuriarum is te reum poſtulat. *Bacch.* Quippe,cur reum?
*Merc.* Scholam te exædificaſſe fama illi natrans attulit.
Unde ipſe contumelias indies multas audiat,
Quibus Diis,Deabuſque,omnibus homines dicant malè.
Propediem novos Gigantes,Typhœos & Gyges timet,
Qui Diis bellum denuntient,niſi malo obviet.
Proin ex communi ego Deorum conſilio adſum nuntius,
Qui iſtâ tibi tuiſque interdicunt gymnade,
Ne univerſæ Deorum reip. acceriàs malum.
Nam & ceteri Dii, ſuis abs te ſpoliari præſidiis,
Suis exui opibus moleſtè queruntur. Ceres ruticolis,
Diana venatores,Neptunus Palmuros, Mars milites,
Vulcanus Steropas, Faunus Paſtores,Phœbus Pindaros
Auferri nolunt,quos ad tuam tu abſtrahas ſcholam,
Eripias ipſis. Te jubent vivere Patrimonio,
Neque tuâ falce alienam meſſem metere,ni pœnas ames.
*Bacch.* Nam cui ego injuriam,aut vim adfero; qui jure utor meo?
An non vitibus ego vinoque præfectus,omnibus Diis
Bene hactenus feci nectaris & ambroſiæ poculis?
Cur non & hominibus bene nunc faciam abſque invidia?
Et ſapienter,& benevolè,quis neget? imo & utiliter
Diis omnibus,quis inficabitur? an non enim Iovi
Ego duros ceteroquin homines, ad pietatem erudio?
Nunquid ruricolis,fabris,operis omnibus addo animos.
Ut ne labori ſuccumbant? nunquid unus milites
In hoſtes Martiis accendo generoſos caloribus?
*Merc.* At verò Ceres ſuos te ruticolas premere inopiâ
Dolet oppidò; cùm quod integrâ vix partum eſt hebdomade,

Una in popina, meridie uno, unâ voluptate pereat.
*Bacch.* Hinc opportunum verò Cereri ſubnaſcitur gaudium
Neque enim melior ad laborem ſtimulus indigentiâ eſt.
*Merc* Sed & Vulcano ſuas ab officinis transfers operas.
Cupidiùs illi aliquantò ludunt poculis, quam malleis.
*Bacch.* Imò verò an non unus ego labores oblecto præmiis?
Hauſtus certè in potiori parte mercedis eſt miſeris:
Quam ſi ademeris, officina omnis carebit operis.
*Merc.* At Phœbo ac muſis multa ſubditorum pernicies
A vino provenit, adoleſcentes à libris ad Liberum
Ac libertatem atque ignorantiam miſeram tranſmigrant,
*Bacch.* Quos unquam Phœbus ita facundis potavit aquis
Ita ſuis erudivit diſertè, ut Bacchus, liquoribus?
Hæc abs me Diis referes, O Mercuri, Bacchum ſuo
Contentum vivere, Diis inde atque hominibus facere bene.
Nunc ut iſtius tu experientiam Mercuri haurias,
Ex vaſe Cretico Bacchus hodie tibi lætitiam
Propinare geſtit, hâc intrò, me jam nunc ſubſequere.

## SCENA. III.

### Cupido *legatione contrariâ fungitur pro Bacchi Schola.*

MAjæ ego filium ſubſequor, majorem legatum minor.
Minor equidem, non genere, non virtute, non indole;
Sed illo quo videtis corpore; reliquis nihil conceſſero.
Si Mercurio talaria in pedibus, alæ ex humeris mihi
Dependent, celeritate, ubi opus, antevertam facilè.
Si illi virga eſt, quæ vitam inferis, ſoporem Superis
Incutiat; mihi arcus eſt, quo victis palmam extorqueam.
Si Deorum ipſe miniſter eſt: Ego quantilus ſim, ſum dominus.
Hoc arcu meo ſæpe ſtratus occubuit Iupiter.
Ille, ille Gigantum terror, conceſſit Pygmæo mihi,

Unde

Unde ut Atlantiaden verear non eſt. Et pumilis
Sua virtus ineſt. Gemmam unam rupibus præfero integris.
Ut autem conſtet, quid ego contra Mercurium huc venerim.
Dicam paucis. Venus me Parens huc ad Bacchum deſtinat.
Oratum, nequid Mercurio incautè fidat, potiùs fortiter
Inſiſtat cœptis, neqne vanis inſtituto abſiſtat minis.
Sibi apud Deos gratiam non defuturam, quâ impetret
Facti etiam præmia. Scholas has Bacchi ſeminarium
Sibi eſſe perpetuum, unde abundet ipſa cultoribus.
Neque enim qui Baccho operantur ſtrenuè, Cypridi
Diu eſſe hoſtes queunt. affluunt hinc catervatim aſſeclæ,
Nunc & rem cautè agam neceſſe eſt, nequid Mercurins
Ac Divi ceteri meo ex conſilio reſciant, ubi is abſceſſerit
Antico; ego poſtico me Bacchi in aulam recipiam.
Ut, nequid ille contra inſtitutum occeptet præproperè.
Oho, cardo ſtrepit, iſtic me jam adſtare convenit.

## SCENA IV.

*Polus, Samo, Cratinus, Stratocles ebrietate delirant.*

*Polus.* Ventus herclè nobis ex auſtro exſurgit contrarius,
Cœlum nubibus induit, tempeſtas claſſi imminet.
En ut Æolus in nos aciem inſtruit, Notus anteambulat,
Aſſiſtit hinc atque hinc audax fratrum & potens cohors.
Iam nunc omnibus in nos arietabunt cornibus.
*Samo.* Ventorum ego minùs, quàm irati fluctus maris vereor.
Hoc, niſi fallor, ſub pedibus noſtris intumeſcit horridè.
En ut fluctus hinc atque inde tabulata quaſſant navium.

*Polus.* Decumana medius fidius procella nobis ingruit.
Admovete liburnicas prætoriæ, res in ancipiti eſt.
Salus noſtra ex ventis pendet. *Samo.* Quin clavum firmias
Nauclere opponis undis? omni fluctui tradimur.
*Polus.* Vela ſubmittamus, ne in ſcyllam nos ferant.
Solvite antennas funibus, jam malus & tota prætoria
Ventorum pondere it præceps. *Samo.* Nullus carinam exonerat?
Fluctus evincunt navim; mergimur niſi adſit opera.
Parcite nunc remis, jacienda anchora eſt, ubi, eſt anchora?
*Polus.* Mercibus nimium gravata navis, exoneranda his erit.
*Crat.* Iſti profectò in ſicco navigant, in ventre oceanum
Circumferunt in capite fluctus, nubes rationem obſidet.
*Strat.* Quid agitis boni viri? parcite hoſpitis ſuppellectili,
Exturbatis domo omnia. Iſta pernicies cui bono?
*Polus.* Vitam magis præſtat, quàm merces habere integras.
Succurrite, fluctus ſuccutiunt triremem; haurimur mari.
*Samo.* Hic jam charybdi proximi ferimur. actum eſt illicò,
Niſi jam nunc extemplo vertatur prora ab exitio.
*Polus* An non & iſtic ſcopulus exurgit aſper & arduus?
Movete hinc perimus. *Crat.* ô nautæ nimiùm ridiculi!
*Strat.* Vertigine tanquam vento circumaguntur, lepidè ædepol.
*Polus.* O Neptune, Amphitrite, Diique Deæque univerſæ maris.
Si Polum ſi Samum ſi reliquos hodie ſervetis hoſpites;
Aram vobis in littore ſtatuam, thure honorandam, & victimis.
*Samo.* Ah jam hoc vortice pelagi ſepelior, jam vincor fluctibus.
*Polus.* Eheu manus porrigite naufragantibus, undæ nos obruunt.
*Samo.* Iam innato mari, nullá, heu! tabula eſt? *Polus.* nil eſt opis?

SCENA

## SCENA V.

Bacchus, Polus, Samo, Cratinus, Stratocles, Milphus, Phorcas, Arcas. *Bacchanalia vivunt, ac illudunt hoſpiti.*

B*Acch.* Quæ vobis iſtic lamentatio eſt? quid impendet mali?
*Crat.* Naufragum iſti in ſicco paſſi ſunt, jacent hauſti fluctibus.
*Bacch.* O egregii tabernarum navarchi, & ſcyphorum remiges!
Sinite tantiſper naufragos, brevi emergent ſobrii,
Iucundum plerumque naufragium eſt, quod in littore patimur.
Sed ad vos ego nunc inviſi foras; ut intelligerem,
Satin' eſſent ſalva omnia, ſchola, leges, diſcipuli.
Ubinam eſtis? pigritudo atque ſomnolentia obruit?
Tu quid ſic vultuosè incedis? quid ita probe oblitus
Pigmentis ſordium? *Strat.* Sub dio cubui, lectus mihi
Terra fuit. Pulvillus lapis. *Bacch.* Militem te intelligo
Qui in gramine hibernare, cœlum habere pro tentorio,
Iejunium pro cibo poſſis. Tu quid agis ſodes?
Etiamne vigilans ſomnias? *Milph.* Equidem hilariter
Noctis moleſtias poculis ablui, neque ſomnum oculis
Hucuſque apertis vidi, quos modò ſopor mihi effodit.
*Bacch.* Præclarus hercle excubitor es, tibi urbis mœnia
Contra hoſtem tutò credamus *Phorb.* Mihi profectò caput
Vertiginem concepit, & ſtomachus impletus nauſeâ eſt.
Nunc malum hoc bono rurſus falerno diluam.
*Bacch.* Sanè peritus medicus es *Arcas.* Lyæe pater, licetne loqui?
*Bacch.* Eloquere. *Arc* Rem feci peſſimam, uxorem male
Verberibus tractavi; livet, ac luget infortunium.
*Bac.* Quid meruerat malè! *Arc.* Carpſit in me vinolentiam
*Bacch.* Rem profectò utilem feciſti, quòd ita garrulam

Intempeſtivè feminam emendatam feceris.
Quæ bene potum irritaſſit virum,amat verbera.
*Crat* Ehodum Promeconde hoſpes.Falernum autMaſſicũ,
Non hic otioſus nobis interire debet dies.
*Strat.*Mihi verò etiam palatum areſcit,exſpecto pluviam.
*Milph.*Neſcio quid meus mihi etiam venter immurmuret,
Præ ſiccitate concrepat,imbrem Maſſicum petit.
*Crat.*Io Euhye! *Strat.*Euax Io? *Milp.* Bibamus Io! *Phorb.* Ter quater Io!
*Crat.*Io Bacche! *Strat.* Liber Io! *Milph.* Saltemus Io! *Phorb.* Ter quater Io!
*Bacch.*Iucundum certè ſtudium eſt,ita Baccho operarier,
*Crat.* Hoſpes,Io,hoſpes vinum affunde nobis largiùs.
*Hoſp.*Vini equidem copiam habeo,quanta omnibus ſatis,
*Strat.* O quanta Divum bonitas,qui tot homini bona
Uno ex racemo naſci fecere! æquum eſt Cœlites
Ita benevolos largo honorare invicem poculo,
Et vinum illis libare optimum. Illud Iovi bibam,
Cras nobis ſerenum,ut faxit diem.*Milph.*Baccho equidem,
Præ ceteris Divis bibo qui benignè facit mihi.
*Phorb.*Pluto meum ego Cratera immolo,is aurum habet.
*Bacch.*En uti pietatem ego meis inſtillo diſcipulis.
Proficitis abundè ad virtutem,laudo indolem.
Iam nunc intrò ſubeo, brevi huc coram præmia inferam,
*Crat.* Oho quot ille format circulos? Matheſin callet oppidò
*Milph.* Neque tu Græce ignorare videris,qui tot formas figmata.
*Phorb.*Quo vos ante perſolutum ſymbolum, quo pergitis?
*Arcas.* Herclè oſtium crepat,hoſpes aderit.*Crat.* Conſilium mihi eſt
In pectore callidum,Omnes ſimus tantiſper furiæ,
Dum hoſpiti luſum faciamus,& pulchrum ludibrium.
Ita ordiamur negotium, ſimulabo amentiam,
Iram,furorem,verbis interpugnabo atrocibus.
Verbera miſcebo indiſcrete etiam in hoſpitem.
Vos interea fugite,ego lepidè tergum inſequar.
Ita vos me feſtivè devitabitis, & vos ego.

*Strat.* Plus quam ovilli capitis conſilium : adſtipulor hercule.

*Milph* Me quod attinet,toto vultu ſimulationem induam.

*Strat.* Ohe prodiit, agamus quiſque perſonam ſuam naviter.

*Crat.* Quis me laceſcere,quis ore convellere maledico,
Quis hiſcere contra auſit? vos vos ego,quotquot hic
Adſtitis! at opportune ceditis. *Hoſp.* Oho ſymbolum:
Non ſic abeundum eſt. *Polus.* Ubi ſum? quid hic litis naſcitur?
Samo te video,te Cratine? an in portu demum ſumus?

*Samo.* Salve ô exoptata terra jam perieram diu.

*Polus.* Quid hic me Hoſpes manu attinet. *Hoſp.* Symbolum volo.

*Polus.* Ex me? an etiam mortui aliquid debent poſt naufragium?

*Crat.* Etiam ne vos meo in conſpectu hic coram adſiſtere?
Niſi jam mox, poſt naufragium lumbifragi eritis.

*Polus.* Nunquid te novi Cratine, quid ita in inſontes furis?

*Crat.* Etiamne ad hæc hiſcitis? Iſtos mihi ſceleratos hodie
Et ſequi,& perdere animus eſt,hunc ſtolonem ego
Exſanguem in alieno decrevi abluere ſanguine.
Hoc ego exoſſare ſtipite illos volo ſtipites.
Emedullare cerebrum omnium,hoc certum eſt ſurculo,
Ubi ſunt nunc flagriones hi? quid hic hominis eſt?
Iam ad ſepulcrum ad umbras ibis bibes ſtyga.

*Hoſp.* Hoſpes ego ſum parce hoſpiti,vinum prompſi tibi

*Crat.* Funuses,jam interiiſti,jam adſtas Cerbero.

*Hoſp.* Quid enim ego mali uſpiam cuiquam intuli?

*Crat.* Tu perſonas regias & heroum ſanguinem negligere,
Non revereri,ut oportet? non optimo mero excolere?

*Hoſp.* Ah parce,parce, vinum adferam quantum ſatis.

*Crat.* Iam vos,& vina omnia huc attuliſſe oportuit.
Moraris? an jam clavâ hac ad Plutonem migras?

*Hoſp.* Ibo, ibo, quantum vini intus poſſideo, tuum eſt.
*Crat.* Ehodum ſocii inſtitui tragicè comœdiam.
*Strat.* Rectene & ad votum res fluit? *Crat.* Non potuit. meliùs.
Captivus ego hunc hominem atque ad obſequium duxi hodie,
Vinum nobis abſque auro vendibile jam modò
Daturus affatim eſt. Supplices accumbite, ut comœdia
Suo apparatu conſtet, & ne fraus vacillet malè.
Strepuit cardo trepidandum nunc vobis. Siccine
Vos mihi illudere, meas impunè vires ſpernere?
Polyphemus mihi pater eſt, Typhœus proavus fuit,
Gyges frater, Encelatus nepos. Vici inferos:
Ab his revixi. Pluto ſubſtravit collum mihi.
Proſerpina obedivit, Cerberus hanc clavam horruit.
*Milph* Fac uti lubet nobiſcum en ſupplices omnes habes.
Tua ſumus mancipia. *Phorb.* dorſum aſcenſuro porrigam.
*Crat.* Sic loqui dudum oportuit, neque mihi creare ſtomachum.
Promeconde, quid hic adſtas, frigidè? *Hoſp.* vinum attuli.
*Crat.* An non integrum te vas huc juſſi depromere?
Quid iſthoc culullo agimus, quem vel muſca ebibat?
En ut mihi in aridum ventrem defluit, guttula eſt.
Vas age, vas admove, *Hoſp.* Herculè moveri loco nequit.
*Crat.* Succedamus, digito illud ori ego admovero meo.

## ACTUS III. SCENA I.

*Bacchus promotionem ſuorum diſcipulorum inſtituit, adeſt Silenus & Satyri.*

*Bacch.* Ain' Silene apparata eſſe quæ dixi ſingula?
*Sile* Nihil eorum præteritum eſt. *Bacch.* Doctorum habes inſignia?
Epomides? pileos? ſerta? *Silen.* curavi ſedulò omnia.

*Bacch.*

*Bacch.* Ubi ſunt! *Sile.* Meum his oneravi aſinum. *Bacch.* Fac videam.
*Sile.* Agedum Satyri, aſinum huc apportate meum mihi.
*Satyr.9.* Niſi ille me portaverit, lumbifragium faciet
*Satyr.2.* Erit hic præſto, priuſquam lupus ovem comedat.
*Bacch.* Hodie in ſchola noſtrarum artium honores publicos
Impertiar ego meis diſcipulis, pro ut erit meritum.
Doctores ego promovebo, archiſtrategos calicum.
Primos Bacchi proceres, ac rei præfectos potatoriæ,
Et Lyæi ſtipendiarios. *Satyr.18.* Ecce feſtivùm baiulum,
Omnem ille ornatum portat. *Satyr.2.* Caudam pro ſceptro gerit
*Bacch.* Mea facite cathedra, huc veſtris ambulet pedibus.
*Satyr.29.* Dabimus id omnes operam. *Bacch.* Hederam in fronte præferet.
*Satyr.29.* Virebit etiam frondibus. *Bacch.* Ita vos amabo ſedulos.
*Silen.* Meus etiam aſinus, ut frondibus exornetur, facite.
*Satyr.19* Carduis illum coronabimus, & hibernis roſis.
*Bacch.* Ingenium ego multorum exploro naviter,
Quid quiſque abs me poſſideat ſapientiarum? quid artium?
Quibus in virtutibus ſuam rectè probet indolem ?
I. Satyre ex ordine, ut ſtatui, adeſſe omnes præcipe.
*Satyr.29.* Factum puta. *Bacch.* Primùm ducturus agmen eſt exercitus
Levis armaturæ, reliquæ dein copiæ venient.
Tu mecum Silene luſtrabis agmina, & Epomids,
Ac ſerta meritis divides, mea ſingulis ſententia.
Oho præſto, adveniunt: nos ex orcheſtra ſilentio
Spectemus, ac decernamus præmia. En pauperum gregem.

## SCENA II.

Lauſus, Irus, Cæcus, Claudus *pauperes, ſuam felicitatem deprædicant.*

L*Auſus*. Concepiſſe ego in capite lætitiam videor mihi,
Uti Palladem olim Jupiter: felix hinc partus mihi
Jam in promptu eſt quin favemus amœnitati & gratiæ?
*Irus*. Mihi pectus ſalit. *Claud.* Mihi etiam præ gaudio pedes.
*Cæc* Lætemur Io! *Lauſ* Io hilaritudini ſacrificemus hodie.
*Claud*. Quid enim nobis beatius ſol vidit uſpiam!
Nam felicitatem habemus deſponſatam in ſinu.
*Lauſ.* Prægnantes nos aliis curas, ſine curâ, relinquimus
Cum lautis patrimoniis, nobis, quod eſtur ac bibitur,
Eſt abunde ſatis. *Irus*. Ventrem equdam curo unicum,
Pro illo curando famuli mihi ſunt bis quinque digiti,
Supellex tota ſcyphus eſt, mundus totus hoſpitium.
*Cæcus*. Neſcio profectò, an oculi mihi in ſtomachum defluxerint,
Ita is ſemper opportunitatem commodè diſpicit.
*Claud.* Et agilitas mihi demigraſſe ad linguam de pedibus
Videri poteſt, ita hæc prompta eſt ad ſcyphos & fercula.
*Irus* Quis me nunc Crœſus ditior? Quis ſic abundat omnibus?
*Cæcus*. Nunc ego pol oculis carere, quàm poculis mavelim.
Dives equidem ſum ſatis: nam quidquid video, meum eſt.
*Lauſ.* Malim ego habere & cupere nihil, quàm habere & cupere
Plurimùm. *Claud*. Neſcio quâ id modò, fortunâ impetrem,
Ut uterque mihi pes non ambulet tantùm, ſed & levem
Ad ſaltum pruriat. *Cæc*. Tu choragus eſto, ſequar prævium
*Lauſ.* Ecce rem lepidam claudus cæco dux ad choragiũ eſt.
*Claudus*. Io læti ſubſultemus,
Et Lyæum celebremus;
In ſcyphis, & plauſibus
Cum jubilo.

*Lauſus*

*Lauſus* Ceſſet labor inquietus,
Vox & jocus ſit facetus,
Longa ſit felicitas,
Cum jubilo.
*Bacch.* Ter cum gaudio bibamus
Dulcis Euhye canamus:
In chordis & cymbalis,
Cum jubilo.
*Irus.* Deſint opus, nil timemus;
Deſint curæ, nil habemus:
Et tenemus omnia,
Cum jubilo.

*Bacch.* En ut jucundis gaudiis innatent hi viles codri.
Nemo in aula Princeps tam liquidâ affluit lætitiâ,
Quàm illa hominum illuvies, & fex mortalium.
Ubi illis afflavi ſpiritum. Tanta eſt Bacchi amœnitas.
Vos ad palmam venire æquum eſt, quæ in brumâ viret,
Ut nunc læti viretis in miſera fortuna gaudiis.

## Scena III.

### Clius, Gymnicus, Muſæus, *ſtudioſi ex poculis diſerti.*

*Clius.* Ad alios Bacchus, alios ad fontes Phœbus vocat.
*Gymn.* Ni mure a ſunt ac nauſea. *Muſa.* Nihil ſaporis habent. [velim
*Clius.* Etiam faſtidium adferunt. *Gym.* Multò equidem ma-
Tabernæ ego Bacchicæ, quàm Phœbeæ eſſe municeps.
*Muſ.* Et præ lauro fecundas ego Pampini umbras amo,
Botroſque ante baccas pono. *Clius* Lyæum ubi præſidem
Cirrham obtinere videro, illic me hoſpes transferam.
Interea Nyſſam incolam. *Muſ* Illiteratus & ſatur;
Quàm literatus ac ſitiens eſſe magis eligam.
*Gymn.* Pol neque ego indiſertus mihi videor minùs,
Cùm de Bacchi ſchola flore meri ſatiatus abeo,
Quam ubi triduum integrum ſudavi ſub ferulâ.

*Clius*

*Clius.* In eadem vidio navi verſamur,nam herculè
*Quando bibo vinum loquitur mea lingua latinum.*
*Cum bibo bis vel ter ſum inqualibet arte magiſter.*
Gymn. *Fecundi calices quem nos fecere diſertum?*
Muſ. *Ennius ille pater nnnquam niſi potus ad arma*
*Proſiluit dicenda.*
Clius. *Carmina non ſcribuntur aqua potoribus.*
*Gymn.* Tota cedat Hippocrene,
Et Libethrides amœnæ,
Unda Cirrhæ, Phocidoſque
Unicedant Maſſico.
*Muſ.* Cedat Phœbus, & doctarum
Plebs novena camenarum,
Et Parnaſſicæ cohortes
Uni cedant Libero.
*Clius.* Ille linguam doctè ſolvit,
Et per metra verba voluit.
Et per mille dithyrambos,
Vates Bacchus incitat.
*Gymn,* Cede præſes laurearum,
*Muſ.* Vince præſes Pampinorum.
*Clius.* Cede Phœbe, cede Baccho
Hic Poetis præſidet.
*Bacch.* An non extemporaneos ego Poetas excito?
An non omnem Suadelam,& Muſam meis liquoribus
Lepidè recreo? verbis melleis affluere facio?
Agite ad coronam venite lauream Poetæ mei,
Bacchum deinde pro Phœbo ex lite,& fluent carmina.

## SCENA IV.

*Ebrii duo* Pius *&* Brutus.

P*Ius.* O bona & facilia Divorum numina, quæ vitibus
Hunc ex benignis aſtris inſtillarunt liquorem mel-
leum,

Non-

Non ego alio cœlites oblectari credam poculo
Quam quod ſuavi ſpumat Maſſico, ambroſiam negligam,
Et nectar omne, iſte ſiquidem nobis latex fluxerit.
Quis verbis Divorum facta exequeat meritis, quis explicet
Oratione encomiaſticâ, licet alter Tullius
Cæli favorem, cœlitum bonitatem, amorem, ſtudium,
Quo nobis laborant, noſque ambiunt homines?
*Brutus.* Auditin' Philoſophum, quantam ex ſcyphis pietatem adbibit?
Quàm ſubitò vultur iſte transmigravit in turturem?
Lupus in agnum transformatus eſt? *Pius* Diis multa debeo,
Et hoc quod poſſideo aurum, & auri fructum Maſſicum.
*Brut.* Diis ego cœlum relinquo. Ventrem, ut curet bene ſuū,
Uni equidem homini in vita ſatis negotii eſſe arbitror.
Namque ego aqualiculum meum ubi neglexero,
Quis erit qui hoc ſumet operæ, ut illum pro me expleat?
*Pius.* Nemo ſanè, niſi impiè ita ventrem ſuffarciat,
Ut Diis inde grates non habeat beneficis homini.
*Ptogus pauper.* Stipem obſecro homini miſero, virûm humaniſſime.
*Pius.* Euge noſtin' quibus factis claream, quà ſim indole?
Certè nulla uſpiam factis meis abfuit humanitas.
*Ptogus.* Optimum te virorū prædicani, quos habeat vicinia.
Aſylum te pauperum nominant. *Brut.* ô pingue mendaciū!
Et palpatio luculenta! ipſa hunc poſſedit tenacitas.
*Pius.* Ad unguem profectò meum exploratū habes ingeniū
Cape ſis hunc ſeſtertium, & illum atque iſtum quoque.
*Brut.* O crumeni ſugam! ut emedullat illi miſero loculos!
Ut cras iſte hinc atque hinc utrâque ſcabet caput manu?
*Ptogus.* Ut te Dieſpiter multo præſtet tempore ſoſpitem.
*Pius.* Propediem mè reviſe. *Brutus.* arido cras pumice erit ſiccior.
*Ptogus.* Et tu ô optime virûm. *Brutus.* mentiris trifurcifer ſplendidè.
*Ptogus.* Da per Jovem ſtipem miſello. *Brut.* ſtipem? an ſtipitem
Abs me poſtulas? hercle hunc mox impendam liberaliter.
*Ptogus* Per omnes te Divos oro. *Brut.* appendix patibulis,

Corvo-

Corvotum victima, etiam reſtitas? nunc edes verbera.
*Ptogus.* Jam dudum ſum ſatur. *Pius.* quid homini miſero addis miſeriam?
*Brut.* Iſta fex hominum eſurie & ſiti paſci debet affatim.
Tunc deinde vulneribus deliniri; ut ſobriè diſcat ſapere.
Unicum pro ſe quiſque curandum ventriculum poſſidet.
Huic proſpicere quemvis æquum eſt. Suum qui negligit,
Atque alienum curat, mecaſtor nimium abundat ſtultitiâ.
*Pius.* Ex Epicuri ſchola prodis. *Brut.* Hem Frater manum porrige.
Collegæ ſumus, utrique leges violamus ſumptuarias.
*Pius.* Utinam non & divinas. *Brut.* Apage iſtâ anxietudine.
*Pius.* Equidem nobis nulla ſocietas ebriis eſſe poterit;
Niſi quæ ovem inter ac lupum eſſe aſſolet. *Brut.* Nunc hinc abi.
*Pius.* Quin mecum ad templum concedis? *Br.* vin' ſacrilegũ
Memet? *Pius* Non; ſed ſcelerum te pœnitentem volo.
Atque illa Sacerdoti enunriare. *Brut.* Carnifici enuntia,
Is te abſolvet olim. *Pius*, Vide ſis hanc impietatem exuas.
*Brut.* Ad popinam redeo, ut iſtic pietatem combibam.
*Pius.* Ah inſania! quanta hominum tibi pars tributaria eſt!
Quam is opportunè ſibi conſulit, qui virtutes ſibi
Ante aurum atque argentum comparat, qui Superis vacat.
Ac deinde iis, quæ dederunt potitur intrepidè.
*Bacch.* Intelligo me pietatem etiam inſtillare animis.
Robur ad virtutem, pondus ad ſapientiam addere.
Huc ades, æquum ſit, te coronari roſis flo rum proceribus:
Ut qui virtutum principem pietatem aſſecutus es.

## SCENA V.

Lictor *ebrius ſuâ virtute ac gloriâ exultat.*

F*Am* 1. Abſcedite viâ hinc, ac locum honorarior occupet
*Lictor.* Æquum medius fidius eſt, ut venerentur me homines,
Cui jus vitæ mortiſque in multorum capita ceſſit Deus.
Hem

Hem famulitium, tu me Dominum præi in via,
Tuque contrà pone ſuccedito: digniori mihi
Medium reverſo, grandibimus omnes, ut viri gradum.
Vos ſi quiſpiam interroget, Quis, atque unde ſim
Dionyſioſtrategum Magalocesmopolitanum eſſe dicite!
*Fam* Codicillis, graphio ac ſcriptoribus opus eſſe aſſeram.
*Lictor.* Quianam? *Famul.* 1. Tuum ut nomen tituloſque excipiant.
Paucorum non ſufficere memoriam. *Lictor.* Prudentiam habes.
Genus meum à longa retrò avorum decurrit ſerie
Tritavum habui hac in arte celeberrimum, & parem mihi
Inde hereditario ordine, & indolem, officium traho.
*Fam.* 1. Dicam tritavum tuum virum fuiſſe, tritaviam feminam.
A Sinone Græcorum vaferrimo cenſere originem,
Latuiſſe in equo Trajano, multos mactaſſe Trojugenûm
*Lictor.* Id verò an credent? *Fam.* 1. cogentur, quis enim iſtic adſtitit,
Ut teſtari contra poſſit? *Lict.* De meis virtutibus
Quidnam dicturus es? *Fam.* 1. dicam militiæ nil uſpiam
Repertum ſimile. Mille unâ pugnâ, uno gladio, unâ manu
Demeſſuiſſe, tanquam falce meſſor amputat gramina.
*Fam.* 2. Me Caſtor, illam militiam ſemper odit, ubi vulnera
Vulneribus compenſantur: in victos audet furere.
*Lict.* Ubi iſtuc dices fuiſſe? *Fam.* 1. Ubi Achilles contra Hectorem ſtetit,
Namque hanc nemo pugnam vidit, ut meminiſſe queat.
*Lict.* Hoc gladio illud factum eſſe dices? *Fam.* 1. Illomet tuo,
Quem olim Perſeus tulerit, ubi Meduſam plexuit.
*Lictor.* Nullumne vulnus accepiſſe me aſſeres? *Fam* 1. Illud equidem
Quod in fronte præfers, adverſo accepiſſe pectore.
*Fam.* 1. Quod uxor illi nuper inflixit colu in litigio.
*Lictor.* Quin aſſerere licebit, hanc adeo veſtem meam
Ex alba in ſanguineam occiſorum verſam ſanguine.

*Fam.*

*Fam.* Imò & ipſam hanc barbam demutaſſe colorem ſuum,
Atque ex nigra erubuiſſe prorſus cruore cædium.
*Lict.* Non abſimiliter verò. *Fam.* I. Et vultum etiamnum notas
Servare rubras illic præſertim, ubi naſus intumuit.
*Fam.* 2. Nimirum, quas illi vinnm, immodicis ſumptum hauſtibus,
Affricuit inter ſcyphos. *Fam.* I. Etenim hæc jam quis neget
Homines de te perſuaſos eſſe? quem ſic fugiunt,
Ut Catelli moloſſum, ut aves trepidantes aquilam.
*Lictor.* Etenim id experior, cùm vix prandere unà, aut ſymbolo
Communicare mecum præ reverentia homines ſoleant:
*Fam.* I. Regium hoc eſt, ac honor, non niſi magnis impendi ſolitus,
Nunc quantum nominis tui terrorem latè circumferas
Quis, neſcit? quod tot viris honoribus optatum fuit,
Solä tu virtnte abſque exercitu, totum poſſides,
Formidini es omnibus. *Lict.* Neque indignus ſum herculè:
Quos etenim metuo? quibus timendus non videor
Iſto ferro, atque iſtâ manu? *Bacch.* En quos animos Bacchus facit:
Ipſam etiam infamiam pulchris adæquat laudibus:
Et miſeros felicitate, probroſos extollit gloriâ.
Dignus enim vero hic eſt, qui clavam & pellem Herculis gerat.
Jam nunc adſtate hic, ſultis, ex ordine mihi.
Quod igitur felix, fauſtum, fortunatumque ſit omnibus:
Ego Bacchus ventripotens, Pampinorum Dominus,
Et rex popinarum, menſarum princeps ac decus.
Ego omnium artium Doctor hoſce meos diſcipulos,
Fideles potatores & vinipotentes muſti bajulos.
Dico, creo, facio artis potatoriæ magiſtros inclytos,
Scyphorum arbitros, ac menſarum præſides digniſſimos,
Qui meæ poſthac reip. municipes, omni frui
Atque uti jure poſſint, ut Bacchi proceres decet.
Nunc vos novam inſtaurare lætitiam omnes convenit.
Ego hinc ad Nyſſam me tranfero. Silenus præterit
*Silen.*

*Silen.* Age puer craterem hunc doctoralem cunctum hederâ
Spumanti exple Libero. Vive, ô Lyæe ſuaviſſime,
Hunc tibi fundo *Pius.* Vive pietatis interpres optime,
Hunc tibi immolo. *Lict.* Vive fellicitatis magnæ pater
Hunc tibi præbibo. *Lauſ* Vive paupertatis ſolatium
Hunc tibi conſecro. *Silen.* Sic decet abluere pulveres,
Quos in ſcholæ hujus ſubſelliis contraximus hactenus.

*Chorus.*

EST in orbe Germanorum
 Infinitus numerus
Sapientum, ac Stultorum;
 Quanquam Stultis vincimus.
Nam per forum, per popinas,
 Paſſim Stultus ambulat,
Per tabernas, & culinas,
 currit, vorat, potitat.
O quot vadunt ocreati,
 Qui plateas conterunt,
Et ſunt vento ter inflati
 Qui vix panem comedunt.
Quot calcaria nunc gerunt,
 Pedem quaſſant tinnulum,
Qui vix equum, vixque premunt.
 Molitoris hinnulum.
O quot foris convivantur,
 Pleno poti gutture,
Qui vix domi ſaturantur,
 Piſis, pulte, furfure,
Domi Mater & ſorores.
 Flent & nent aſſiduè:
Pater, natus, concolores
 Helluantur ſtrenuè.
Tandem bella poſtulantur,
 Deſperatis ædibus:

Et in

Et in ruſticos vagantur,
Furto, ferro, cædibus.
Inde tot calamitates,
Noſtra fert Germania,
Quod per vulgus, & magnates
Regnet hæc inſania.
Euge Bacchum proſcribamus,
Et Lurcones exulent:
Forte cœlos inclinamus,
Ut ærumnas ſublevent.

## ACTUS IV. SCENA I.

Diogenes *accedit Bacchi diſcipulos cum lucerna.*

*Muſæ.* Quid hic hominis eſt, qui medium comburi diem,
Et ſole flagrante lucernam circumfert propalam?
En, ut cuilibet in faciem obtrudit facem; ut omnia
Perluſtrat. ac ſi noctua circumerraret in meridie.
*Lictor.* Quæ tibi hic mecum factio eſt homo mi; an ſapis?
In plenâ luce non videas? *Diog.* Herculè.an homo ſis?
Non video, homines ego, homines quæro: ubi ſunt homines?
*Silen.* Profectô niſi iſte ſtultitiæ ad inſaniam ſtuduerit,
Nemo deſipit ampliùs. *Diog.* In urbe ego, an in ſilva gradior?
Quot hic onagros ego indomitos conſpicio? quot lupos
Decoctores? quot tigrides furioſas? quot belluas?
Quò obſecro ego hodie? an ad Lerneam paludem appuli?
Quis mihi auxilium adferat, ut ex tot monſtris exeam?
*Clim.* Ipsâ hic Moriâ magis morus eſt. *Gym.* Num quis hellebrorum habet,
Ut iſti miſero remedium porrigat? *Muſæ* Collyrio indiget,
Namque effodiſſe illi oculos ſubitò videtur cœcitas.

*Diog.* Utinam ipſum pro lucerna in manibus ſolem feram!
Hunc ego cœco magis admoverem orbi, ſe ut cerneret.
Et quanta intus portenta aleret, pro veris hominibus.
*Clius.* Quis tam ridiculum Philoſophum conſpexit uſpiam,
Qui tam ſtultis abundaret votis, & opinionibus?
*Diog.* Feras ego ac beſtias obambulare humano video capite.
Et fronte & ore; à pectore ad pedes intus ſunt belluæ,
Quæ tantum implere ventrem optimo ſciunt maſſico,
Cetera hominum officia prorſus neglectim obeant,
Quando tandem inter beſtias aliquem inveniam hominem?
*Sil.* Dii te perdant, infatuate ſenex, qui tantum viris
Probis affingas dedecus, ut improbè belluis compares.
*Diog.* Canes hic me allatrare videntur rapidi, baculo erit
Jam opus Diogeni, ut arceat. *Lictor.* Canes tu nos, perdite,
Canes appelles? jam mox hæc tibi machæra in cerebro
Natabit. *Diog.* Ut Apri illi dentibus minantur! ut ſæviunt!
*Lict.* Trifurcifer corvorum pabulum. *Diog.* Forſan in ferarum ſtabulum
De meo hodie doliolo prodii, ut feras immanes paſcerem.
Video artificio utendum eſt; humanius agam in periculo.
Oho, agnoſco errorem meum, agnellos ego pro lupis
Et hinnulos pulcros pro onagris malè habui.
Venite dulces animulæ, venite blandi catelluli,
Venite ſimiolæ meæ, veſtras prædicabo laudes affatim.
*Muſa.* Ut jam canis iſte blanditur, mordebit herculè brevi.
Fuſte jam nunc contra erit opus. *Silen.* Quin cedimus improbo.
Atque inib[illegible] ctius curamus lætitiam. *Diog.* Sic ingenium
Mortalibus hodie omnibus eſt, ut neque dicentem leviter,
Nec graviter contra vitia poſſint æquis audire auribus.
Quocirca me nunc recipio ad doliolum, unde exii.
Equidem ſic latere multò ego tutiùs in vita arbitror,
Quiſquis improbis permiſcetur, diu eſſe probus nequit.

SCENA

## SCENA II.

Mercurius *conſilium aperit de evertendo Bacchi gymnaſio, famulatur ei* Cordalus.

M*Erc.* Jam ex vobis quæro, ſitne tam oculatus hic quiſpiam:
Qui videat, ego quis ſim? niſi iſta me prodant talaria,
Aut virga quam manibus teneo id quidem non putem.
Nam hujus ego modo hoſpitis Oenopolæ abſentis domo
Perſonam abs Jove agere juſſus, illius vultu & habitu
Occurro omnibus, hoſpitem me domeſtici omnes colunt.
Vinum promo, & aurum mihi ſymboliſtæ exhibent.
Omnis mihi arca patet, omnis Gaza ſervit mihi.
Cauſam vobis exponam, eâ lege, ne quis eat hanc proditum
Ne dolus aperiatur, atque adeo vim amittat ſuam.
Nam Jovi certum eſt probroſam nimis Bacchi Gymnadē
Diſſolvere hodie, atque illos bibones multare affatim.
Ipſumque adeò hoſpitem lucro ab illis acquiſito malè.
Ut deinde inſaniæ minùs ſtudeant. Miſit hominem
Diogenem antè prudentem, qui illos ſtultitiæ argueret.
(Ita enim mos Divis eſt, per hominem homines inſtruere)
Ludibrio is fuit: modò viciſſim fient ludibrium.
Sed age ordiamur fabulam, nunc accerſam Cordalum
Famulus ille eſt hoſpitis quem ſimulo, vaferrimus.
Atq; ad omne facinus promptus, ut Oenopolarum ſolent.
Me nunc herum ſuum credit. Heus, te, Cordale.
Moraris? nondum ades teſtudo, ut imperata audias?
*Cord.* Quò me vocas? *Merc.* ad patibulum carnifex. *Cord.* tu me præi.
*Merc.* Etiam aſtutias, ulmorū Acheron? Scis quid te vellim?
*Cord.* Apollinem hac de re nondum conſului. *Merc.* Laniomem petes
Ac ſciſcitabere; nunquid tergora illi ſint boum,
Ovina item ac lupina? *Cord.* In quem uſum iſthæc poſtulas?

*Merc.*

*Merc.* Etiam hæc quæris improbe lavernio ? tuo ut inde tergori
Lora conficiantur optima, quæ omnes ambiant coſtas tibi.
Nunquid ambulas? an vis ut tibi pedes faxim abs hoc ſtipite?
*Cord.* Vin'ut volem qui nullas alas habeo? *Merc.* Flagrorum proce.
Induſtrium te volo hodie, ſi unquam antea. Novam ego modò
Comœdiam intus extruo. Scitis uti proximè mihi
Extortum hoſpiti ſymbolum eſt ut facta illuſio
Ab improbo hominum genere, audaci & temerario;
Qui meo ſe onerare vino, ſuâ me nolunt pecuniâ.
Hinc vi, fraudibus, aſtutiâ mihi ſolvere ſymbolum,
Pro virtute atque ingenio habent, mihi illudere
Rurſum his animus eſt. In promptu nunc occaſio:
Namque ita ſe vino omnes onerant affatim,
Ut neque illos pedes ferre, nec oculi queant ducere.
Strati in via paſſim cubant, & ſomno altiſſimo
Edormiunt crapulam veſtibus ego illos ſpoliabo ſuis,
Et bubulis ovilliſque pellibus in ſuam, ut diſcant ſapere.
*Cord* Corium nunc adfero, utinam ne ſit pro corio hoc meo.
Mirum profectò, ut qui hactenus ſemper carnes, pelles modò
Nos emere: ni forte tympanum herus nobis cogitet,
Quo nos ad labores conciat: ita inſatiabilis operis eſt.
*Merc.* Ades tandem torpedo, annus eſt quo te hic moror.
*Cord.* Illo certe anno, quem tu cenſes, nihil ego ciborum habui.
*Merc.* Etiam nihil flagrorum improbe. Vade ſis, acum mihi
Et fila apud ſutorem depropera, ut hanc tibi pellem aſſuam.
*Cord.* Gratam ſanè rem feceris, ſcutum hæc erit adverſum verbera.

## SCENA. III.

Mercurius, Lydum & Cordalum *ſervos inſtruit ad illudendum hoſpitibus.*

MErc. Iam modò ſcenam ordimur non infacetè lepidam,
Pecudes brevi videbitis bipedes, homines quadrupedes.
Namque mihi animus eſt Bacchum feſtivè hodie colere.
Venerari ipſius aſſeclas vellere arietis aureo.
Ut qui homines neſciunt dignè vivere, vivant pecudes.
Nunc ceteris mihi negotium domeſticis dandum erit;
Ut ſuam quiſque provinciam naviter obeat.
Ehodum Lyde, Strobile, Rulle, veſter vos herus vocat.
Adeſtis? *Lydus*, adſum *Merc.* tu ceteros, intus admone,
Quæ me velle intelliges. Scis ebrios ſtratos domi
Iacere hoſpites, ſomno ac vino graves? *Lydus.* nimium id ſcio
Meo labore ac moleſtiâ. *Merc.* Hos te ac domeſticos reliquos
Novo habitu induere à capite ad calces uſque volo.
En iſtic Cordalus attulit. *Lyd.* Lepidæ profectò togæ.
*Merc.* His ita cautè inſuendi ne fortaſſis evigilent.
*Lyd.* Quo iſtuc conſilio? *Merc.* Contra brumale frigus præſidium eſt.
Eum tamen vos delectum habere cupiam, ut ſinguli
Veſte ſibi accommodâ veſtiantur, ſuiſque aptâ moribus.
Pii iſti nepotes, qui religionis ſuccum ex vino attrahunt,
Ovillis digni ſunt pellibus. Thraſones iſti bubulâ
Cornuti in cute obambulent. Ille charybdes meri,
Quibus nulla amphora ſatis eſt, lupinam induant.
Ita ceteris ſuus habitus detur. *Lyd.* quid deinde eſt opus?
*Merc.* Tantiſper me auſculta, neque rogando præverte nimium.
Ubi ronchi detonuerint. ubi deſtertuerint jam ſatis,
Tityri tu perſonam indues. *Lyd.* Quomodo id ſum potis,

Qui Lydus ſum. *Merc.* O Vervecmum caput!te eſſe Tityrum
Paſtorem noſtrum ſimulabis qui cuſtodias hoc pecus.
*Lyd.* Etiam lupum inter oves cuſtodiam? *Merc.* Non, ſed lupum
Quantâ poteris plagarum vi dimovebis à grege.
*Lyd.* Quid ſi humanâ voce loquatur, & lupum ſe eſſe abneget?
*M[illegible]* Tu finges hæc te non intelligere, ſed ululare aſſeres,
*Lydus.* Lepidum mecaſtor negotium herus noſter ædificat.
*Merc.* Adero ego opportune & operam promovebo operâ.
Quin hic modo auſpicabimur. heus Cordale, tu adſis mihi.
En Phorbam iſtic ſomno, ac mero ſepultum ad limen domus.
Huc age vitulinum tergus cadaver illud hominis
Huic inſuendum eſt, dignum nempe patellâ operculum.
Tu humerum utrumque ſubleva. *Cord.* prô quantum eſt onus!
*Merc.* Imitabimur antiquos; & muſtum condemus utribus.
*Cord.* Quantam exhalat mephitim ſepulcrum illud muſteum!
*Merc.* Nunc age conſue, priuſquam ſomno edormiſcat crapulam.
En quid inter Bacchicum hominem ac demortuum intereſt?
Niſi quod iſte animam in corpore, tanquam ſepulcro habeat;
Hic ſolum in ſepulcro corpus habeat, tanquam carcere.
Sed enim hunc hominem vexatione certum eſt cibare affatim.
Ubi bibere parciùs, & ſtultitiam addiſcat ſepelibilem.
Heus nunc, Cordale, aures atque animum mihi tantiſper eloca.
Docilem ego te velim. *Cord.* Tuo me ingenio natum ſcies.

*Merc.* Funem iſtic pedibus adſtringes, atq; alligabis foꝛib'.
Ne hinc abeat, niſi de volente. *Cord* Capio. *Merc.* Mox ubi ſurgere
Ac ſepultus ille reviviſcere, atque eniti cœperit:
Tu illum ex fune iſto doce te ſequi, ac mutire nihil,
Niſi quo vituli ſono aſſolent. Tum hac illum veſperâ
Ut fraudem tenebræ adjuvent ad lanionem educito.
Atque illi venalem facito. Dabo operam, ut is reſciat,
Aptuſque ad ludum hunc fiat. Sic Phorbam, ſic reliquos
Aſtutiis noſtris circumagemus ad ludibrium;
Ut tandem hi piſcatores ſcyphorum icti diſcant ſapere.
*Cord.* Gnarum oppidò me habes, ſi has verſutias cogites.
Dabo ego hominem iſtum ad omnes facetias
Opportunum, ut voles. Vitulos jam olim tractare didici.
*Merc.* Scio te idoneum. Ubi tamen obluctatus malè fuerit
Me ex propinquo, ficto Eubuli nomine. ſocium advoca,
A quo conſilium atque opem coram expoſces mutuam.
Ita fraudi fraude patrocinabimur. *Cord.* Divinum ædepol
Ingenium here poſſides dabo operam ut præcipis.
*Merc.* Succedo intro, ut aliorum quoque conatus inſpiciam
Ac ceteris etiam potatoribus ſtrophas inſtruam.
Cataſtrophen hodie dabimus omnino comicam.
In qua ſodalitium illud cribabimus bacchicum:
Dum perditam vino mentem vexatione recolligat.

## ACTUS V. SCENA I.

### Mercurius *ſub* Eubuli *nomine*, cum Cordalo, Phorbam *exagitat*.

*COrd.* Demiror equidem quid ſit cur ita lepiditatem amet
Herus nunc meus, qui hactenus nihil niſi de Stoa, ſapuit.
Cothurnis tantum uti ſolitus, nunc ſoccos ſubitò induit.
Namque ita feſtivé, quis eſt, qui eum unquam vixiſſe ſciat?
Rectè

Rectè tamen iis factum lurconibus,qui noctes integras
Dieſque abſumunt baſilicè,& ſemper vivunt bacchanalia.
At,hem Cordale.propius tuæ te pecudi adeſſe convenit.
Quid eſt?jam nunc hercle ſe commovet,papæ! quid agit?
*Thorb* Ubi ſum?quid hoc faſcini eſt?quæ me triveneficæ
*Cord.*Divi.ſuccurrite Divi,vitulus ille meus Diabolum
Intus hauſit peſſimum,prò Divi opem! *Thor.*ah me miſerū
Exſolve miſerum me *Cord.* Prô quid opis?quid remedii?
Humanâ mehercule voce loquitur Dæmon iſte perditus.
Eubule,vicine mi,amice mi,ubi es? auxilium exhibe.
*Eub* Quis me laceſſit clamoribus ita miſeris?*Cord.*Eho opē.
Vah hominis ſcelus,qui iſtum vitulum mihi
Multa obtruſit vendibilem pecunia.*Phor.* Ah ſum homo,
Homo ſum! Per Iovem, ſum homo! *Eubul*, portentum hercule!
*Cord.*Maleficio ædepol meus hic tenetur vitulus maximo.
Quæ Circe incantationibus ſuis dementavit eum mihi?
Eubule quid conſili? *Eub.* Exorciſmis rem ages optime.
*Thorb.* Per Dieſpitris ſceptrum,& ſacra omnia ſum homo, homo ſum.
*Eubul.*Ah miſeret me afflictæ pecudis,ut eluctatur,ut ſe hominem
Iſte Dæmon fingit!*Cord.* quid agimus? noſtin' exorziſandi ritum?
*Eub.*Iſtuc quidem ſcio,ſi operam meam rogas, dabo
Nunc intus Dæmonem obſequentem tibi,ut voles.
Nequid mutire amplius,niſi vitulinum auſit, quin & pecude,
Abeat quantò ocyus iſtâ, ac reſtituat eam ſibi.
*Cord.*O ſi iſtud abs te officii impetrem!*Eub.* Amicum rogas;
Itaque de viridi mihi imprimis ligno ſubminiſtra perticas.
*Cord.* Quia nam?*Eub.* His ego Dæmoni iſti demulcebo ita cutem,
Ut mirum ſit,niſi ipſi voluptas manendi omnis abeat.
*Phorb.* Ah ah parcite miſerrimo,parcite obſecro.*Eub.*En ut humilem
Iam mox effeci dæmonem ad flagrorum memoriam,
Fungus ſim & nunquam frugi:ſi mu,mu, mihi amplius.

Quàm quod vituli ſolent, dixerit. *Thor.* Ah'ah, ſum homo.

*Eubul* Improbe auden' aliud omnino, quam baheii, baheii, baheii?

*Phorb.* O. væ! væ! væ! *Eubul.* Nondum adhuc baheii, baheii baheii?

*Phorb.* Ah! ah! baheii. *Cord.* Euge, Euge. vox redit vitulo. *Eub.* Nunquid adhuc?

*Phorb* Baheii. *Eub.* Etiam porrò adhuc. *Phorb*, Baheii baheii baheii.

*Eub.* Ejecimus herculè Dæmonem, peſſimo illuſum eſt optimè

Vbi redierit, ubi quippiam murmuraverit hic vitulus malè,
Tu eâdem hac arte utitor, atq; eodem demulce pharmaco.
Uti vides probatum eſt. *Cord.* Tibi ego ne ingratus ſim,
Eubule, hanc deſtino pellem, mactato apud lanionem vitulo.

*Eub* Amice agis, meque ingratitudinis ſi captes, nunquam capies.

*Cord.* Nunc mihi hac veſperâ lanio proximus inviſendus ocyus eſt,
Hunc ut Vitulum macello non immaturum coemat.
Ut Bacchanalia inde aliis, mihi impingueſcant loculi:
Qui jejunium plus quàm quadrageſimale vixerunt diu,
Atque inedia & macredine languent miſerrima,
Sequeris ad macellum? *Thorb.* Parce, ah! parce per Iovem, ſum homo.

*Cord.* Sceleſte, tu rurſum hanc vexare pecudem? ita, ita nunc decet.

*Phorb.* Væ! væ! væ! *Cord.* nondum hinc abis? nunquid mox audio baheii?

*Phorb.* Baheii. baheii. *Cord.* Ita certè, aut lumbifragium hinc auferes.
Væ, ſi me irritaſſis iterum! nunquid hic lanii domus eſt?
Ubi nunc eſt cultrifer. quam diu latet inibi? *Lan* Ecce me.

*Cord* Hanc defero tibi huc pecudem, machæræ tuæ aptam ſatis.

*Lan.* Opportune. ædepol. nunquid ætatem & pinguedinem habet?

Cord.

*Cord.* Diem ego eſſe magis optem, ut oculos præ me teſtes habeas.
*Lan.* Ut trepidat miſera beſtiola. *Cord.* Quid mirum, frigore utitur
Nam aliam quàm æſtivalem togam hoc hiemis non induit
*Lan:* Quanti licitaris hunc vitulum? *Cord.* Cutem abs illo mihi volo.
*Lanio.* Quid ita? *Cord,* Ut memoria illius apud me pecudis maneat.
*Lan* Quanti carnes igitur facis? *Cord* Ter denis ſeſtertiis.
*Lan.* Bis deni ſufficient *Cord* Adde ſenos, *Lan.* *Præter* duos nihil
*Cord.* Sed redde pellem. *Lan* Non me hercule: nam loris egeo.
*Cord.* Ergo nihil adjicies? *Lan.* Minùs quàm nihil *Cord.* Vade ſis igitur
Ac vitulo fruere. *Lan.* Ecce ſeſtertios vicenos, reliqua
Propediem accipies. *Cord.* Vide ne debitor maneas diu.
Nam & parum æris multum egenti eſt. *Lan.* Scis meam fidem.
*Cord.* Quam ego ubique fortunam ad obſequium demerui mihi:
Ubique fraudibus patrocinatur & ſtrophas adjuvat
Quis credat fieri poſſe, ut homo ſe vitulum autumet?
Id verò ego effeci hodie in Phorba aſtutiis meis.
Nunc Lanioni aleam committo, ſi quis urget metus.
Si aliquid Phorbæ mentis atque audaciæ ſit ſuper,
Per noctem & tenebras facilè effugium inveniet,
Ac deceptionem lanioni injiciet hodie alteram.

## SCENA II.

Mercurius *una cum ſervo* Cordalo Milphum *ebrium ſomno demerſum Pollinctoris habitu induit.*

HEus, Cordale eſt quod te volo. Nondum comœdia
Suo fine clauſa eſt. *Cord.* Me ad rem præſentem utere,
Ut lubet adero. *Merc.* Obſervaſtin' hanc amphoram,
Hominis vini & frugiperdæ. *Cord.* Hic viæ adjacet.
Fungus ſim, niſi pro fungo hunc Venum dedero.
*Merc.* Alicujus mihi in mentem venit, an probes? intelligam.
*Cord.* Exſpecto ut loquaris. *Merc.* Herculis ſacerdotes Potitios
Pinarioſque noſti. *Cord.* ſatis quidem. *Merc.* Et parum ſobrios
Pani Lupercos pellibus accinctos, panicè
Bacchiceque per vicos graſſantes? *Cord.* novi. *Merc.* Et Arvalium
Vidiſti fratres, qui publicis adſtant ſacris.
Agroſque judices dividunt? *Cord.* Et hos. *Merc.* Illos quoque
Quod Pollinctores vocant, & mortua inungunt corpora?
*Cord.* Equidem illos à me procul eſſe cupio. Non hos amo
Niſi mortuus; *Merc.* Verùm cuinam tibi collegio
Hic homo apparet aptior? *Cord.* omnes perſonæ quadrant.
Bonus ille Potitius, ac Pinarius in ſcyphis eſt,
Cum lupercis nihil ſobriè ſapit ſed tumultibus
Vicoſque plateaſque implet. Frater arualis quoque eſt:
Ita arua & humum ubique premit jam vino gravis.
Pollinctor etiam bonus eſt qui ſuam quotidie
Liberali potu inungit & curat cuticulam.
*Merc.* Hoc ultimo mihi ſchemate imprimis placet.

Age

Age ſit Pollinctor:habitum juxta poſſideo
Huic perſonæ idoneum. *Cord.* Hac pelle exuendus erit.
*Merc* Moderatè,ne quid percipiat. *Cord.* Totus cadaver eſt.
*Merc.* Huic veſti ingere hunc truncum,& inſue.
Iam tu hinc age ocyus ac ſimilem cape habitum.
Tum deinde vigilantem,ceu frater fratrem accipe:
Compella, deduc,impelle quo volet,quo non volet.
Ubi funus eſſe acceperis,illuc age. Utque lubet,
Utque ingenium erit ſic homini ludibrium inſtrue.
*Cord* Intelligo,habebis me oppidò actorem ſedulum.
*Merc.* Mihi jam ad alium Endymionem Bacchicum eſt iter.
*Cord.* Ego intrò concedo,ut Pollinctor fiam verſo habitu.

## SCENA III.

Mercurius *Filios Familias ad parentis* Arcadis *ebrietatem corrigendam novo aſtu inſtruit.*

MErc. Hic adſto domui,quid agatur inibi ad apicem
Iam uſque exploratum teneo:uxor,familia, liberi
Turbati verberibus,atque incontinentia domini,
Mœrore afflicti jacent. Adeo,ſuppeditabo conſilium,
Quo ſibi quietem, hero pariant temperantiam.
Heus pueri. *Filius* 1. Quis accerſit ? *Merc.* Pater ubi nunc agit ?
*Filius* 1. Ubi vino ſaturi aſſolent, poſtquam ſubmerſa ratio eſt.
Altum ſtertit etiamnum. *Merc.* Quod obligata malum
Fronte accepiſti ? *Fil.* 1. Parentis ebrii munus eſt.
Quo ſuos donat ubi mero inſanus reviſit domum.
*Merc.* Nullum huic malo remedium ſuperat ? *Fil.* 1. Præter fugam nihil.
Religioni nobis eſt vim factam vi repellere.
*Merc* Laudo. Verum conſilio vos egere ſentio,ut dein
Patrem mitiora faciatis ſapere. *Fil* 1. Fateor, hoc qui ſuggeret
Divini nobis hominis loco futurus eſt. *Merc.* Advoca

Huc fratres. *Fil* 1 Fratres mei agedum,adeſte hic coram, ocyùs.

*Merc* Unà vos inſtruam,jungetis manum,& operam.

*Fil.*2.Quam vocem accipio? *Fil* 1. Fratris. *Fil.* 2, Adſum quid igitur?

*Fil.*3.Venio mi frater,quid vis? *Merc.* Eubulus in rem veſtram adeſt.

Vobiſque hodie &facere,& ſuadere cupit benevolè.

*Merc.*Et tibi oculus livet,video.*Fil.*3.Patri hunc colorem debeo.

*Merc.*Iam meditamur quemadmodum patrem moderatiùs

Faciatis ſapere. *Fil.*1, Difficilis & rara res eſt, ſenes

A pueris ad ſapientiam inſtrui.*Merc.* Periculum hodie

In patre faciendum.*Fil.* 2. Sed noſtro,ut metuo,periculo.

Siquidem ferulam amplius non patitur. Arbor vetus

Difficulter flectitur.*Merc.* Quod natura renuit ars poteſt.

Ingenio pro annis utemini.*Fil.*1.Tu modò inſtue:

Nos dociles habebis.*Fil.*3. Utramque tibi aurem dabimus,

Ut oculis deinde magis integris uti liceat.

*Mer.*Adhuc ſomno tenetur?*Fil.*3Altius quàm glis in ſpecu.

*Merc.*Eſtne funebris vobis apparatus alicubi?*Fil* 1.Quid ita?

An patrem mactare jubetis?*Merc.*Abſit tantum nefas.

*Fil.*Quid igitur?namque ex Vicinia utendum capiam.

*Merc.*Et funalia habetis?*Fil.*2.Tot quot urbi integræ ſatis

Inflammandæ fuerint.*Merc.* Et fatalem urnam ac feretrum?

*Fil.*1 Etiam ſepulcrum.Sed quid funeſta hæc oratio?

*Merc.*Iam intelligetis. Invitate matrem, & proximos,

Totamque affinitatem ad ornandas patris exequias.

*Fil.*1.Inſanis?namque is etiamnum vivam ducit animam,

Inter pingues ructus ronchoſque. Vis ut miſero

Fauces obſtruamus? *Merc.* Nolo parricidæ ut ſitis.

*Fil.*1.Vis igitur ut Charontem exoremus ac Cerberum,

Ut vivum ad inferos tranſmittant,ceu novum Herculem?

*Merc.*Vos audiendos non putem.Verùm hæc res agitur,

Ut ſuadeatis patri mortuum periiſſe ingluvie,

Et vinum & venenum hauſiſſe.*Fil.*2.Id verò, ſi tibi

Nobiſque credat,piſtillo obtuſiùs habebit cerebrum,

*Fil.*1, Niſi Choræbo minus habuerit mentis, ſe vivere

Et nos

Et non mentiri ſentiet *Merc* Ita adornabitis fabulam,
Ut à mortuisque larvis ſeſe ad vivos recipere
Non ſegniter credat, *Fil.* 2. Semel obſecro ſapientiam
Quam habes totam exprome, ne incertos diſtineas.
*Merc* Accipite paucis omnia. Exponite ut mortuum
Albis veſtitum, naulum pro Charonte adjicite,
Juxta illum faces luceant, adſtet feretrum,
Ceu rogis inferendo. Urna pro functi cineribus
Non procul abſit. Vos inde cum matre adſiſtite,
Simulatis indulgete lacrymis, ſingultus ducite,
Ciete planctus, atque infauſtam patris necem
Veſtramque ſolitudinem plorate, quantum licet.
*Fil.* 1. Iam conſilii hujus medullam penetro. *Fil.* 2. Plenum
aſtutiâ eſt.
*Fil.* 1. Ut parenti illudemus ſuaviter! *Merc.* Ubi ad gemitus
Evigilaverit, ſurrexerit, ſtupuerit, primum fugite
Ceu larvam ab inferis prodeuntem, ſenſim denique
Reducti caſum mortis dolenter intemperantiæ
Acceptum ferte. Divum prædicate benevolentiam,
Qui vitæ illum reddiderint, ita emendationem concipiet.
*Fil* 1. Salubre conſilium ad erudiendum ſobriè virum.
Iam actutum me recipio, ut matri explicem.
Vos mihi pro re agenda adeſte. *Fil.* 2. Ecquam utramque
manum.

## SCENA IV.

Cordalus *Pollinctor in habitu* Milphum *velut ſocium cogit ad funus adeundum*, Mercurio *Fraudem adjuvante.*

*Cord*, Nunquid appoſitè Pollinctorem fingo illo habitu
Vultuque? meipſum admiror & vix credo ſatis
Illum me eſſe Cordalum, qui fui. Iam quid meus
Iſthic contubernalis agitat? etiamnum ſtertitur?
O intemperantem ſomnum! vellem equidem hominem

Hem Milphe. Milphe, quæ te vexat intemperies
Stulti ſoporis, ut hic propalam, & luce media
Sub dio ſtertas? audin' ronchorum faber,
Princeps Dromonum, Coriphæe ſomniantium?
*Milph.* Quis me vellicat? *Cord.* Viden' hic contubernalem tuum?
*Milph.* Quis es mi homo? ad veſpillones hinc ocyus,
Quid tibi me tactio eſt? Vide ne quid mali tibi
Abs me creetur hodie, ne quid occepſis litigii:
Aut herclè caput imminuam. *Cord.* etiam minacias
Trifurcifer? an neſcis officium? hunc baculum vides
Niſi fuſtuarium eſuarias, jam nunc conſequere.
*Milph.* Quid enim? neque mediusfidius te vidi uſpiam
Ante hunc diem. Cui me facis obnoxium?
*Cord.* Pollinctoribus, mi homo, & mortuorum exequiis.
An omnem edormiſti memoriam, ut qui fueris,
Quique etiamnum ſis, neſcias. *Milph* Pollictorne ego ſim,
Qui hactenus civis honeſti fungor officio?
Quæ inſania, ut me tui ſimilem facias? *Cord.* Herculè
Niſi habitus ille, niſi vultus mentitur tuus,
Pollinctor es, intuere, palpa, conſidera. *Milph.* Superi
Et inferi omnes! quid hoc faſcini eſt? Niſi agam
Triveneficos inter, jam, pol neſcio ubinam agam.
Non ſim ego Milphus amplius, qui eram heri.
Quique ſemper fui à cunabulis & nucibus?
*Cord.* Iam prorſus ſtupore attonitus defigor, ubi
Te ſic omnem in poculis & ſomno intelligentiam
Amiſiſſe comperio; ut neque me, neque te noveris.
Qui te ſodalitio Veſpillonum adſcripſi heri.
*Milph.* Mene tu adſcripſeris arbitratu meo?
*Cord.* Tuo arbitratu, veſtis hæc teſtatur ſatis.
Sed eccum hominem notum Eubulum obviam,
Hic rei interfuit actæ, *Merc.* Salvete viri optimi,
Iam vos illic præſtolantur in exequiis avidè.
Et hic te Milphe comperio? Unctoris munus gratulor.
*Milph.* Ergo me Pollinctorem facis? *Merc.* Non facio,
Sed invenio. An ſubitò piget, quod lubuit heri:
*Milph.* Egone id heri voluerim? *Merc.* Teſtis equidem oculeus

Et

Et auritus interfui,cum togam hanc indueres.
*Milph.* Id volens fecerim? *Merc* Tam feciſti prorſum volens
Ut nec gri contra attuleris. Verum nunc agite
Adſtandum funeri,poſt diſputabitur ſi opus.
*Milph.* Conditionem miſeram! ita ſubitò ad infamium
Damnari Veſpillonum munus nolentem & inſcium:
*Cord.* Tu nos infames facias? *Milph.* Iam diu eſtis ultimi
In fama hominum. *Cord* Neſcis quod tuo te naſo vellices?
*Milph.* Non ſum hercle,non ſum Pollinctor. *Cord.* Iam docebere.
*Merc.* Pol niſi hanc rixam abrumpatis quantocyus,
Atque ad funus properetis: Pollinctor ego fiam hodie,
Ut inungam vos fuſtuario à capite ad ſoleas.
*Cord.* Ita niſi hic ſocius inauguretur,frugi haud erit.
*Milph.* Nunquid jam conſequor? *Merc.* Ecce cadaver hominis.
*Cord.* Hinc jam accinge manus operi. *Milph.* Tu præi,ſequar,
*Merc.* Opportunè,ne funebrem interturbetis næniam.

## SCENA V.

*Filii* Arcadis *parentis ebrietate obruti,velut mortui funus adornant,deplorantque.* Cordalus *cum* Milpho *Pollinctores accedunt.* Mercurius *ſub* Eubuli *ſpecie propoſitum urget.*

*Filius* 1. O triſte nimiùm funus,ô gravis dolor!
Quo decidiſti mi pater? cur ſic jaces?
*Filius*.2 Sic ergo natos deſeris. pater tuos?
Sine te perimus? *Fil.*3. funus ah utinam patri
Adjungar: utinam tumulus atque idem rogus
Utrumque ſociet?
*Omnes* Plangite mœſtæ pectore palmæ,
Oculi lachrymis,& cor gemitu
Repleare novo,Iacet infelix
Victima nigræ tradenda ſtygi.
Iacet heu dolor! eheu morte jacet?

*Cord.* Hic feretrum eſt. Euge Milphe huc impone hominem.
*Milph.* Eheu ſortem miſeram! Utinam hoc ego funere
Iacerem potius! *Cord.* Quid ploras? *Eubul.* Dolet hunc mortuum.
*Milph.* Non mortuum illum, ſed me vivum doleo. Sed hem
Nunquid te agnovi Arcas? itane ſubitò ad rogum abis?
Quâ ſorte id factum? heri mecum integer in ſcyphis
Hauriendis tam ſtrenuè certabas, ut Hercules
Videri poſſes. *Eubul.* Hinc morbus & mors præceps adeò.
*Milph* Sed vos, nunquid me noſtis filioli? Milphus ego
Ac vicinus hactenus ſum veſter, huc obtuemini,
*Fil.1.* Pollinctorem vicinum nunquam novimus, verùm tibi
Haud abſimilem Milphum ſenatorem curiæ,
*Milph.* Ille idemmet ego etiamnum ſum. *Fil.1.* Apage his ineptiis
Nunc funus curandum. *Eub.* Heus te. Is homo non omnib⁹
Nec ubiq; ſapit. *Fil.1.* Ita video. *Cord* Quin expromis oleum
Myrrhamq; ad ungendum funus? *Milp* hæc ego poſſideo?
*Cord* Exploro ſaccum Anſerinæ ædepol memoriæ es.
*Milph.* Ah mi Arcas nonne ego te novi ſocium hactenus?
*Fil.1.* Ah mi pater! quò mi pater: *Fil.2.* dulcis pater!
Ergone ad urnam traheris? ô quantus dolor!
*Milph.* Papæ! erigitur mortuus. *Fil.1.* Fugite, oho, fugite
Ab orco pater emergit. *Arcas* Quid hoc eſt? ubi ſum ego?
An inter umbras verſor? hoccine feretrum eſt?
Quid illæ circùm faces? quid apparatus funebris?
Nunquid & lamenta inſonuerunt jam antea?
*Eubul.* Timidi lepores accedite ad funus. *Arcas.* Quid hic cubo,
Ceu buſto deſtinatus? nunquid etiamnum vegetor,
Vivoque his membris? *Eubul.* Pol mortuus inambulat.
*Arcas* Nunquid hæc domus mea? ubi ſunt domeſtici?
*Fil.1.* Fugite, mortuus accurrit pater. *Arcas* Heus filii
Ecquid fugitis? nonne ſum pater? *Fil.2* mortuus es.
*Arcas* Sta namque vitalem hanc auram vivo herculè
*Eub.* Quid formidatis umbram patris, ô filii
Accedite, fortè ab Inferis huc adfert nuntium.

*Fil.1.*

*Fil. 1.* Ah noli nocere, mi pater. *Arcas.* Metuitis vos patrem?
O Filii venite in amplexus. *Fil. 1.* Non auſim ædepol.
Ah ſuccurrite, umbra me ad orcum abripit.
*Eubul* Conſiſtite, equidem intercedam. *Arcas* Eubule te video.
*Eubul.* Niſi & ego umbra ſim, vides. *Arcas* Igitur umbra ſum ego?
*Eubul.* Tu umbra ex medio emergens orco es, *Arcas. Me-* dius fidius
Orcum non vidi, neque ubinam is poſitus ſit, teneo.
*Eub.* Ne nimiùm tibi crede, namque hic centum habes
Qui te mortuum eſſe ſciant. Intuere habitum.
*Arc.* Divi! totus albeo velut iturus ad rogum.
*Eub.* Jam in via eras, cùm ſtyx te remiſit ad lacrymas,
Quas uxor, liberi, cognati fundebant tibi.
*Arcas.* Hæc tu aſſeris? *Eubul* Aſſero. nam juxtâ tecum adfui
Hæc cum tragicè nimiùm fierent. *Arc.* verùm per ſtygem
Tibi juratus affirmo, nunquam vidiſſe me ſtygem,
*Eub.* Nimirum ex lethe, vicino illic fonte, affatim
Hauſiſti. *Arcas.* Qui ſcis? *Eub.* namque oblitus omnium es,
Quæ noſtris nos oculis mille teſtes hauſimus
Ut ex vino ægreſcere, ac exſpirare denique cœperis.
*Ar.* Quàm narras ſtupenda! *Eub.* Veriora, quàm hæc ſit dies
*Hæc* ſigna funerum, familiam, vicinos, liberos,
Quodque ampliùs ipſus teſtes Pollinctores habes,
Qui unguenta in te promebant, ut adires rogum.
*Arcas.* Supra fidem ſunt omnia. *Eub* Sed intra veritatem manent.
Heus quid timidi adſtatis? admovete huc gradum,
Nil à patre vobis metuendum. *Arcas.* Ah filioli mei.
Ubi me reliquiſtis? *Filius 2.* Neſcimus, mi pater. *Cer* berum
Jam te devoraſſe ajebant. *Eub.* Revomuit iterum,
Ni quid formides. *Fil. 1.* Auſin te convenire, mi pater?
*Arcas.* pater ſum, an filiis nocere poſſum? *Cord.* Milphe huc ades.

Nam-

Namque de ſalario nobis urgenda quæſtio eſt.
Si mortuus evaſit,nos tamen operam locavimus.
*Arcas.* Quis illic admovet ? nonne ego te Milphe video?
Quæ ſors in Veſpilonem te ſubitò tranſtulit ?
*Milp.* Quâ tu fortunâ heri vivus, hodieque mortuus es?
*Arcas.* Neſcio mehecule. *Milp.* Nec ego meam ſortem aſſequor.

## SCENA VI.

Phorbas à Lanione *mactandus pro exequiis adducitur, verùm agnitis ſociis diſcuſſoq; invicem ſchemate ebrietate ſuâ ſe deluſos animadvertunt, illamque meritò deteſtantur.*

L*Anio.* Salvete viri optimi. *Eubul.* Et te ſalvum eſſe cupimus.
Quid iſtic ex fune ducis ? *Lanio.* Vitulum pro funere
Arcadis adduco,ſic me ornavit familia.
*Eub.* An mortuo illum immolare ſtatutum fuit?
*Lanio.* Credo equidem pro vivis mactandum fuiſſe, ut epulo
Mœrorem abſtergerent. *Eub.* Ubi Arcadem eſſe autumas?
*Lanio.* In buſto, aut urna. *Arcas.* Noli maledicere,mi homo.
Eccum Arcadem. *Lanio.* Horreo,verúmne tu Arcas? *Arcas.* Meos
Hoſce interroga. *Lan.* Quid vero iſte apportat habitus ?
*Arcas.* Hunc ab inferis retuli, *Lanio.* Ergone reditur ab inferis ?
*Arcas.* Jam prorſus impletus eſt orcus. Manes redeunt.
*Lanio,* Heu doleo! *Eubul.* Cur ſic? non faves vitam hominibus ?
*Lan.* Uxorem amiſi nuper peſſimam .ah quam vereor!
*Eubul.* Quid igitur? *Lan.* Ne & illa excludatur atque ad me redeat.

Sed

Sed agite nunc de vitulo. Vultiſne an non? *Arc.* Satin'
Eſt pinguis? *Lan.* Ut menſtrui ſolent. *Arc.* Sat. magnũ pecus
Si ſat bonum. *Eub.* Equidem partem ex illo cuperem.
*Arc.* Altera pars noſtra erit. Euge mactetur igitur.
*Lan.* Cultrum in promtu fero. *Phorb.* Arcas, & Milphe, vos mei
Sodales, opem ferte: ſum homo, ſub venite homini.
*Arc.* Divi quid hoc eſt? num & hodie loquuntur vituli?
Ubi reliqui? fugerunt. ô Milphe. *Milph* Sine, quid me attines?
*Porphus.* O Arcas huc reſpice. Phorba ſum. *Arcas.* Superi! quid video?
Tune in vituli ſpecie? quis te hac miſerum induit?
*Phorp.* Et te quis induit mortuali ſchemate? & tu Milphe mi
Ut in Pollinctorem es transformatus? *Milph.* omnia
Jam nunc attonitus ſtupeo! *Phorb.* Heri eſt. Cùm ſimul
Nos læti epulis ſcyphiſque invitavimus mutuò,
Exin hæc metamorphoſis. *Arc.* Quid verò evenit tibi?
*Phorb.* Ita ſanè omnia mecum habent, ut veneficiis
Me circumventum autumem, namqne ut aſinus
Iſte Apulei fuit, ſic ego me vitulum prope credidi.
*Milph.* Jam ſanè vino nos combibiſſe faſcinum, aut toxicum
Quo meos deviaret, ſcio: neque enim noto ludibrio,
Sed inſolenti prorſus circumacti hodie ſumus.
*Arc.* Dii omnem ebrietatem peſſundent. Inde hæc mala:
Fatuitatem ac miſeriam hanc omnem ex ſcyphis
Immoderatè uſurpatis hauſimus. *Phorb.* Fateor.
Nam & Diis & hominibus jure ludibrium ſumus.
*Arc.* Bacchum qui primus inter Deos homo cenſuit,
Hunc æquum erat nomen inter homines ſuum perdere.
*Phorb.* Pol execrabile hoc Bacchi Gymnaſiũ, ut tranſmigret
Porcorum in haram aut Augeæ ſtabulum, ſit æquius,
Quam ut ſic hominem præcipitet dedecore ultimo.
*Milph.* Moriri ante mavelim, quam ſic mentis deſipere,
Ut per vinum deliravi, Dii Deæque Bacchum perduint.
*Arc* Hic ſi Deaſter meis fuat in manibus, aqualiculum
Ipſi herculè decumanum jejunâ macritudine
Uſque adeo adſtringam, ut aridum æquet pectinem.

*Phorb.*

*Phorbus* Ex pampinatore iſto, ego pampinum exſuccum fecero,
Paſſis uvis magis exanguem, *Milph* Aquæ perpeti
Prius ego meum damnabo ſtomachum, quàm nimio mero.
*Phor.* Huic ego domi corio meum inſcribam infortunium,
Ut meminerit deinde vino temperandum, qui volet ſapere.
Tum denique ejurabo ad Bacchi aram omne ſervitium.
*Milph.* Et mihi certum eſt in Sobrietatis templo votum edere,
Me deinceps ipſi Sacerdotem futurum, poſtquam è tribu
Pollinctorum hoc pacto emerſi. Dentes pignori offeram,
Ut ſi meraco eos polluam, continuò omnes excidant.
*Arc.* Hos capitis ego pilos, ipſi ante diem Perſephonæ devoveo,
Ab hac hora ſi Baccho ſacrificem, ſi tollam Oenophorum
Calvaſter ego pilos malo, quàm cerebrum evulſum capite.
*Phorb.* O Diva Temperantia quantò tu homines magis beas!
Quantam ſtomachis nauſeam aufers, turbellam verticibus!
Quot morbos corporis proſcribis è republica!
Quot tu podagroſos curas, medicis incurabiles!
Quot vertiginoſa regis capita, quot firmas manus
Tremore vacillantes! quantam das lucem oculis,
Quantum vaporum, quantumque humorum diſſipas!
Quantum ſapientiæ paris in toga, virium in ſago!
Quantum ab orbe fraudium tollis, quantum mali,
Dum turpe morum cacoethes Bacchus parturit!
Hæc hodie thyrſo percuſſum, vitulantem, hominem,
Qui dilapidavit quidquid in vita humanum fuit,
Ætatem, formam, mores, ingenium, nomen bonum,
Didiciſſe experientiâ, docuiſſe verbis, noſcite.
Ex uſu id vobis futurum eſt, cum lena opportunitas
Fidelis com. potator vinoque coruſcans vitrum,
Sitiſque fauces urens dulce ſuadebit merum,
Niſi tamen hanc quiſquam pellem prenſet ambitor,
Per me licebit meo vellus hoc exemplo induat,
Concedam atque ita coitus admetibor omnibus,
Immunis omni octiduum quò vivat prurigine.

*Epilogus*

## *Epilogus.*

HAs Bacchicorum nugas nugaces ſatis
Spectaſtis hominum, crudas & vacuas ſalis
Urbanioris. Sed veniam auditor dabit,
Namque ebrii ſapere parum ſobriè ſolent.
Laconum exemplo rem agere decretum fuit.
Uſu his receptum veteri, ſervorum ebrios
Spectaculo obiicere natis urbis publico;
Ridere mores, ſannis, probris, ſibilis
Verſare, verbis commiſcere verbera;
Deformitatem ſceleris, hac arte, ut proderent.
Qualis enim, pro pudor! imago hominis eſt
Vino æſtuantis, cui dum ſubmerſa ratio eſt,
Senſuſque fluctu præfocatus bacchico,
Nec pes manuſque officium funguntur ſuum.
Vix pecude diſtat; pejor hoc omni pecu,
Quòd bruta nunquam nimio naturam obruant,
Sed ipsâ ſatie ſatura, commenſum ſciant,
Prudentioris ſtomachi, quàm cerebri, eſt homo.
Ah quando leges ſobriæ Germani ſcholæ
Baccho execrato diſcent, conſcientiæ
Præſcripta Propius audient, & ſibi minus
Erunt crudeles! mille morborum trahunt,
Claudi ante tempus, manci, blenni, depiles,
Mucoſi, ſtupidi, tremuli fungi putidi
Atque utinam ita palam illudatur omnibus,
Ut modo factum à nobis, & confit indies,
Dum talem hi induunt mentem incultam, abſonã,
Deliram, qualem hi formam tulerunt aforis!
Brevi ebriorum Germania minus ferat,
Plus ſanitatis, ſanctitatiſque hauriat,
Quam modò culullis evacuandis poſſidet.
Vos ſi ſapitis, ſobrii ſapite unaque diſcite
Immodico ſemper in vino venenum præbibi.

TRAGOE-

# TRAGOEDIA.

## MAVRITIVS ORIENTIS IMperator circa Annum à Chriſto 600.

*Argumentum.*

MAuritius Cappadox ad Orientis Imperium ex humili genere emerſit, virtute bellicâ. cum à Perſis dictis redux, Tiberii Imperatoris factus gener, eidem ſucceſſit. Sed poſtquam deinde Chaganus Avarum Rex magnis Imperium cladibus fatigavit, Mauritius Religioſos quoque ad bellum coegit, mancis belloque inutilibus in Monaſteria ſurrogatis, tum verò ingentem ſuorum captivorum numerum, qui leviſſimo redimi ære poterant, hoſtili crudelitati temerè avareque immolavit. Fruſtra ab illo facinore Gregorio Pontifice; ab hoc Phoca aliiſque militiæ Ducibus Imperatorem avocantibus. Quocirca conſcientiâ demum portentiſque cæleſtibus territus, cùm non vanè monitus eſſet, imperium ſibi ab aliquo cujus nomen à Φ Principium duceret adimendum, Philippicum Sororium, egregium belli Ducem, ſuſpectum habuit. Verùm cum & civium ſuorum in ſe concitaſſet odia, ut hi etiam Conſtantinopolitana in urbe homini Mauro, ejus ſimili, Aſino impoſito, aliiſque coronato turpiter, velut Imperatori, propalam, illuſerint: miles ad hæc ſuorum neglectu aſperior Mauritium averſaretur, Phocas militaris atque audax homo, injuriæ, quam coram Imperatore inflictâ alapâ acceperat, vindicandæ cupidus, occupatâ plerorumque gratia, Imperium ſibi vendicavit, & Mauritium cum filiis interceptum ultimo ſupplicio mactavit, qui fa-

ctorum

ctorum pœnitens, inſigni conſtantiâ ſuam ſuorumq; mortem excepit, ac proprii etiam filii, quem nutrix alieno ſubſtituto permutaverat, ſimulationem detexit; auditus ad ſingulas ſuorum cædes dicere: *Iuſtus es Domine, & rectum Iudicium tuum.* Vide Baron. ad ann. Chriſti 589. & ſeq.

## ACTUS I. SCENA I.

*Mauritius regni curas & moleſtiam inter ancipitem belli fortunam exponit.*

Quiſquis potenti ſceptra moderatur manu,
Gladiumque Cæſar ſtringit, excelsâ caput
Victus coronâ, purpurâ clarum latus
Auroque fulgens; diſcat exemplo meo,
Non omne quidquid ſplendet in regum throno
Eſſe ambiendum: fallere ſuperbum decus,
Fallique, requiem quotquot ex aulis petunt.
Primos Honoris Cæſar ut preſſi gradus,
Preſſi & laboris; torva regnantis quoque
Pavidum ſatelles cura poſt tergum ſtetit,
Timorque cinxit. Muricis Tyrius color,
Aurique fulgor, luce deceptos ſuâ
Perſtringit oculos: magna tempeſtas latet
Sub hoc ſereno. Caſibus multis patet
Quicumque celſas imperi ſedes tenet.
Experta loquimur. Vile nos omni loco
Urget periclum: pace ſuſpectâ fruor,
Ancepsque Martis alea eſt ratos habet
Sors hæc receſſus, ipſe vix tutus comes
Laterique cuſtos: nemo diſtinctus ſatis
Ab hoſte amicus, hoſtis ab amico mihi eſt.
Quid plura? ſumma mole bellorum Ducis
Humeri gravantur. Quidquid infeſtus modò
Chaganus Avarum Ductor in Græcos fuit,
Nobis timendum eſt. Cum ferox atram vehit
Auſter procellam, ſæpe quatiuntur cedri,

Quercus petuntur: parva nil humili timeat
Arbuſta valle Chriſte bellorum arbiter
Paciſque princeps, cujus ad nutum cadit
Victor ſuberbus, cujus ad nutum quoque
Humilis ſupino victus erigitur ſolo,
Adſis precanti, cauſa bellandi tua eſt.
Qui nos laceſſit hoſtis, eſt hoſtis tuus,
Mecum peribit aut triumphabit fides,
Religio, pietas: occumbam victus tibi.

*Agath. Præf. aulæ.* Malè ominari parce; Mauritius ſuis
Hoſtique ſupereſt. Victor innimicos Duces
Habet animorum conſcios, fractiſque adhuc
Armis paventes. Una Perſarum cohors
(Te teſte jam mortalis) exemplum tuæ
Virtutis immortale ſuccumbens fuit.
Adhuc calentes ſanguine Hormiſdæ manus
Avarus veretur Bara Germani tremit
Ad fratris iras, maſculâ indignus togâ,
Barbara mulier. Coſrhoes victor tuo
Triumphat enſe. tota, Græcorum tibi
Fortuna, nunc togata, nunc plauſit ſago.

*Maur.* Quæ plauſit alas ſæpe, nonnunquam avolat.

*Agath.* Generoſa virtus cuilibet forti imperat.

*Maur.* Al quando virtus premitur. *Agath.* At nunquam diu,
Non omnis atrâ nube ſepelitur dies:
Perſæpe nebulis Phœbus evolvit caput.

*Maur.* Victoriarum curſus abruptus ſtetit,
Hoſtis tropæa ſurrigit: nimia ebrius
Jam forte fertur. *Agath.* Ebrios præces rapit
Quandoque caſus. *Maur.* Auxit inperium nimis.

*Agath.* Quodcumque nimium eſt mole procumbit ſua.

*Maur* Et miles ingens ſequitur armorum fidem.

*Agath.* Et multitudo ſæpe confudit ſuos.

*Maur* Succeſſibus ferociunt. *Agath.* Rabidi ſolent
Canes ligári. *Maur.* Noſter ex clauſtris rudis
Ad arma miles venit. *Agath.* infractum dabit
Pietas vigorem, pulchrius credent mori,
Quam ſacra prodere hoſtibus, patriam, fidem.

*Maur.*

*Maur.* Quis horror animum concutit? venæ rigent,
Et mens futuris anxia paveſcit malis
Meliora Superi! *Agath.* Vertat hoc omen Deus,
Quodcumque metuis ſternat inimicos malum.

## SCENA II.

*Sabinianus Legatus Rom. Pontificis Mauritium ob compulſos ad bellum Monachos execratur.*

*Sabin.* Hierarcha ſummus orbis, ac Romæ caput
Gregorius, humiles Cæſari defert preces;
Contraque Diras, æqua ſi minus queat
Suadere precibus. Nempe Mauritius ſacra
Violavit amens: clauſtra Monachorum novo
Laxavit auſu. Vertere hos togam ſago,
Galeâ cucullum juſſit, indignos Deo
Quos bella cæcos, atque mutilatos habent,
Malè ſubrogavit. Obviam huic igitur feror
Legatus hoſti, leviter armatus quidem,
Sed fretus aſtris, literis fretus meis.
Si vincat, illa Cæſaris clades erit;
Triumphat is, ſi vicero. Cælum fave,
Aggrediar. Ecce Cæſar incedit procul,
Habitu dolentis, mœſtus, & vultu gravis.
Præoccupabo leniter. Salve inclyte
Orbis Monarcha. Nuntiat ſummus tibi
Româ ſalutem Præſul, & ſanum cupit.
*Maur.* Num pax ab urbe eſt? *Sabin.* Litteræ ſpero dabunt,
Gregorius illas deſtinat. *Maur.* Gratæ quidem
Si læta regno nuntiet. Aditus placet;
Progreſſus eſt ſeverior. Quid hoc? preces
Inflectit, etiam gravibus inſurgit minis,
Noſque innocentes terret, atque inſons caput
Vult fulminari. Quæ reum cauſa efficit?
Parata in hoſtes arma? ſint monachi licet
Quos arma jubeam ferre; ſunt monachi quoque
Quibus

Quibus eſt timendus hoſtis, & quos imminens
Tangit periclum. Propriam quemvis decet
Cauſam tueri. *Sabin.* Cauſa monachorum Dei eſt,
Huic eſto curæ *Maur.* Et cauſa communis Dei eſt.
Deus volentes adjuvat, inertes premit.
Arma arma tractent, arma pro patria ferant
Vita ac ſalute. *Sabin.* Potior hæc erit ſalus
Neſcire bellum. *Maur.* Cæſari pares volo.
*Sabin.* Si regna tecum poſſidem; æqua exigis.
Reges tuentur regna, ſed monachi chorum.
*Maur* Neſcis eâdem clade, quâ regnum perit
Monachos perire? paria metuimus mala.
Simul occidendum eſt. *Sabin.* Mortis arbitrium ſuæ
Vitæque Superis tradidit, quiſquis Deo
Servire cœpit. *Maur.* Vilis hæc vita eſt tibi,
Qua fruimur? hoſtis exigit, ratio jubet
Hanc nos tueri; Pontifex tantum vetat.
Quem vis ſequamur? *Sabin.* Sceptra tu Cæſar geris,
Sceptra tuearis, cella monachorum eſt decus.
Hanc ſiquid ultra, & hoſtis, & amicus rogat,
Vitam paciſci pro fide Monachi ſolent.
*Maur.* Ita nempe cupimus, pro Deo.patria,fide
Pugnam auſpicamur, morte generoſa licet
Occidere. Roma ſeriùs miſit preces,
Jam ſunt in armis. *Sab.* Roma monachorũ eſt caput;
Hinc juſſa capiunt. *Maur*, Cæſaris nomen gero
Regoque Reges. *Sab.* Pontifex jubet, cave
Spernas jubentem, fulmina & diras jacit.
*Maur.* At tela Cæſar. Efter hinc agedum pedes,
Imperia reliquis Cæſares ſolent dare,
Accipere nunquam. Roma Pontificem ſuum
Veneretur; urbs hæc noſtra cognoſcit ſuum,
Diviſa ſors eſt, *Sab.* Multiceps nunquam fuit
Eccleſia: unum eſt corpus, atque unum caput.
*Maur.* Omitte verba, dimicat Cæſar manu,
Lex eſt in armis. *Sab.* Igitur imbelles putas?
Fulminea gerimus arma. Nunc hoſtes habe,
Quos ſic amicos reſpuis. Te te impium,

putenſ-

Putenſque membrum Roma divulſum ſuo
A capite reſecat, pereat & ſortem ſibi
Ferat alienam, quiſquis alienus Deo eſt.
*Maur.* Abſcedit igitur! abeat in malam crucem.
Suumque repetant impiæ authorem minæ,
Benefacta non agnoſcit, ingratus furit.
Cauſæ favere decuit, hanc ratio probat,
Iuſtitia ſuadet. Cœlites etiam favent.
Solus reclamat Pontifex. Benè eſt, juvat,
Meminiſſe factum. Roma me ſuum hactenus
Immerita ſenſit; merita nunc hoſtem feret.

## SCENA III.

*Phocas Dux exercitus militum ſuorum captivitatem nuntiat, eorumque exiguo lytro redemptionem fruſtra ab immiti Mauritio flagitat.*

*Phoc.* SAlve Imperator. *Maur* hanè ſte video Phoca?
Ubi miles? ut quid ſolus ac mœſtus redis?
*Phoc.* Perjimus, urbem Cæſar ut ſalvam tibi
Tuiſque ſerves, arma pro muris gerat
Civilis acies; miles aut ferro jacet,
Aut vincla captus tolerat *Maur.* O pudor, ac ſcelus
Nunquam expiandum! noſter hic miles jacet?
*Phoc.* Biſſena capitum millia tuorum jacent,
Totidemque capti ſerviunt, paucos vagus
Subduxit error hoſtibus, reſtat nihil.
*Maur.* Nefanda belli capita, militiæ probra,
Propudia Regni, patriæ indignum genus,
Ignaviæ mancipia, corvorum cibus,
Sic vos ſalutem, Græciæ, regni decus,
Populi ſalutem, Cæſarem, domum, fidem,
Scythæ feroci prodere; immanem Getam
Et ſervitutem perpeti? fœdis minis
Porrigere vinclis ſæpe victrices manus!
Cur ſic adultam gloriam, laudem Patrum

Tropæa veterum, Græciæ invictas opes,
Segnes Nepotum, barbaro ac turpi jugo
Subjicimus? *Phoc.* Augur Cæſar infelix nimis.
Ignavia Ducis quæque bellorum arbitra eſt,
Fortuna retro ſola pugnantes tulit.
*Maur.* Fortuna timidos frangit, infractos timet.
*Phoc.* Quid forsin armis ponit, & virtus ſimul,
Hoſtis docebit. Ille Græcorum timor
Chaganus, ille victor occubuit quoque,
Stragemque noſtram, ſtrage cumulavit ſuâ.
*Maur.* Ergone miſeris Numen in rebus favet ?
*Phoc.* Qui vicit armis, peſte nunc victus cadit.
Tota populatur caſtra fatalis lues.
Cecidere gnati, miles in campis jacet.
Duceſque primos hauſit infelix malum,
Sacrilega poſtquam templa violavit manus.
Vidi per agros fœda diffuſos procul
Inficere ventos corpora, & corvis dari
Miſerante nullo, funeri non eſt honos.
Æther ſepulcrum eſt omnium. *Maur* noſtris dabit
Hoſtilis illa plaga remedium malis.
*Phoc.* Arma reparemus, ſi quid à tergo ferox
Hoſtis minetur poterit averti malum,
Cladeſque belli. Liberos rurſus tuos
Reſtitue caſtris milites lytro potes.
Et niſi redemptos eximis, ferro cadent.
*Maur.* Quos mihi recenſes? *Phoc.* milites Cæſar tuos.
*Maur.* Meoſne? *Phoc.* Cur ſic ambigis? *Maur.* non ſunt mei,
Qui vincla manibus induunt, collo jugum.
Mei, aut ſolebant vincere, aut pulchrè mori.
*Phoc.* Eſt illa pietas hoſtium, ſervant tibi
Quotcunque vinclis, attinent. *Maur.* non eſt pium
Servare nobis impios. Patriam, ac fidem
Malè prodiderunt. Occidant, non ſunt mei.
Quiſquis periclum Cæſari deſes creat,
Meruit perire. *Phoc.* ſingulos Cæſar licet
Redimere nummis ſingulis. *Maur.* Equidem hos darem

Cito

Citò ut perirent. *Phoc.* propria præſidia abjicis,
Hoſtemque munis. *Maur.* Nemo præſidio fuit,
Qui cadere miles metuit, & patriam ſuæ
Iners ſaluti poſthabet *Phoc.* cladem novis
Penſabit armis, dedecus tantum rogo,
Purgare liceat. Semper in manu tua eſt
Punire, quamvis parſeris; ſed cùm ſemel
Tollis nocentes, parcere his nunquam licet.
Inflecte mentem. *Maur.* Nempe perfidiæ reor
Hæc poſtulatis præmia, indultum ſcelus
Impunè creſcet: diſcet exemplo fugam
Deſertor aquilæ miles. & aſylum ſuæ
Aliquod ſaluti quæret à bello procul.
Huic conſulendum vulneri, ubi crudum eſt, puta.
*Phoc.* Meliora Cæſar loquere, nos caſus modò
Deſtituit at nunquam animus. *Maur.* animoſi ſolent
Superare caſum. Semper audaces juvat
Fortuna. Turpe eſt porrigere vinctas manus
Tibi vinciendis. *Phoc* nemini turpe hoc fuit,
Vitare quod non licuit, hæc ſolum via
Clauſo ſupererat militi, ut fugeret necem.
*Maur.* Præoccupandus hoſtis inſidiis erat.
*Phoc.* Quàm ſtrenuè actum, teſtis hæc erit mei
Capitis cicatrix, pectus adverſis adhuc
Plagis apertum, pateat hàc certè viâ
Tibi noſtera nimus. *Maur.* Militem fidum, ut decet
Te mihi probaſti, ceteros nunquam probas.
*Phoc.* Miſerere, Cæſar, militum, pro te ferunt
Hæc vincla. *Maur.* Fruſtra es. Pereat ignavum genus,
Nec aſſe cunctos redimo. *Phoc.* Supplicia manent
Horrenda miſeros. *Maur.* Sic decet, pereant malè,
Quiſquis nocenti parcit, ipſe fit nocens.
Abſiſte, noxæ cùm faves, noxam patras.
*Phoc.* Adeone vilis Cæſari eſt miles ſuus?
Quanta hæc tyrannis, Cæſari, ut vili omnium
Nummo ſalutem negligas, quantum nefas?
*Agatho.* Superbe ſic tu Cæſari? hos pugnos ede.
Ita expianda eſt læſa majeſtas Ducis.

*Phoc.* Ubi ſum? protervas aſpicis Cæſar manus?
*Maur.* Et os protervum. *Phoc.* Nullus aſiſtit Phocæ?
Nemo ultionem poſtulat? *Maur.* Quilquis facit.
Luenda, patitur. *Phoc.* Cælitum fidem invoco,
Sum provocatus ſcelere, par reddam ſcelus.
Abiere? nempe miles, & Phocas parum
Regi æſtimantur, victimas morti dabit.
Ut hæc feramus deſides? hoc, hoc caput,
Hanc teſtor enſe dextram armatam ſuo,
Pugnæque vulnerumque cæleſtes faces;
Teſtes meorum. Cæſar in caput tuum
Hoſtes amicoſque excitas, tantum nefas
Non erit inultum. Vilis eſt miles tibi?
Et vilis eſſe militi Cæſar poteſt.
Illuſus ac deſpectus, & pugnis quoque
Hinc lividus Phocas abit? alius brevi
Ad vos redibit, facta niſi fallant mea.
Quod ſi neget fortuna præſidium Phocæ,
Virtutis atque audaciæ auxilium petam.
Dabis ultionem, quisquis inimicus mihi es.

## *Chorus.*

HEu bellantis miſeranda nimis
Fortuna viri, ſive ferocem
Pugnet in hoſtem, durumque Getam,
Sive remiſſis pace maniplis
Locet, Eubœis vallibus arma,
Quoties arctis premitur rebus!
Et vix lacero contracta ſago
Membra recondens, ſpicula ſolis
Boreæque tulit! Quoties nigrâ
Livet inediâ, laſſuſque fame
Manibus fractis vix arma regit;
Et quæ rerum ſuadet egeſtas
Crimina ſævo perpetrat auſu!
Vix tam rarum eſt, atroxque ſcelus

Quod

Quod miles inops audere nequit.
2. Quiſquis Martem prior eſſe Deum
Finxit, & acrem juſſit in hoſtem
Prodire Scytham, gladium quiſquis
Haſtamque novo protulit uſu,
Debuit haſta, gladioque premi.
3. Quoties poſtquam Marte faventi,
Fluit in plenos fortuna ſinus,
Et Perſarum dives ſpoliis
Miles abundat, quoties luxu
Stagnat inerti bellica virtus!
Et quæ duris viguit rebus,
Fracta ſecundis, cum ſorte jacet,
Hoſti ſpolium ludu ſque ſuo!
Vix tam rarum eſt, atroxque ſcelus
Quod Marte potens audere nequit.
Levis eſt ſcelerum Bellona parens.
2. Quiſquis regnum Marte parandum
Primus docuit, ſanguine quiſquis
Sceptra tueri, pretioque ſuam
Vendere vitam, debuit arcto,
Primus Phalaris mugire bove.
1. O quam levibus fortuna Notis
Concita, victum tranſit ad hoſtem,
Partis mutans vincla coronis!
Quot ſperatos ante triumphos,
Libitina metit! Quos nequit hoſtis
Crudus atroci tollere ferro.
Hos inimico ſidere cœlum,
Aut infami funere lictor,
Aut Dux nigra lividus ira
Rapit indignans. Omnibus uni
Mala mors Marti caſibus inſtat.
2. Quiſquis ſcelerum vitare fretum,
Et virtutum mille Charybdes,
Dubiæ ſcopulos mille ſalutis
Vitæque cupis: depone ſagum,
Paucos Mavors æquus amavit.

## ACTUS II. SCENA I.

*Juſtitia vindictam Mauritio inſtruit.*

ASTris relictis poſcor ad ſcelus novum
Iuſtitia vindex. Mauriti. ah demens nimis!
Cur innocentum ſanguis effuſus jacet?
Cur vidua ſqualent clauſtra? cur pietas ſuis
Spoliata membris luget? & gnatum parens,
Uxor maritum plorat? his etiam domi
Negas ſepulcrum, Conjugis cineres nequit,
Conjux mereri, terra fatalis procul
Vix inſepultos colligit, paſcunt aves.
Pro te ſalutem pactus, & vitam, & necem,
Hæc præmia refert? iſta nunc pietas tua eſt,
Ut clauſtra ſpolies? ultimæ tradas neci
Licet immerentes, quoſque ſubduxti Deo
Prodas furenti barbaro, & gladio ſeces?
Ingrate Cæſar. Deerat hoc unum ſcelus,
Ut hi perirent, ipſe quos hoſtis tibi
Servare vellet? Cæcus ah nimium furor,
Vecors poteſtas! Perge, quo præceps abis,
Ruina præſto eſt; ſceleris inveniam modum,
Iuſtaque iniquam morte penſabo necem.
Pronæa tu nunc aſtra diſpone ocyus
Nuntia malorum. Trepidet, ignoret tamen
Futura Cæſar, magna pars erit mali
Formido pœnæ ferre quod timuit diu.
Si quando in ortum, Phœbe, revolutus diem
Mundo abſtuliſti; conde nunc tenebris jubar.
In nocte melius Cæſaris ſtupens nefas
Videbit orbis. lucet in tenebris ſcelus.
Dehiſce tellus, evome receptas tuis
Umbras ſepulcris, Cæſarem viſant ſuum
Animæ Chagono proditæ, obtrudant ſcelus.

Violata

Violata promant ſacra, Monachorum domos
Malè viduatas. Militi nolens ſuo
Occurrat, & quos reſpuit vivos, ferat
Orco receptos. Crimine fruatur diu.

## SCENA II.

*Agatho aulæ præfectus horrendam ſolis eclipſin ab Aſtrologo intelligit Cæſari malè ominatam eſſe.*

*Agath.* O Magnæ cæli præſes, & lucis parens
Quò nunc recedis phœbe? cur ſubita diem
Sub nocte mergis? num quis infelix ſolum
Rurſum Thyeſtes occupat? an orbis ſuo
Senio laborans feſſus in finem ruit?
Iam nunc in ortum ſolis ablatum jubar
Cœlum remitte; videat interitum ſuum,
Quemcunque clades iſta deſignat virum.
Audimur? ecquod emicat lumen procul?
Fatalis iſta eſt flamma, ſanguineum rubet.
Mucronis acies ſtringitur, & armis polus
Minitatur orbi ni leve Superi gerunt
Gravis ira terris imminet, nunquam hæ micant
Impunè flammæ. Cœlites vertant malum
Hoſque metuant ſidera, & gladium ſuo
Cruore tingant, horreo, invitus tamen,
Gelidiſque preſſus artubus ſudor fluit,
Quoſcunque tangat, magna pernicies adeſt.
Aſtrologus iſtic prodit, ut cauſam explicet.
Subſiſtit, aſtris inhiat, & cæli vias
Explorat omnes, arma nunc artis rapit.
Nunquid dioptris utitur? nunquid vitro
Radios cometæ colligit? quid nunc aqua?
Mox evocabit ſidera in terram reor.
*Aſtrol.* Portenta vix majora genuerunt poli.

Ita Deus adſit Cæſari, magnum caput
Magnâ ruinâ petitur, eclipſi ſuâ
Sol auguratur Mauriti eclipſin tuæ
Vitæ, ac ſalutis: nulla tam triſtis diu
Tam lenta, tam profunda nox tenuit polum.

*Agath.* Malè auguratur; nolit hoc omen Deus.

*Aſtro.* Sed iſte nunc cometa, quam ferox rubet!
Caput Leonis obſidet, quantum liquet.
Gladiumq; Geminos verſus ex ore evomit,
Fatale ſidus! liberis certè tuis
Acuitur enſis Cæſar, & capiti tuo.
Errare cupiam. *Agath.* Triſtis es vates nimis.
Meliora loquere. *Aſtro.* quod loquor, non eſt meum,
Loquuntur aſtra, ſæpe quæ verum docent.

*Agath.* Sed mentiuntur ſæpius. *Aſtrol* cupiam modò
Docere falſa. *Agath* forſan authorem quoque
Signant malorum, ſi quid ex ipſis patet.

*Aſtrol.* Caput Leonis fortem & intrepidum Ducem
Portendit, unde gladius exoritur ferox.
Sed aucupandum eſt nomen, hoc etenim juvat
Sciviſſe, Superi regite nunc ſortes mihi,
Hæc urna teneat literas, hinc nunc traho.
Φ erit ab illo nomen incipiet Ducis!

*Agath.* Stupenda loqueris, melior eventus ferat
Secunda Regno fata. Mauritius diu
Felixque Regnum teneat, ac hoſtes ferant,
Quaſcunque cæli ſidus intendit minas.

## SCENA III.

*Mauritius anxius, poſt exploratam literariam de ſua fortuna ſortem, Philippicum fratrem, ob Φ malo omine eductum tanquam inſidiatorem in vincula conjicit.*

*Maur.* EHeu futurâ ſorte præſagus dolor
Quaſſavit animum, pectus ignoto ſibi
Trepidat pavore, grande naufragium imminet
Ab hac procella, terra jam dudum mihi eſt
Infeſta, demum totus armatus polus
In me meoſque. Mauriti quid nunc agis?
Φ Tibi timendum eſt. Nempe ſimulatis tuum
Malum ex amicis aſtra metuendum docent.

*Agat.* Ne crede Cæſar, aſtra naſcuntur polo
Pereuntque cunctis ſorte communi viris.
Non lucet uni Phœbus, aut uni perit.
Suas miniſtrat omnibus pariter faces,
Pariterque tollit: quidquid hinc times tuum eſt,
Simulque noſtrum. Senſibus cœlum caret,
Nil prævidere poteris. Hic ſi quid vides,
Natura rerum peccat, & mundi tenor,

*Maur.* Quicunque regna poſſidet, morti ſatis
Cavere nunquam potuit, inimicos timet,
Timet & amicos, mille nos docent ſua
Metum ruinâ. Cæſarum primum decus
Dominator orbis Iulius, Romæ caput,
Stravit inimicos, ſtratus ab amicis jacet.
Sic ille Martis terror, ac princeps ſoli
Miſer triumphos clauſit, infelix ſuâ
Felicitate forte me ſimilis premet
Fortuna regni. Frater, ah! nomen geris
Philippice, nimis ſorte ſuſpectum tuâ.

 Dudum

Dudum propinquum Regis obvallas latus,
Noſtraque fretus gratiâ, belligeris
Paciſque jura. Cæſari ac fratri pari
Honore junctus ſemper, & ſortis comes.
Deſerere regem poteris, & fratrem impio
Lacerare ferro? Sancta quo pietas abis?
Philippice tuus mucro me perimet? tuus?
Fratris & amici? dextra quæ toties fidem
Oblata pepigit? Blanda frons quali obtegis
Colore fraudes? Blanda vox quantos habes
Cordis receſſus! Sed age conceptum nefas.
Periiſſe ſic juvabit, innocuus tuum
Patricida facinus Manibus & umbris querar,
Umbræ pavebunt, vix dabunt ſceleri fidem.
Etiamne dubitas, hæſitas, palles, times?

*Philip.* Abſiſte nimius pectori incumbens dolor,
Permitte vocem. O Cæſar, hoc ſolum eloquar,
Petis innocentem. Si quod in fratre eſt nefas.
Ille ille mecum pereat abſumptus dies,
Quo cogitavit animus. *Maur.* hoc crimen neges,
Perjure, quod nunc aſtra ſpectandum offerunt?
Nunquam latere poteris, excuſſit diem,
Tantumque facinus prodit horreſcens polus.

*Philip* Quidquid minentur aſtra, non fiam nocens.

*Maur* Scelus eſt fateri nolle decretum ſcelus.

*Philip.* Scelus eſt fateri ſcelera cùm culpâ vaces.

*Maur.* Culpam fatendo minuimus. *Philip.* ubi non fuit,
Ibi fit fatendo culpa. *Maur.* Quid perdo minas?
Moriere. *Philip.* Moriar innocens *Maur.* Lentâ nece,
Nervis, cataſtis, ſulphure, ac liquida pice,
Scrutabor ipſa viſcera, inveniam nefas.

*Philip* Hæc innocenti Cæſar? *Maur.* hunc miles rape
Ad vincla & umbras carceris *Phil.* Nempe hæc manus
Feret catenas, quæ repugnanti Schythæ
Injecit olim? Perſa quam nuper ferox
Expavit hoſtis, læva cùm ferret Crucem
Et dextra gladium? vincla defenſus mihi

Modò

Modò imperator reddit? hæc merces mea eſt?

*Maur.* Perfidia tantas obruit laudes modò,
Superata virtus eſt ſcelere, noſtrum caput
Adjicere cuperes hoſtibus, dignus tibi
Videor ſepulcro. Scilicet tantum malum
Præoccupandum eſt, fallet autorem dolus.

*Philip.* Ibo, ibo fatis obvius, nunquam reus
Noxæ ac cruoris mortuis meam innocens
Probabo vitam, ſi minus vivis queam.

## *Chorus.*

Aulæ nimiùm ſplendidus error
Quantum ſceleris, fraudiſque tegit!
Quidquid Phrygia celat in arte
Et Sidonio murice veſtit,
Quidquid Lydo condit in auro,
Aut Attalico ſepelit luxu,
Oculos fallit, mentemque ſimul,
Latet erecta ſub fronte dolus.
Et fraus placidis abdita verbis,
Mars ſub niveo pacis amictu,
Blandiſque latent vultibus iræ.
Tacitos celant gaudia luctus.
Nunquam tuus es; quiſquis in aula
Domino ſervis, integra nunquam
Gaudia carpis. Tibi diſſimilis,
Variuſque ſequi, cogeris unus
Protenus omnes ſumere formas.
Hilares vultus cum Rege feres;
Nubem obſcurâ, Rege dolente,
In fronte geres, ſæpe nefando
Sceleri invitam tribues laudem
Merita virtus laude carebit.
O ſervitium de forme viris!
Sed qua tantus mercede labor

Penſandus erit? gratia fallax,
Et ſpes fictis deluſa bonis,
Favor everſus ſæpe furore
Amor inconſtans, odiumque Ducis,
Aulæ pretium, munuſque tuum eſt,
Qualis variis agitata Notis
Fluctuat anceps aura ſuſurris.
Nunc rubicundo læta ſereno;
Nunc infeſtis mæſta procellis,
Aulæ talis fortuna fluit.
Regum vultus, mentiſque favor,
Facili nutant impulſa Noto.
Multos lævior ſuſtulit aura,
Altumque dedit. Sed verſa retro
Turpi lapſos devolvit humo.
Humiles Auſter tranſilit ulmos:
Cum luit altâ fraxinus umbrâ.
Quæ citò tollit, ſors lapſa premit.
Aulæ quiſquis navigat undis,
Vix ſat tutus virtute ſua eſt.
Aut invidiâ frangente cadet;
Aut ſuſpicio ſcopuloſa premet.
Unica multis ſatis eſſe nequit
Scelerum virtus objecta dolis.
Ne fide nimis, quælibet aulæ
Fortuna vitrum eſt fragilis ſplendor,
Status inconſtans, ratio vecors,
Turbata quies, dives egeſtas,
Sine laude decus, ſine lege timor.

Actus

## ACTUS III. SCENA I.

*Cives Mauro homini præpoſterè aſino impoſito, aliiſque corônato, illudunt tamquam Imperatori Mauritio.*

*Civ.1.* AGe imperator maxime, invicte, inclyte,
Incede victor, quâ triumphales eunt
Viâ quadrigæ! Nempe tutorem ſuum
Cives honorant. 2. Patriæ magnus pater,
Caſtrorum & urbis dominus, hoc decus meret
3. Quid iſte plauſus? ecquis occurrit virum?
4. En quantus Imperator in medio aſſidet,
3. Ut fulget oſtro! 4. qualis obſtipat latus
Turba famulorum! 3. quantus Arcadius adeſt
Vectus caballis? 4. accidere pronos decet.
3. Salve imperator, genibus advolvor tuis.
4. Hæc veneror ora. 1. Spargite pueri roſas.
2 Odora fundant balſama patenti domo
3. Hæc oſculetur ſceptra. 4. purpura hæc tegat.
1. Io triumphe turma civilis fremat.
*Omnes* Io triumphet. 1. Civium vivat pater.
*Omnes* Io triumphet. 2. Militum vivat decus.
*Omnes* Io triumphet. 3. Hoſtium vindex regat.
*Omnes* Io triumphet. 4. Pacis aſſertor novæ
Belliquefulmen, Mauriti vive, & rege.

## SCENA II.

*Mauritius illuſione civium turbatus ſuis rebus malè metuit.*

ETiamne noſtris civis illudit malis,
Suumque ridet Cæſarem? quis hæc ferat

Inviſus, & contemptus, ac vulgi probrum?
Metuenda nondum tela vibramus manu?
Non fulminamus ſcelera, nec tantum nefas
Mandamus orco? Mauriti, ſegnis nimis,
Cur hic moraris? nominis igitur tui
Ac dignitatis immemor, labem hanc tibi
Hærere pateris? non patiar, ultum ſcelus
Videbit iſte teſtis ex cœlo dies.
I nunc ſatelles, miles ex caſtris frequens
Accedat urbem, gladius extinguet probrum,
Igniſque vindicabit, & laquei, & rotæ,
Non una pœna criminis vindex erit.
Meruere quidquid Phalaris exuſto bove,
Scironque ſaxis potuit, ac pinu Scinis.
Vindicta præceps aderit, & totam rogo
Sepeliet urbem, flamma lucebit diem,
Facemque ſceleri, ſolus affuſus cruor
Lacrymæque cineres abluent. (ſiquid tamen
Buſto ſuperſit) conjugi conjux ſuas
Sociabit umbras, gnatus accedet patri.
Sed fortè miles obſtat infenſus tibi,
Nec juſſa dirus audit. Avertat Deus
Niſi ſit fidelis miles, oppreſſus jaces.
Languet poteſtas imperi, nutat decus.
Eheu! timendum eſt, pavidus accreſcit metus
Hortorque membra penetrat, ac gelido madet,
Sudore vultus, pectus attonitum ſalit,
Venæ coruſcant ſanguine, & trepido jecur
Micat pavore, qualis inimico Jove
Concuſſa ventis arbor, incerto fluit
Agitata motu: qualis & Siculo ratis
Deprenſa fluctu, rapitur alterno mari
Et huc & illuc, dubia cui cedat Noto;
Sic varius animus nutat incerto tamen
Fluctu timoris. Quo feror turpi metu?
Imbellis anime, deſes ac ſegnis furor,
Quid ante cladem concidis? quos ſic times
His es timendus. Cæſaris tanto malo

Fortuna

Fortuna levior eſſe nequaquam poteſt.
Superabit, olim ferre didicimus nefas,
Et quoque ferendo vincere. Aperient viam
Superi faventem. Senſit hoc quondam ferox
Hormiſda, noſtris imminens cervicibus,
Noſtro repulſus enſe. Tibi Philippice
Debemus iſta, frater. At virtus tua
Nunc ſcelere victa eſt. Mauriti, quid hic ſtupes?
Novum timoris ulcus hic tangi reor.
Metus recurrit. cauſa metuendi latet.
O quis Philippice mihi nunc animum ſubis!
Tam fortis armis, tantus in belli impetu,
Tam gratus urbi, tantus in toga & ſago.
Quo decidiſti! qualis à tanto jacet?
Quid miles auſit, fluxa ſi ducum eſt fides?
Quid ſi repoſcant milites notum caput,
Semperque gratum? fortè & imperii decus
In hunc refundent, carcerem fœdum throno
Regnoque vertent. Vincla Mauritius feret,
Et ſceptra frater. Augur infelix nimis,
Cur tuta nimiùm metuis inſanus timor?
Exempla vereor, fervet inconſtans ſuis
Militia turbis, ſemper hic novitas placet,
Quot caſtra regnis Cæſares aptant novis!
Quot caſtra Regnis exuunt vitâ ſimul
Sceptriſque functos! Quid? Quod offenſus meo
Rigore miles, noſtra decreta improbet,
Atque eximendos vinculis captos putet,
Heu! non metuimus vana, Mauritii caput
Parvoſque natos iſta tempeſtas petet.
Ah quò doloris unda Mauritium rapis?
Quos noſtra ſcopulos, quas petit ſyrtes ſalus?
Quo rapimur æſtu? mœtor, ah animam obruis,
Angorque mentem! ratio, conſilium, vigor
Unâ procellâ mergitur, ſenſus hebent,
Cervice laſſa, totus in terram feror,
Oculoſque ſomni languor, aut mortis premit.

SCENA

## SCENA III.

*Anima interfecta, Chriſtus, Miſericordia, Iuſtitia, Mauritium per ſomnum ad judicium poſtulant,*

*Anima.*1. ITerumne excaſ linquimus averni ſpecus,
Raptæque luci reddimur? ſerò nimis
Revocamur umbræ Cæſari, poſtquam necem
Duro impioque ſolvimus. 2. Juvat tamen,
Juvat huc redire, ſcelere Mauritius ſuo
Nos provocavit, ſceleris inveniet modum,
Atque ultionem. *Iuſtitia.* Magne regnator ſoli,
JudexqueChriſte, vindices profer manus,
Et plecte crimen, fuſus inſontûm cruor,
Hæc de ſepulcris clamat, & juſtum rogant
Umbræ tribunal. Sequere nunc Cæſar tuam
Dicture cauſam, ſequere cur nectis moras?
Effugere nunquam poteris, impleta eſt tui
Menſura ſceleris. *Chriſt.* Improbe nefande, ultimum
probrum imperantûm Mauriti, talis mihi
Occurris? homini inviſus, ingratus *Deo*?
Agedum ſceleſte debitas pœnas dabis.
*Miſer.* O Chriſte Mundi tutor, atque orbis pater.
Miſerere. *Juſtit.* Judex æque, ſcelerumque arbiter,
Puni nocentem. *Chriſt.* Cingite hinc & hinc latus.
Juſtitia lancem teneat, æquemus bonis
Malefacta, cauſam differat quævis ſuam,
Clementia Prior. Quid refers actum bene?
*Clem.* Pauperibus iſta Cæſar impendit bona.
*Juſtit.* Sed plura miſeris abſtulit, circùm integras
Exhauſit oras, cenſibus, ferro, manu.
*Miſer* His coluit aras, Chriſte, muneribus tuas.
*Juſtit.* Spoliavit iſtis. *Miſer.* Exuit vinclis reos.
*Juſtit,* Et mancipavit vinculis nunquam reos.
Vis plura jungam? Clauſtra monachorum vide,
Violare

Violata cerne ſacra, violatam fidem
Hoſti ac amicis. Pontifex ſpretus docet,
Eccleſiarum jura quo ponat loco.
Quæ ſit tyrannis, Innocens Philippicus,
Jam teſtis inter vincula expertus gemit.
*Chriſt.* Satis eſt, periſti Mauriti. Lancem vides
Ponduſque ſcelerum. *Miſ* Meruit æternùm quidem
Meruit perire Cæſar, at ſupplex modò
Veniam precatur. *Chriſtus.* Proditor fidei datæ,
Vecors tuorum Carnifex, adde hoc quoque,
Hoſtis meorum. *Miſ.* Te ſuum rogat caput.
*Juſtit.* Sed putre membrum, quodque præciſum diu
Calore vitæ caruit. *Miſ.* Et fratrem rogat.
*Juſtit.* Simulque juſtum vindicem. *Miſ.* damnat ſcelus.
*Juſtit.* At ſerò damnat. *Miſ.* pœnitet ſcelerum, pudet.
Miſerere, tuus eſt ſanguis, ac pretium tuum,
*Juſtit.* Impune magnum nemo diſſimulat nefas,
Niſi ſit iniquus. *Miſ.* Dabitur ad pœnam nocens,
Meritumque promptus ſufferet pœnæ genus.
Tantùm in futurum parce. *Juſtit.* Dilatum nefas
Parcendo creſcit. noxia eſt pravis mora.
*Miſer.* Si nemo parcat, tollitur clementia
*Juſtit.* Si nemo plectat, juſtitia rurſum perit.
*Miſer.* Liceat precari: ſupplices tendo manus.
Per illa Chriſte flagra, per ſpinas ſacro
Cruore tinctas, per cicatrices pedum
Manuumque plagas, perque reſeratos adhuc
Miſerantis animi, prona te obteſtor, ſinus:
Noxam fatenti parce. *Chriſtus* Cur tantas preces
O Diva pœnis objicis? Juſtam diu
Scelus ultionem meruit: inflector tamen,
Ac vincor iterum. Mauriti pœnas dabis,
Sed mitigatas. Trado Juſtitia tibi
Plectendum in orbe Cæſarem, quantum decet
Statue ferendum. Mente ſi ſana ferat
Tuliſſe pœnas proderit, quod ſi ferox,
Et jam malorum pertinax, cumulet nefas,
Præſens futuris pondus augebo malis.

*Juſtit.*

*Juſtit.* Accipio cauſam. Traditus pœnæ eſt reus.
Nunc recipe ſomnum Cæſar, ordimur tibi
Telam implicatam mortis, horrificam necem:
Ita meruiſti. Militum prodi phalanx
Et filiorum ſpectra Mauritii patris,
Stent hinc & inde. Mortis infauſtæ ſimul
Imago ſubeat, quælibet chorum ſuum
Modò ludat umbra, ſaltus infelix eat.
φ Præeat omnes. Lictor inſurgat minax,
Et has & illas enſe cervices metat:
Cladem que diſcat Cæſar, ac timeat ſuam.
*Maur.* Ubi ſum? quis hic locus? quid infauſtum patrem,
Inauſpicatum Cæſarem, dies adhuc
Orbiſque recipit? ergo terribilem ſtyga,
Orcique triſtes vivus evaſi rogos?
Tremende Judex mitis exemplum patris!
Quod non perimus iſta clementia tua eſt.
Juſtitia quod plectemur. En habes reum,
Habes fatentem: cuncta quæ jubes, feram.
Horreo, paveſco, ſomnii memor mei.
Supplicia vidi dira; ſed feram tamen.
Nunc ure, Chriſte, nunc ſeca; manus tua
Feriet nocentem, nulla pars ſceleris vacat.
Quacumque mittes fulmen, inveniet nefas.
Agedum ſatelles carceris laxa fores.
Liber Philippicus adſit, ah utinam quoque
Umbras ſepulcris erutas, quotquot neci
Dedi innocentes, rurſus in lucem mihi
Revocare liceat, redderem vitam lubens
Noſtrâ redemptam morte; penſarem volens
His ſcelera pœnis victima infelix necis.

SCENA

## SCENA IV.

*Mauritius fratrem Philippicum vinculis liberat, & cum ſuſpectum de regni ambitione habeat, diſſimulanter regnum offert.*

*Maur.* PHilippice, ecce Frater occurro Tibi.
Et demo manibus vincla. Libertas datur,
Licet immerenti. Sceptra cum quæras mea
Hæc ſponte ponam, purpuram vili toga
Mutabo. Rex jam ſerviam, ſuo cliens
Regi imperabit; unicum tantùm rogo,
Concede vitam, ſi nihil Dominum times:
Agnoſce fratrem deprecor ſolam necem
Pro me meiſque. Sanguini parcas tuo.
*Philip.* Quæ frater hæc oratio eſt? Regem ſcio
Veneror que; vitam ſubditi tantùm petunt,
Et largiuntur Principes. *Maur.* Quot à ſuis
Iacent perempti! multa regnantum docent
Exempla; raros colere ſubjectos fidem
Patriæ ſalutem protegunt, metuunt ſuæ.
Fatale Φ Philippice recurrit mihi.
Formido fratrem. *Philip.* Vincla cur demis igitur,
Include vaſto carceri, manus liga.
Pedibuſque ſtringe compedes tantùm nefas
Eripe volenti. *Maur.* Mille ſunt ſceleri viæ.
Sicariorum turba per vicos ruit.
Habes miniſtros *Philip.* Innocens terrâ fruar
Cœloque teſte.nulla me tangit lues
Vel cogitati ſceleris. Et ſi quid times,
Hanc tolle fratri vitam; ut eripias tuam.
Nil mortuus nocebo. *Maur.* Malo perpeti,
Quam perpetrare facinus. hoc etiam mihi,
Fratrem nocentem tollere, videtur ſcelus
*Philip.* Quid ergo mandas carceri? *Maur.* volui nefas

Eripere fratris manibus, hoc pium arbitror.

*Philip.* Sine huc revertar, vincla recipiam mea.

*Maur.* En ſceptra do pro vinculis fratris caput
Diadema cingit, poteris in fratrem nefas
Titulo tueri Regis, & aliquo abdere
Tyriæ colore purpuræ, pulchrum ſcio
Dudum nefandis auſibus velum expetis.

*Philip.* Accuſor abs te, judicor, reus feror;
Quis innocentis audiet cauſam mei?

*Maur* Cives loquuntur propalam tantum nefas.

*Philip* Quod igitur? hos appello. Sint teſtes precor.
Nihil recuſo. Si quod adfertur malum,
Me dedo pœnis: carceres, rotæ, cruces,
Vertantur in me: Phalaris inflammet bovem.
Torvuſque pinum curvet Iſthmiacam Scinis.
Nil parricida deprecor. *Maur.* Philippicum
Præferre Regi, criminis ſatis reor.
Qui Te præoptant, facinus accuſant tuum.

*Philip.* Non diſplicere, video, flagitium meum eſt.

*Maur.* Nos execrantur, perditum Regem volunt:
Non abſtinent opprobriis. Lapides quoque
In me vibrantur. Publicæ Regi viæ
Prohibentur, urbis ſcelere; ludibrium gregis
Traducor, habitu victus, & ſcenis datus.

*Philip.* An cauſa frater? imputes illi malum
Qui tot ſuorum civium vinclis datos,
Non æſtimavit aſſe; ſed crude nimis
Morti immolavit victimas. Rex, cui ſui
Eviluerunt ſubditi, vilet ſuis.
Qui ſpernit, idem ſpernitur. Sunt hæ vices
Regni & regentis. *Maur* Nempe ſic facinus teges,
Si Regis eſſe finxeris quod eſt tuum.

*Philip.* Ediſſere nefas. Solus eſt populi favor
Qui me nocentem facit, & inviſum tibi.
Ergone noſtri hic juris? an etiam ſcelus
Virtute devincire quos queas, erit?
Si tibi timendus videor, & cives tui.
Habes paratum militem; cuſtos latus

Regale

Regale ſtipet, ambiat urbis domos,
Muroſque cingat. Carceris frater ſpecus
Reviſet, his ergaſtulis claudet manus.

*Maur.* Conſilia ſequimur. Euge, Theodule ocyus
Ad caſtra temet confer, ac Priſcum jube,
Prætorianas ſiſtere cohortes mihi.
Reliquus ſequatur miles ac urbem prope
Imperia præſtoletur accinctus mea.

*Philip.* Ehodum ſatelles, vincla reddantur mihi.

*Maur.* Nòndum imperavi; fratris in cuſtodia
Frater manebit. *Philip* Lucis inviſum eſt jubar,
Quod Regis invidere fortunæ putor.
Si vincla ſtringant dexteram, fratrem minus
Frater timebis *Maur.* Stringerem vinclis manus,
Niſi ſic timerem. Fratris in aulâ ex mea
Cuſtos manebo tutior, oculos juvat
Habere teſtes perfidi, aut fidei Ducis.

*Philip.* Nec ſic repugno, prodet eventus fidem.

## *Chorus militum.*

### STROPHE.

19. OMnes cœlum commune tegit.
Omnes aurâ claudimur unâ,
Omnibus uno Phœbus ab axe
Rutilos ſpargit luce capillos.
Omnibus uno tellus gremio
parturit amplas ſedula fruges.
Idem vegetat ſpiritus artus,
Cur non eadem fortuna regit?
Cur exultat vitiis dives,
Præceps inopes vindicta ferit?
Scelus in rupto centone patet,
At purpurea ſub veſte latet?
Parcitur aquilis, torva columbas
Cenſura premit? tenues viſco
Volucres hærent, ardea tranſit.
Graciles captant retia percas

Nil delphini Phocæque timent.
Sæpius amplis crimina regnis
Impunè latent. humili tantùm
Tutò nequeunt latitare casâ.
Laqueo parvum luitur furtum:
Nil regnorum ſibi prædo timet.
Sub virtutum nomine Reges
Crimina vendunt: plebs vile nefas
Cervice luit. Regia pulchrum
Noxa colorem ducit ab oſtro,
Scelus affuſo lucet in auro.
Ergo ſævum nulla Tyrannum
Vindicta premet? luet innocuo
Sanguine miles, quod Mauritii
Furor inſanus rabieſque merent?
Averte Deus.

*ANTISTHOPHE.*

20. Varios vario premit axe polus.
Aliis Alii claudimur auris,
Nec menſurâ dividit unâ
Phœbus radios, telluſque ſata.
Mens in toto corpore ſparſa
Munera variat ſenſuſque ſuos.
Alii Zephyro, Phœboque tepent.
Aliis aurum, reliquis ferrum:
Aliis gemmas, reliquis cautes:
Aliis ſpicas, reliquis ſpinas;
Eadem tellus, regioque parit.
Alius vegeto corpore floret,
Alter inerri ſqualore jacet.
An cauſa patet? fruſtra tenues
Grandia cauſis penſare ſuis
Nitimur: unus ſufficit omni
Cauſæ rector, cenſorque Deus.
Stultè quereris florere ſcelus,
Aulam vitiis aurumque coli,
Impunè tamen. Miſeros ſævâ
Numinis irâ pœnâque rapi.

Quamvis tardo, graviore tamen
Ardua caſu lapſura ruunt.
Humiles plectunt flumina valles,
Altas feriunt fulmina rupes,
Habet & ſævos ardea milvos,
Phocæque ſuis ſyrtibus hærent,
Pardique plagis. Sit tarda licet
Magni ſceleris pœna gravis erit.
Levius plectunt Superi crimen
Leviore manu. Pueri ſtricto
Vimine quodvis ſcelus expungunt;
Aſt enſe ſuunt, laqueoque viri.
Veniet ſævo pœna Tyranno
Tam dura quidem, quam tarda gradu
Nullum Superis impunè ſolet,
Tranſire nefas.

## ACTUS IV. SCENA I.

*Phocas à Militibus Mauritio infenſis Imperator deligitur.*

*Phoc.* GEneroſe miles, nuper armorum potens
Et terror hoſtis, ſemper invicte hactenus,
Nunc Marte fractus, ſorte proſtratus tuâ:
Vilis ſuperbo Cæſari, & ſemper nocens,
Semel cadendo. Quotquot hoſtilis trahit
Noſtras cohortes vinculis cohors ſuis,
Periere ferro, ſolus hos poterat triens
Eximere, Cæſar noluit, merſit ſtygi.
Adeone viles naſcimur quotquot necis
Vitæque dubii tela geſtamus manu
Pro Cæſare, Deo, civibus, patria, fide?
Jacent perempti ceteri, vobis quoque
Cenſeo timendum. *Mil.* 1. Pecora nos Cæſar putat,
Quos deſtinavit victimæ, 2. fungos putat,

Quæ non triumphant,3. vix emat caſsâ nuce
Quos ſors fefellit unica. 4 ignorat vices
Caſuſque Martis, hactenus victoriæ
Securus uſu. *Phoc.* mœnibus tutus latet.
Atque otiosâ conditur ſegnis togâ.
Noſtraſque clades ſpectat, alieno fruens
Lobore, vita, ſanguine. In noſtrum caput
Cudunrur arma, tota nos moles premit
Adverſitatum, Cæſarem fructus manent.
Siquid per actum eſt ſtrenuè, miles gravi
Mercede, plenus vulnerum, truncus manus,
Artuſque tecta repetit, abjectus, miſer.
Si vincla captus induit, ſpretus domi,
Bellique, vincla redimit infandâ nece.
Hæc nempe Cæſar præmia rependit ſuis,
Aliena nos pericla jam dudum monent,
Quid ſit cavendum, ſæpe quos tranſit lues,
Aliquando tanget, notus eſt viri furor.
1. Eſt opprimendus unus, ut multis ſua
Conſtare poſſit vita. *Phoc* facinus eſt pium
Servare multos. 1. Tu præi nobis viam,
Faciles ſequemur. *Phoc.* Prompta ſi vultis via eſt,
Sed abſque Cæſare, opprimi Cæſar nequit.
Hic ante deligendus eſt. *Mil.1.* cupimus Phocâm,
Phocam ſequemur, quo jubet, quo non jubet.
2. Phoca Imperator eſto. 3. honoretur Phocas,
4. Phocas triumphet. 5. & coronetur Phocas.
Denſate ſcuta milites. Age ſis Phoca
Conſcende. Miles Cæſarem vides tuum ?
Huic imperanti ſervies. *Omnes*, vivat Phocas,
Nobisque felix imperet, regnet diu.
1. Cæſar triumphet, æmulos ſternat ſuos.
*Phoc.* Agnoſco munus, debitor tanti manet
Phocas favoris, nullus obſequia dies
Obliterabit tanta perpetuos retrò
Implebit annos, quidquid infidum Ducem
Veſtrique amantem præmii impenſum fuit.
1: Virtus honoris debitum munus tulit.

*Phoc.* Nunc cautè agendum milites. Cæſar fuit,
Quem petimus hoſtem, nequid occurrat mali
Cenſendus ante eſt miles, & viri ſuis
Vireſque in armis, caſtra vigiliis erunt
Præmunienda, nequis ad pavidam timor
Emanet urbem, cetera eventus feret.
1. Ab urbe nil timemus, hæc etiam tuis
Cœptis favebit, funere Tyrannum ultimo
Componet avida. Quæ tot indignas neces
Adhuc ſuorum luget, & merito dolet
Carere buſto cæſarem, *Phocas* bene eſt. Notis
Fluunt ſecundis vela, pacatum brevi
Tenebo portum navibus tutis ferar.
Favete Divi. maria ſulcamus nova.
*Tribunus* Vive Imperator, nuntius caſtris pedem
Infert ab urbe, poſtulat Priſcum Ducem.
*Phoc.* Quid inquis, urbe miſſus ad Priſcum venit?
An fortè quicquam ſuboluit cato ſeni?
Cur poſtulatur Priſcus? an Phocæ immemor
Mauritius eſſe poterat? explorat fidem.
Tenemus Agedum miles obvalla latus,
Et nil loquatur, nilque factorum audiat
Sine teſte, miſſum Priſcus admittat virum,
Mihi referantur acta. *Trib.* Iam promptos habes
Imperia qui ſequantur ad nutum tua.
*Phoc.* Rarum fidelis miles eſt Regis decus:
Nil me latere cupio. Difficiles habent
Imperia curas prima, rumpendus aditus
Perſæpe ferro eſt, fortè ſupremum alteri
Militiæ honorem deferet. Phocæ hoc erit
Periculoſum. Pendet inconſtans favor
Ex munerum bilance, qui donat trahit.
Suſpecta fortè noſtra conſilia occupat
Priſcumque demeretur argento ſibi.
Aut vertit arte, poſſet in noſtrum caput
Procella ſtringi. Si quid hic poteris Phoca,
Præoccupandum eſt, gladius aperiet viam,
Tollendus eſt Mauritius, ut vivat Phocas.

## SCENA II.

*Priſcus Phocæ frater, Dux Prætorianorum, Legatum Theodulum à Mauritio ad ſe miſſum excipit.*

*Priſc.* QUid agimus? urbe nuntius miſſus venit
Priſcumque poſcit. Ergo negligitur Phocas,
Et me priorem Cæſar hoc pacto probat?
Audire geſtit animus. I miles, jube
Legatus adſit. Cinge venientis latus.
Mutire nullus auſit injuſſu meo.
Ignoret ille Cæſaris titulum Phocæ,
Mauritius omne nomen & honorem ferat.
Cunctiſque præſit *Theodul.* Principum ſalve decus
Generoſe Priſce, Cæſaris juſſa adfero.
Eloquere, debet Cæſari obſequium cliens.
*Theod.* Prætorianos milites urbem prope
Adeſſe voluit. *Priſc.* Nunquid adverſi timet?
*Theod.* Quid timeat equidem neſcio. Priſco jubet
Ductore fieri. *Priſc.* Quid Phocas dicet, mihi
Poſthabitus iſto munere? *Theod.* Imperium fero,
Erit obſequendum. *Priſc.* Satne proviſum putas
Venienti ad urbem militi? *Theod.* Cautum ſatis.
*Priſcus.* Nihil morabor. Nuntium tecum feram,
Adeſſe promptum Cæſari Priſcum ſuo.
Inibi operire. Militem cogam meum.
*Theod.* Sic fiet. *Priſc.* intus Miles excubias agat.
Cautè hic tenendus hoſpes, ut facta lateant,
Facienda conſtent. Priſce, quo vertes modo
Conſilia? dubio fluctuat ratis mari.
Scylla & charybdi navigas anceps fretum.
Mauritius inde Cæſar, atque illinc Phocas
Hic frater etiam. Pergis invito Phoca?
Natura fratrem, Cæſarem propria quoque
Fecit voluntas. Reſtat hoc unum, ſcor,

Com-

Communicentur juſſa Mauritii Phocæ.
Uterque ſtatuet rectius quid facto opus.
I modo ſatelles fratris acceſſum pete

## SCENA III.

*Priſcus militibus jam à Phoca metuente per Tubicinem convocatis, adeſt, & re conſilioque expoſito fratri metum adimit.*

*Tubici.* ARma arma miles. Cæſar armatas jubet
Adeſſe turmas nec mora actutum jubet.
*Priſc.* Quid hoc? cohortes Cæſar ad bellum vocat?
Quis iſte? Mauritius, an eſt Phocas? *Tub.* tuum
Fratrem eſſe neſcis Cæſarem? Phocas jubet.
*Priſc.* Perplexa res eſt, evocor; & ibit Phocas?
Erit adeundus propero, geminatæ domum
Cingant vigiliæ. Miles I. Priſcum ad fores
Adeſſe dicas Cæſari affatum rogat.
*Excubitor.* Negat vacare. *Priſc.* nuntia fratrem rei
Veniſſe magnæ, petere ſemoto arbitro
Conferre liceat. *Excub.* Aderit hic coram brevi.
*Phoc.* Quis ergo poſcit Cæſarem? *Priſc.* Salve optime,
Cum fratre Cæſar. *Phoc.* Hunc neges titulum mihi.
Mauritius ante fratris obſequium placet.
Legatus ad te tranſit, & neſcit Phocam.
*Priſc.* Priſco imputabis, quando Mauritius jubet?
*Phoc.* Non audiendus fuerat. aut ſi quid tulit
Communicandum. *Priſc.* Cauſa veniendi hæc fuit.
*Phoc.* Deprome. *Priſc.* Cedant arbitri, ſolum peto.
*Phoc.* Sat fida lateris turba, ſecreti eſt capax.
*Priſc.* Conſilii tantùm poſco. Mauritius ſibi
Adeſſe juſſit militem Prætorii.
*Phoc.* Ductore quo? *Priſc.* Me juſſit ire. *Phoc.*, Cur Phocas
Nequit eſſe ductor? *Priſc.* Cæſar eſt, nemo poteſt
Huic imperare, juſſa partitur aliis.

Ut cautum abunde fratris imperio foret,
Hac mente veni, nolui quicquam Phoca
Non imperante. *Phoc* Sic decet Priſcum loqui:
Hunc veneror animum. Sic agam, fratrem ut ſcias
Tibi imperare. *Priſc.* Et obſequi fratrem ſcies.

*Phoc.* Age nuntietur igitur, ad muros brevi
Tuum ad futurum militem, fratri comes
Poſt terga jungat, ſperet auxilium dari
Mauritius, urbis cœpta propellet favor.
Quam prompta virtus neſcit, hanc ſcenam valet
Implebit aſtus *Priſc.* ut jubes, factum dabo.

*Phoc.* Solerter, ut ne reſciat. *Priſc.* clauſi domo,
Cuſtodiaque nuntium: ne quid rei
Conſtet peractæ. *Phoc.* callidum facinus probo,

*Priſcus* Ut tutiore cuncta perſtarent loco,
Manere juſſi: caſtra dum miles ſimul
Comes moveret. *Phoc* Sic decet, tuti ſumus.
Adeſte Proceres, Miles ad ſigna coeat,
Iam nunc migrandum: noxia eſt quævis mora.
Primi favoris aura dum claſſem rapit
Eſt navigandum, ſæpe poſt placidos Notus
Zephyros tumeſcens traxit in præceps rates.

## SCENA IV.

*Theodulus Priſcum re cognita, pro Mauritio anxium vafrâ pollicitatione ad ſpem reducit.*

*Theod.* PEriculoſæ nuntium tracto rei.
Auxilia poſco cæſari. Quid ſi petam
Infeſta potiùs arma? perniciem adferam
Ex quo ſalutem Mauriti ſperas tibi.
Obvallor armis, hinc & hinc miles mihi
Taciturnus adſtat, vixque dignatur loqui
Etiam rogatus. Haud amicorum arbitror
Hoſpitia tam coacta, Legatos decet
Aliter haberi Cæſaris. Quid? quod palàm

Novum audiatur Cæſaris nomen Phocæ.
*Phoca Imperator vive, morere Mauriti*,
Iam cantilena eſt, innocens paſſim hæc canit
Puerilis ætas, caſtra cum tubis ſonant.

*Priſc.* Quid iſte loquitur? Proditi certè ſumus,
Vulgata res eſt. *Theod.* Miles imprudens quoque
Hæc verba fudit. *Cæſar id juſſit Phocas.*
Dubitare nil licebit, everſi jacet
Fortuna regni, poſſidet titulum Phocas:
Niſi providemus, ſceptra corripiet brevi.
Mauritius hæc jam literis didicit meis.

*Priſc.* Periimus. *Theod.* Iſtis obviam ſpero malis
Maturus ibit. Viribus abundat ſatis,
Niſi parcat opibus civis, averſus licet,
Pecuniarum pondere in partes ruet.
Quemvis favorem civium donis emam.

*Priſcus* Conſilia certè vafra, plus fungo ſapit
Legatus iſte. Quid ago? quas partes ſequor
Nam rebus etiamnum integris frui licet.
Fratri obligaris ante Mauritio tamen
Fidem dediſti. *Theod.* Priſce quàm ſtultè negas
Fidem imperanti! tribuit is tantùm tibi,
Suam ut ſalutem crederet, Phocam tacet:
Te jubet adiri. *Priſc.* Vulnus hæc oratio
Infligit animo. *Theod.* Neminem voluit ſibi
Eſſe propiorem. Fratris imperia modò
Perferre demens cogitur, rarò diu
Placitura. *Priſc.* Iam nunc dura perpetior ſatis.
Quibus ante verbis, fronte, quàm tardus ſuâ
Excepit aulâ? ſolus haud potuit frui,
Alios volebat arbitros, nudum latus
Non credidit fratri, reus habebar propè
Amore fratris. *Theod.* Væ fidem fallentibus
Diuturna nunquam regna perfidia obtinet.
Perit occupatum fraude, quod partum fuit.
Conſultor ipſe petitur infelix ſua
Qua periit arte. Qui jungit manum, Ducis
Iugulum petendo, morte non perit bona.

*Priſc.* Experta memorat. Cæſarum primus fidem
Fecit cadendo, nullus impunem Duci
Admovit enſem. Priſce quo tandem ruis?
Incerta jacitur alea. Reducam pedem?
Mutabo vela, certior donec mihi
Se pandat auſter? fraude Legatum nova
Tenebo. Salve, video te ſolum, optime
Theodule, ſolis gaudeo vacare hunc locum:
Res magna, ſed ſecreta, quam fidei tuæ
Meoque credam Cæſari. *Theod.* Quis hic tuus?
*Priſc.* Dubitaſne quin Mauritius. *Theod.* An neſcis Phocam?
*Priſc.* Antiquior Mauritius *Theod.* At frater Phocas.
*Priſc.* Imperia fratris non feram. *Theod.* Siquidem ſapis.
*Priſc.* Fidem obligavi, ſerus hanc frater rogat.
*Theod.* Quod Cæſar igitur habere ſecretum meret?
*Priſc.* Phocam imperare militum impulſu quidem,
Sed ſtare Priſcum, quâ decet, priſcâ fide.
*Theod.* Quo teſte raram Cæſari probo fidem?
Iſtæne noſtri lateris excubiæ dabunt!
Quibus obſidemur? gratiam hanc fures quoque
Poterunt mereri. *Priſ.* Ne quid excubias time.
Securitatis hunc dedi murum tuæ
Adverſus iram militum. Pauci favent:
Niſi quos ſub armis Priſcus occulto fovet
Mauriti amore, junximus fidam manum.
*Theod.* Hac mente ſi cuſtodior, factum probo.
*Priſc.* Sic eſt, probabis plura ſi Priſci integrè
Conſilia teneas, Cæſari quantum ſuo
Sit obligatus meminit. Obſequium palam
Deferre fratri cogitur: totum ſibi
Mauritius animum vendicat, dum res feret.
Neceſſitati paret invitus modò.
Sed pandit opportuna ſe nobis via
Quâ vincla frater. ſceptra Mauritius gerat
In me meoſque libera. Argento poteſt
Miles teneri ſi quis adverſum fremat.
*Theod.* Quâ Cæſarem arte liberas? *Priſc* Sub me Duce
Propinquet urbi miles, & quamvis Phocas

Se-

Sequatur anceps conſili. quid ſors ferat,
Me tela convertente, diſpoſitis probè
Teneatur armis, mœnibus pedem inferat,
Prætorianos inter, ut Cæſar ſolet
Mox vincla captus induet, tali diu
Dignus corona, vertet aulam carcere.

*Theod.* Æterna fidum pectus extollet dies,
Et regna quæ debere Mauritius tibi
Agnoſcet, in te dividet. *Priſc.* Iuſtum magis,
Quam dona ſpecto. Cæſari dedi fidem.
Hæc nuntiatum perge, ſubjungam gradum, 5
Iam miles arma ſumit, accedet brevi,
Benè eſt, remiſi gratia ſalvâ virum.
Sic præſtruendum caſibus ſemper reor,
Nutantis ut cum fluctuat ſortis fides,
Fortuna quâ deflectit, hâc eas quoq;
Sibi quiſque ſemper proximus. Fratri comes
Quâ tuta res eſt ibis; inflectes viam,
Si deſtitutus ſorte procumbat ſua.
Mauritius integer hactenus reſtat tibi,
Hunc poſſidebis arte, quâ tenes modò.
Hæc nunc politica principes aulæ viros
Ad omne ſortis vertere ingenium ſolet:
Simulare virtus prima regnorum modò eſt.

*Tribun.* Iam ſtat ſub armis miles, exſpectat Ducem.

*Priſc.* Accedo rectâ pergimus ad urbem viâ.

## SCENA V.

*Cives ad arma pro urbis & Mauritii defenſione convolantes, Agatho Præfectus cohibet.*

*Civ.* 1. Cives, quid agimus? miles è caſtris movet
Rectaque ad urbem graditur, an prædæ ſumus?
Aut Deſtinamur victimæ immiti Phocæ?

*Civ.* 2. Cave ſic loquaris; Cæſarem ducunt Phocam.
Sic fama narrat. (*Civ.* 1. Unus hic ſat eſt gaviſe

Plures recuſo *Civ.3.* *Priſcus* ad muros venit.
*Civ.1* Quâ mente? *Civ.3.* Cives opprimet quotquot ſuum
Luſere nuper Cæſarem. *Civ.2*, Vanus metus.
Mauritius ipſi militi inviſum eſt caput.
*Civ.1.* Quæcunque cauſa ſubſit, eſt gravis reor,
Hoſtis an amicus veniat hoc ſcire intereſt.
*Civ.4.* Sententiis variatur, & rumor vagus
Suſpendit animos. *Civ.1.* Iuverit cives ſuis
Parere in armis, quamque fortuna dederit
Sortem tueri, mœnibus tuti ſumus.
Si miles hoſtis adſit, occluſas fores
Inveniat, & quà venit, abſcedat retrò.
Si fautor aderit, noſtrum ad arbitrium reget
Ferrum ac favorem. Præſtat imperia dare,
Accipere quàm de milite. Superbum genus
Hic imperandi ſequitur, & cunctas opes
Agit in tributum. *Civ.2.* Fortè conſilium probo.
Captamus arma. *Civ.3.* Sic juvat: manum ocyus
Ad arma Cives *Civ.4.* Arma corripitæ incolæ.
*Civ.1.* Ad arma Cives, hoſtis in muros ruit.
*Agatho aula Praf.* Quis hic tumultus civium? ſtate O viri,
Quo ruitis? iſte miles auxilio venit.
*Civ.1.* Quem venit in hoſtem? *Agatho*, Cæſaris. *Civ.1.* Nullum urbs habet.
Quærendus extra mœnia eſt. *Agatho* Tantum latus
Stipabit. *Civ.1.* hoc ſat fida. Mauririo cohors
Præſtat clientum. *Agath.* Cæſar armatam vetat
Incedere Urbem. *Civ.1.* Cæſar obſequium & fidem
Iam nunc ſuorum rennit, at ſerò volet.
Defenſa cum ſunt mœnia, eſt Cæſar quoque.
Si Priſcus imperator, aut Phocas venit:
Mauritius exulabit, aut umbras petet.
*Agath* Hæc tangat alios cura; vos armet quies,
Sic urbs futura eſt tutior. *Civ.1.* Dabimus locum
Sic imperanti Cæſari, qui ſi fidem
Serò requirat civium, damnet ſuam,
Quâ militaris aleam vulgi ſubit.

SCENA

## SCENA VI.

*Mauritius inter rebellionis nuntios & Theoduli ac Philippici conſilia anceps fluctuat, fugamque cum filiis amplectitur, Agathone perſonam Mauritii ſuſcipiente.*

*Nunt.1* ARma arma portis inſonant, Phocas adeſt.
Fuge, Imperator Mauritii. Cæſar novus
Ingreditur urbem. *Maur.* Quid ais? an Phocas venit?
*Theod.* Et Priſcus, iſte fallitur. *Nunt.1.* Priſcum ſuis
Agnoſco ſignis, hic præit, ſequitur Phocas.
*Maur.* Res eſt pericli plena, cur Phocam trahit?
Φ Φ Timenda eſt litera, minus jam mihi
Philippice es ſuſpectus, huc nunquam meus
Se vertit animus. *Theod* Hanc procul curam amove.
Sat providebit Priſcus, hic fidem dedit.
Eliminabit putidum ſolio Phocam
Intraque muros ſtringet, ac vinctum tuæ
Siſtet coronæ. *Maur.* Frater excutiet fidem,
Et grata novitas, ſpernimus præſentia
Læti futuris, dubia præ certis placent.
*Theod.* Integritatis priſtinæ curam geret.
Huic nemo fidet, qui ſemel calcat fidem.
*Nunt.2* Latè patentem funditur in urbem cohors,
Phocamque ducit Cæſarem, cives favent,
Iuxtaque ſocii milites. Cave Mauriti,
Urbs una geminos Cæſares rarò capit.
*Maur.* Agnoſco fata, ſomnus hic vates fuit.
Fatalis hora! properat exitium tui
*Theod.* Malè auguraris. Mauriti, cadet Phocas
Ductore Priſco, carcerem implebit tuum.
*Maur.* Cur ducit igitur Cæſarem, & dicit ſuum?
*Theod.* Hac arte conſtringendus hic aper fuit.
*Maur.* Decreta ſuperum nullus evertet dies.

*Theo.* Quis legit horum diphtheram? *Maur.* nimium patet
Cervicibus ſica imminet, regnat Phocas.
*Theod.* Nil metue, vanos eſſe rumores puta.
*Iuſtin.* Fugiamus hoſtis. O Pater, muros ſubit.
*Maur.* Ibisne tandem Mauriti adverſum neci
Tibi præparatæ? Quid times palles, tremis?
O deſes animæ perge quo Divi vocant.
Nunquam latebis. *Valens.* O Pater, fuge, O Pater;
Hoſtis propinquat certa pernicies adeſt.
*Maur.* O cara ſoboles patris, O gnati mei,
In hoc venimus fugite vos: totam pater
Capite procellam ſolus excipiet ſuo.
Debetur ille victima, innocuus cruor
Ætaſque veſtra eſt, cedite furori precor.
*Iuſtin.* Seu fugere placeat, ſtare ſeu magis Patri,
Iungemur, unâ morte ſocieri juvat
Natos patremque. *Phil.* Frater hinc fuge ocyus,
Hæc nunc ſalutis ſola tibi reſtat via
Parviſque natis. *Maur* Fugere non decet virum,
*Philip.* Effugere non eſt turpe, cum nulla eſt ſalus,
Aut ſpes in armis. *Maur.* Pulchrior mors hæc erit.
*Philip.* Tua & tuorum fata conjungis ſimul.
Servare ſi te non voles, ſerva tuos.
*Maur.* Plectenda feci, ſcelera me damnant mea.
*Philip.* At innocentes liberos tecum rapis
Hanc in ruinam. *Iuſtin* Mi pater, nati obſecrant,
Ah parce natis, parce mi genitor tibi.
*Val.* Fugiamus hoſtis inſtat à tergo ferox.
*Maur.* Gnati obſtinatum frangitis animum patris,
Non propria, ſed mors veſtra perſuadet fugam,
Agedum veredos ſiſtite actutum mihi,
Neceſſitati pareo, gnati patris
Hærete lateri, ſi quis intendet necem,
Prius ille patrem feriet, opponam caput,
Iungemus umbras gnatus, & pater cadet.
*Theod.* Subſiſte Cæſar. Ecce Legatus ſubit
Mandante Priſco *Legatus.* Cæſarum ſalve decus,
Magne Imperator Mauriti. Priſcus tibi

Multam

Multam ſalutem nuntiat. Phocam brevi
Sub vincla ſiſtet. Cæſaris ſpecie quidem
Portas ſubibit mœnibus clauſus tamen,
Nolens catenas induet. vinctus gemet.

*Maur.* An certa Priſco conſtat etiamnum fides?

*Legat.* Tibi perduellem, Cæſar, hic ſiſtet Phocam.

*Theod.* Non ambigo, fidem Priſcus oblatam dabit.

*Philip.* At pertimeſco callidi ingenium viri!
Fingetur ille vinctus. ut vincla induas;
Sic te tenebunt Mauriti, ut tollant fugam.

*Theod.* Formido vana. *Philip.* certior nobis fuga eſt.
Conſilia ſera in vinculis fugæ damus.

*Theod.* Si quid timendum fraudis eſt, ſcio exitum.
Tibi Cæſar Agatho ſimilis hic tui gerat
Diadema regni ac purpuram. Scenæ poteſt
Servire, certa donec eventu ſuo
Fortuna conſtet. *Maur* Molle conſilium placet,
Quid Agatho cenſes, fortis in partem meæ
Placebit ire? *Agatho* Debeo vitam tibi,
Nec hanc recuſo. Morte quantumvis mea,
Tuam tuebor purpuram. *Philip.* Hic etiam color
Dibaphæ placebit ſanguine madeſcens tuo.

*Theod.* Malè ominari parcite, eventus dabit
Meliora vobis. *Nunt.* 3. Iam ſalutatur Phocas
Tota urbe Cæſar. Mauriti tuum caput
Brevi petetur. *Philip.* Ocyus veſtem abjice,
Mi frater. Agatho ſume, poſticâ retro
Cedamus urbe. Vos quid eventus ferat
Coram operiri præſtat. *Theo.* Haud quicquã mali.
Formido, Priſci fraude tradetur Phocas.

*Maur.* Nunc fugio amicos. fugere qui nunquam meo
Sum viſus hoſti: Verſa fortunæ rota
Sic regna voluit. Liberis tantum pater
Debeo timorem. Pergite, à tergo ſequar.

*Agath.* Si faciat habitus Cæſarem, tres hoc die
Urbs una vidit Cæſares. *Theod.* Iuxta latus
Ambi ſatelles, munus hoc manet tuum.

## SCENA VII.

*Priſcus anceps, Mauritione an Phocæ faveret, civibus huic inclinatis acceſſit, hunc coronat, & pro Mauritio, deluſus, Agathonem capi mandat.*

*Priſc.* SUccedit aſtus, cuncta pro votis fluunt,
Accipior urbe, porta quâ venio patet,
Inermis adſtat civis, & geſtis favet.
Iacienda nunc eſt alea ingentis rei
Moderante Priſco: Fratris extra urbem Phocæ,
Mauritii in urbe fata verſantur modò:
In manibus urna eſt, quo lubet ſortem traham.
Si faveat urbis civis, eſt Cæſar Phocas,
Mauritius inter vincla concludet decus:
Sin obſtet, hic triumphus eſt Phocæ ultimus,
Exploro ſortem, dirigant cœli precor.
Adeſte cives, Cæſarem duco novum,
Adeſte plauſus ac triumphales faces
Iactate cœlo, tecta ſuccedit Phocas,
Poſtes coronis cingite, & lætum choris
Pæana canite. *Civ.* 1. Fauſta lux! 2. Felix dies.
3. Fortuna cunctis melior affulget modò.
4. Avara jam tyrannis ad finem ruit.
1. Mauritius opprimatur, & vivat Phocas.
*Priſc.* Peracta res eſt. Frater accede propius
Probat imperantem civium plauſus Phocam.
I nunc Satelles, Vincla Mauritio injice,
Et ſiſte captum. Præveni celer fugam.
Adeſte cives, Cæſar hic Phocas adeſt:
*Phoc.* Salvete cives optimi fratres mei.
*Civ.* Salve Imperator 2. Cæſarum ſalve decus,
3. Vive Imperator. 4. Cæſarum vive optime.
4. Et vive felix. 2. Et diu. 3 Felix diu.
*Phoc.* Favore tanto gaudet impenſo ſibi

Phocas

Phocas, rependet; repetet autores favor.

*Priſc.* Conſcende ſolium debitos pridem tibi
Capias honores,aureâ dignum caput
Ornet corona:dexterâ ſceptrum feras,
Mundum ſiniſtrâ: purpurâ cingas latus.
Sic Imperator vive,ſic regna diu.

*Cives.* Vive & triumpha. *Priſc* Cæſari obſequium modò
præſtate dignum, concinant plauſum tubæ.

*Phoc.* Bene eſt coronam vertici civis meo
Mileſque poſuit: gloriæ huic ſolus tamen
Mauritius obſtat, regna non capiunt duos.

*Civis.*1. Eliminandus patria eſt. *Phocas*, Pulſus brevi
Ad hanc redibit; forſan externo quoque
Armatus hoſte *Priſcus*. Pereat inviſum caput.
A morte nunquam patuit ad regnum via.

*Miles.*1. Jam trahitur iſtic vinctus à tergo manus
Mauritius? *Phoc.* Ubi repertus? *Mil.* In throno ſedēs,
Auroque latè fultus, & circum aſſeclis.
Quærebat; ubi moratur infelix Phocas?
Quin cerno vinctum? Miles an Phocam trahis?
Ubi nunc tyrannus hæret, infauſtum caput
Orco immolandum? *Phoc.* Quid dein? *Mil.*1. Poſt-
quam videt
Nos expedire vincla, nos petere latus
Mucrone ſtricto, rapere de jectum throno,
Obſtupuit, & vox excidit. *Priſc.* Fratri Phoca
Hoc imputabis, arte deluſum novâ
Tenuit tyrannum, ne tuâ exiret manu.

*Miles.*2. Hic eſt cruenta beſtia, O Cæſar Phoca,
Quæ tot ſuorum victimas orco dedit.
Nunc aſſerenda denique infauſtæ ſtygi.

*Phoc.* Te video demens Mauriti, vecors Dei
Spretor, tuorum proditor? *Priſcus.* Deludimur
Mi frater *Civ*,1. Haud eſt Cæſar, habitus decipit;
Eſt Agatho, ſolâ veſte Mauritium refert.

*Phoc.* Perverſe nebulo, Cæſarem fingis tuum?
Niſi mox reveles parte quâ lateat miſer,
Peribis, omnis pœna te ſontem premet.

*Agath.* Evaſit urbem, fraude me captum ſuâ
Induxit oſtro, parui cliens hero.
*Phoc.* Quas ergo latebras adiit? evulga ocyus.
*Agath.* Hæc neſcientem interrogas. *Phoc.* Agedum hoc ſcelus
Lictor cataſtis ad move: diſcat loqui.
*Civ. ſ.* Averſus urbe, liberis junctis Pater
Exceſſit. *Phoc.* inſons nemo proſpectat' fugam.
*Priſc.* Qui tot ſuorum perdidit, cauſæ timet.
*Phoc.* Inquire profugum miles. indicium fugæ
Poſt ſe relinquet. Scelera turbabunt viam.
Flagitia nunquam magna celantur diu.
*Priſc.* Latibula cuncta detegam, ſubeat ſuum
Vivus ſepulchrum, Priſcus inveniet viam
Vel ipſum ad orcum; nullus effugii eſt locus,
Conſequere miles, occupa quodvis iter.

## *Chorus.*

1. MIſer eſt quiſquis ſcelerum duro
Colla gravatur depreſſa jugo,
Et laniata mente tyrannum
Patitur vermem, crudumque nefas.
Nemo Phalaris; nemo Procruſtes,
Tormenta paris repperit iræ.
Mollis Decius. Mitiſque Nero,
Fabula vincti blanda Promethei,
Si diram animæ patiare luem.
2. Felix quiſquis ſcelus exoſus,
Excutit atrox cervice jugum,
Factique dolens, lacrymis ſævum
Expiat udis, pœnaque nefas.
Gaudia tandem dolor iſte parit.
Minor Atlantis ſarcina lati
Abjecta poli Pondus onuſtis
Minus ex humeris Milo reponit.
3. Miſer & felix vitiis Cæſar,
Luctu felix, patrando miſer.
Gaudia mixto, juncta dolori,

Fructum

Fructum ſceleris, pœnæque merit.
Scorpio feriens, medicansque ſibi.
1. Miſer heu Cæſar Nominis ira!
Gravius ſævit, cum tarda venit.
2. Cæſar flexo Numine felix!
Poſtquam læſus reparatur amor
Sumit ab ipſo vulnere vires
3. Miſer ac felix vindice pœna,
Et gravis ira eſt, & dulcis amor.
Vulnere ſanus tantùm eſſe potes.
1. Miſer in vita eſt ille beata,
Qui nil plexus, plexus, plectenda facit.
2. Miſera felix erit in vita,
Qui cùm peccat, peccata luit.
Felix pœnâ eſt noxâque miſer.
Qui fit ſcelerum pœnæque reus:
Gravius nullum feriunt Divi,
Quàm cui vivo ſcelus indulgent.
Nec magis ulli Superi parcunt,
Quàm cui nolunt parcere vivo.
Quiſquis luit hic dira ſceleſtus.
Gaudeat, inter triſtia lætus,
Pœnaſque ferat.

## ACTUS V. SCENA I.

*Trophimus ut ſervet Theodorum Mauritii, ſuum Pſeudolum ſubſtituit.*

*Maur.* QUo Trophime vertar? res in anguſtum meæ
Coiëre, ſedes nullâ de tanto mihi
Relicta regno eſt. Nullus, heu! dolor angulus
Tutum recipiet Cæſarem, ſilvæ ac feræ
Triſtem loquentur hoſtibus noſtris fugam.
Occidimus, actum eſt. Cara progenies patris
Et nata regno pignora, hoc veſtrum eſt ſcelus,
Sic eſſe genitos, obruit natos ſimul

Felicita-

Felicitatis pondus incubens patri,
Ubi vos recondam quove defendam loco?
Non maria ventis tuta, non campi favent.
Ah quam piget genuiſſe; *Troph.* Quid lacrimis diem
Fugamque perdimus? animos magnos decet,
Non velle, ſed nec fugere decretam necem.
Amare vitam ſi decet; ſi non decet,
Accipere mortem, cedo nunc gnatos mihi,
Innoxios tuebor. *Maur.* ô factum pium!
His ſi ſalutem proſpicis, nil jam moror:
Nec moriar omnis, vivet in gnato pater.
*Theoph.* Theodore mecum perge, quin properas? age
Adibo matrem, quin & accedis comes
Juſtine? *Juſtin.* Fruſtra es, corruet cœlum prius,
Quam ſim parentis ipſe deſertor mei.
Vivemus unà; fata ſi tamen negent,
Moriemur, eademque urna conjunget duos,
Gnatum & parentem. Gaudium hoc unum mihi
Vix hoſtis invidere juratus poteſt:
*Maur.* Fortuna melior, gnate ſubveniat tibi,
Et adhuc ſuperſis, vivere etiamnum meres.
Niſi me parentem ferre ſit crimen tuum,
Age Theodote perge. *Theod.* Num ſequeris pater?]
Matrem reviſo. *Maur.* Perge ſic cœlo duce.
Sed hoc parentis oſculum tui accipe,
Et redde matri. Gnate delicium meum,
Et ſpes cadentis jungere] extremum mihi.
Scis quale Pignus Trophime committam tibi?
*Troph.* Scio ſalutem Cæſaris, animam patris.
*Maur.* Ita eſt, hoc unicum doleret vulnus mihi,
Hi quo perirent; indolens reliquum feram.
Valete. *Theod.* Mi Pater vale. *Maur.* Fili vale.
*Troph.* Excutitis iſto lacrymas vultu mihi.
Ubi nunc latebis, pumile mi, tutò ſatis?
Celare ſplendida artis eſt, ſuis quoque
Proditur in umbris lampas, & latens patet.
Fraude hic agendum, gnatus eſt unus mihi,
Hic potius umbras ſubeat, & lethi aleam,

Quàm

Radice ſubvertendus infelix eris:
Ne quod Tyranni ſemel, ad clades novas
Repullulaſcat. Si quid ingenuæ ſuper
*Humanitatis* impotens liquit furor,
Si quid pudoris, facinus agnoſce impium,
Meritamque mortem loqueris? an verba excidunt
Oppreſſa ſcelere? Nunc age excutiam tibi
Pro voce gemitus, Cæſarem agnoſcis tuum.
Agnoſcis, improbe canis? ut oculos retrò
Atque ora torquet? ſubijce probroſum caput,
Et proterenda colla dominanti *Phocæ*
Ita opprimatur quiſquis immeritos premit.

*Maur.* Judicia juſta, ô domine, juſta ſunt tua.

*Phoc.* Agnoſcis eſſe Numen, & cœlo Deum
Qui vindicare, qui ſuperborum caput
Atterere, famulos ducibus, & famulis duces
Mutare poſſit? Sat triumphatum hactenus,
Nunc pro triumphis funera enumeres tua.
Lictor moraris? capita natorum exhibe.
Intende vultum Mauriti, & ſpectaculo
Te fruere digno. Nunquid agnoſcis tuos?

*Maur.* Judicia juſta, ô domine, juſta ſunt tua.

*Juſtin* O Cara fratrum turba, germani mei!
Quis vos peremit? Tune crudelis Phoca,
Vecors Tyranne? Tune ſic fratres meos,
Et immerentes morte funeſtâ opprimis?
Me me adde ſocium, perge. me fratres vocant.

*Phoc.* Furioſe juvenis, perdite, ac procax puer.
Moriere, ſævâ morte præmittam Patrem,
Et hunc videbis ſanguine natantem ſuo.

*Maur.* Judicia juſta, ô domine, juſta ſunt tua.

*Juſtin.* Sine me parentem rapitis? abſque me pater
Moriere? non ſino, lictor improbe, non ſino.
Per me parentem, per meum latus, petes,
Quo fonte vita fluxit, hoc poſt me fluat.
Præibo patrem, nuntium tenebris feram.

*Maur.* O gnate moriar, unicum hoc ſolatium
Concede Patri, ne tuam videat necem,

Hic hic latebis melius, acturum ſubi.
Periimus, ecce miles. *Priſcus*. Ambite hunc ſenem.
Mauritius iſte eſt. Ceſſit ex voto labor,
Feram tenemus. Quomiſer tandem fugis?
Serò expiabis ſcelera. *Maur*. Quod meum eſt ſcelus;
*Priſc*. Etiamne quæris? innocens nemo fugit.
*Maur*. Fugio nocentes innocens tales fugit.
*Priſc*. Indigna vix perferre vir juſtus ſolet.
*Maur*. Indigna vix inferre vir juſtus ſolet.
*Priſc*. Hæc diſputare Mauriti in vinclis placet.
*Maur*. Scis eſſe Cæſarem improbe, cui vincla iniicis?
*Priſc*. Scio fuiſſe, magna pars iſthæc mali eſt.
*Maur*. Scelerate, vincla ferre meruiſti diu,
Quod non tuliſti gratiæ debes meæ,
Ita nunc rependis? *Priſc*. tempora & mores vide.
Priſco imperabas nuper, is modò tibi.
*Mil*. 1. Age vincla manibus accipe, & collo jugum.
*Maur*. Judicia juſta, ô Domine, juſta ſunt tua.
*Priſc*. Ubi nunc tenentur filii? *Maur*. Matrem roga,
Domi hos reliqui. *Priſc*. Scimus, en binos vides
Hæc jam tenetur vincta cum catulis fera.
*Maur*. Ah cara ſoboles, patris afflicti dolor!
Vos in catenis? perdidi infelix meos,
Poſtquam eſſe cœpi Cæſar, & cœpi pater,
Tantum in dolores fertilis torus fuit.
*Priſc*. Apage querelis, ceteros gnatos volo.
*Maur*. Quid innocentes ſorte peccarunt meâ?
*Mil*. 1. Ubi ſunt? quid inquis? viſne in eculeo rogem?
*Miles* 2. Hoc exprimemus enſe, ſi verum tegas.
Ubi liberi? *Priſc* Miles adhibe ferro manum.
Moriere. *Omnes*. Moriere. *Juſt*. Pater, en adſum pater
Ah parcite patri. *Priſc*. per fide, hac foſsâ lates?
*Maur*. Quo gnate properas? ecquid occurris neci?
Pro ſe ſuiſque pereat invíſus pater.
*Priſc*. Dic ocius, ubi Beniamin tuus latet?
*Mil*. 1. Juſtine, frater ubi eſt: ais? an enſe occidis?
*Maur*. Hæc neſcientem quæritis. *Priſc* Dicis puer,
An iſte jugulum mucro penetrabit tuum?

*Juſtin*.

*Juſtin.* Ignoſce, fratrem Tropimus abduxit domum.
*Priſc.* Bene eſt, paratas indue armillas modò,
*Maur.* Judicia juſta, ô domine juſta ſunt tua.
*Priſc.* Agedum cataſtæ noxios domi manent.
*Juſt.* Quo turba rapimur innocens? *Val* heu! quod malum.
Quænam expiamus ſcelera? *Mil* t. Carnificem roga.
Iſte hæc docebit. *Clemens.* O pater! *Maur.* nati mei.
Pergite miſeri, pergite lacrymis,
Patris ignotum deflete ſcelus.
Quidquid pateris miſeranda cohors,
Patrius vobis attulit error.

## SCENA. III.

*Phocas, Priſcus, Milites, Carnifex. Mauritium & filios ultimo mactant ſupplicio.*

*Phoc.* BEnè eſt, tenemus caſſibus ſtrictis feram,
Inulta non exibit, exuvias dabit.
Age apparatum Lictor inſtaura parem
Huic quàm tenemus victimæ, nihil humile,
Phocæ litandum eſt Cæſari. Plùs jam Deo
Novus imperator debet, & aliis minùs.
Phocas Tonanti, ceteri parent Phocæ.
Agedum ſatelles, ſiſte Mauritium mihi.
Catulos Leoni junge. Jam Circum petent
Foveâ relictâ, dabimus in arenam feras.
Non inctuentos iſte convertet dies.
Moriens jugales, cernet infandum caput,
Nece fulminari. Perge, quid contra viam
Luctaris? orbis dedecus, regni probrum,
Improbe tuorum carnifex, patriæ lues,
Peſtiſque gentis. quiſquis orientem nepos
Poſt te videbit, dedecus Eoum quoque
Videbit in te Mauriti, & ſtupens leget.
Cæſar fuiſti nomini labes ſacri,
A ſtirpe prorſus ultima, à prima tui

Radice

Quàm pereat heres, imperi,& regni decus.
Mutetur habitus forma non prodet dolum,
Conſpirat illa ac fraudibus ſatis favet
Heus pſeudole, hæccine veſtis arridet tibi ?
Nunquid lubet mutare ? *Pſeud.* Quid ni,mi pater?
Theodore, quid ſi commodes illi togam?

*Theod.* Non cōmodo,mea eſt melior. *Tropo.* anima innocēs.
Suæque ſortis neſcia! ſine nunc, togam
Dabo meliorem, mi Pumile, planè auream.
Tantiſper hanc aſſume, dum redeas domum.
Quam nunc videris alius ? an quiſquam neget
Eſſe Theodorum Pſeudolum ? factum benè.
Theodore tu nunc Pſeudoli nomen geres :
Tu Pſeudole,Theodorus exinceps eris,
Et cum rogaris nomen ac domum patris,
Eſſe Theodorum Cæſaris natum aſſere.
Capitis uterque ? *Theod.* & *Pſeud.* Capimus. *Troph.* Experiar modò,
Qui tu vocaris? *Theod.* Pſeudolus. *Trop.* Quis tibi pater?

*Theod.* Trophimus. *Troph.* puſille nomen enarra tuum.

*Pſeud.* Theodorus ego ſum, Cæſar eſt pater mihi.

*Troph.* Progreditur aprè techna: nunc aliquas fugæ
Latebras requiram. Subtraham hac certè viâ,
(Utcumque ſors ceciderit) alterutrum neci.

## SCENA. II.

*Mauritius à Priſco & Militibus cum tribus filliis Juſtino, Valente, & Clemente deprehenditur.*

HAs gnate latebras ocyus precor ſubi,
Hoſtile quiddam ſilva protendit : procul
Inſonuit ima vallis & ſtrepitum dedit.
Fallorne? an hoſtis noſter à tergo pr omt?
Juſtine celer huc advola, muta locum :
Heu metuo ! quæ vos tuta recipiet ſpecus?
Multis timendi, dum fugimus,adhuc ſumus.

Hic

Et adhuc ſuſterſtes ſæpe cogatur mori.
Nullo perire vulnere moleſtum eſt magis,
Quàm quo perire cerno vos gnatos pater.
Concede noxio, innocens fili, patri,
Concede mortem. *Phoc.* Bene habet, excuſſi virum,
Vocem impetravi, parte, quâ doleat magis
Teſtantur illæ lachrymæ, ferrum amove.
Et verte lictor, liberi primò cadant.

*Maur.* Sunt innocentes, parce. Te primùm Phoca
Mauritius orat. *Phoc.* innocens nemo eſt, tuus
Quicunque fuerit. *Maur.* Scelera qui fecit, luat.
Crimen nocentis innocens nemo expiat.

*Phoc.* Peccare demum, qui poteſt, ſat eſt nocens.
Et præſtruendum noxiæ eſt. colubro ſolet
Naſci parente coluber: audebit ſuo
Genitore pejus aliquid infelix nepos.
Pereat nefandum ſemen, & in ovis adhuc
Iſtæ opprimantur aſpides, purgent ſolum,
Age lictor effer victimam, exſpectat Charon.

*Iuſtin.* Permitte lictor ultimum patri vale
Dicam, ultimoſque gnatus amplexus feram.

*Carnif.* Effugia quæris? *Iuſtin* O pater, vale, pater.

*Maur.* O nate patris gaudium, ac dolor, vale.

*Phoc.* Abſolve gemitus, expedi lictor togam,
Collumque ferro divide *Iuſtin.* Pater, O Pater.

*Maur.* I nunc parentem prævola ad cælum puer,
Ieſus euntem ducat. O fili vale.

*Lictor.* Morere ſceleſte, morere, ſic jaces bene.

*Maur.* Iudicia juſta, ô domine, juſta ſunt tua.

*Phoc.* Perfide, retorques ora? num moriens Phocæ
Adhuc minaris? frater accedet brevi,
Pater ſequetur. *Maur.* Gnate, prò qualis jaces!
O fraudis expers anima! nimirum tuos
Hæc decuit humeros purpura. Iuvat hoc caput,
Iuvat oſculari. Heu! perdidi, gnatum parens.
Utinam illo ſanguis vulnere, ah utinam, meo
Flúxiſſet olim, cum pater nondum fui!
Non ſic jaceres, fata nunc patri tua

Mortem

## SCENA VII.

*Priſcus anceps, Mauritione an Phocæ faveret, civibus huic inclinatis acceſſit, hunc coronat, & pro Mauritio, deluſus, Agathonem capi mandat.*

*Priſc.* Succedit aſtus, cuncta pro votis fluunt,
Accipior urbe, porta quâ venio patet,
Inermis adſtat civis, & geſtis favet.
Iacienda nunc eſt alea ingentis rei
Moderante Priſco: Fratris extra urbem Phocæ,
Mauritii in urbe fata verſantur modò:
In manibus urna eſt, quo lubet ſortem traham.
Si faveat urbis civis, eſt Cæſar Phocas,
Mauritius inter vincla concludet decus:
Sin obſtet, hic triumphus eſt Phocæ ultimus,
Exploro ſortem. dirigant cœli precor.
Adeſte cives, Cæſarem duco novum,
Adeſte plauſus ac triumphales faces
Iactate cœlo, tecta ſuccedit Phocas,
Poſtes coronis cingite, & lætum choris
Pæana canite. *Civ.* 1. Fauſta lux! 2. Felix dies,
3. Fortuna cunctis melior affulget modò.
4. Avara jam tyrannis ad finem ruit.
1. Mauritius opprimatur, & vivat Phocas.
*Priſc.* Peracta res eſt. Frater accede propius
Probat imperantem civium plauſus Phocam.
I nunc Satelles, Vincla Mauritio injice,
Et ſiſte captum. Præveni celer fugam.
Adeſte cives, Cæſar hic Phocas adeſt:
*Phoc.* Salvete cives optimi fratres mei.
*Civ.* Salve Imperator 2. Cæſarum ſalve decus,
3. Vive Imperator. 4. Cæſarum vive optime.
4. Et vive felix. 2. Et diu. 3 Felix diu.
*Phoc.* Favore tanto gaudet impenſo ſibi

Phocas

Phocas, rependet; repetet autores favor.

*Priſc.* Conſcende ſolium debitos pridem tibi
Capias honores, aureâ dignum caput
Ornet corona: dexterâ ſceptrum feras,
Mundum ſiniſtrâ: purpurâ cingas latus.
Sic Imperator vive, ſic regna diu

*Cives.* Vive & triumpha. *Priſc* Cæſari obſequium modò
præſtate dignum, concinant plauſum tubæ.

*Phoc.* Bene eſt coronam vertici civis meo
Mileſque poſuit: gloriæ huic ſolus tamen
Mauritius obſtat, regna non capiunt duos.

*Civis.* 1. Eliminandus patria eſt. *Phocas,* Pulſus brevi
Ad hanc redibit; forſan externo quoque
Armatus hoſte *Priſcus.* Pereat inviſum caput.
A morte nunquam patuit ad regnum via.

*Miles.* 1. Jam trahitur iſtic vinctus à tergo manus
Mauritius? *Phoc.* Ubi repertus? *Mil.* In throno ſedēs,
Auroque latè fultus, & circum aſſeclis.
Quærebat; ubi moratur infelix Phocas?
Quin cerno vinctum? Miles an Phocam trahis?
Ubi nunc tyrannus hæret, infauſtum caput
Orco immolandum? *Phoc.* Quid dein? *Mil.* 1. Poſtquam videt
Nos exped're vincla, nos petere latus
Mucrone ſtricto, rapere de jectum throno,
Obſtupuit, & vox excidit. *Priſc.* Fratri Phoca
Hoc imputabis, arte deluſum novâ
Tenuit tyrannum, ne tuâ exiret manu.

*Miles.* 2. *Hic* eſt cruenta beſtia, O Cæſar Phoca,
Quæ tot ſuorum victimas orco dedit.
Nunc aſſerenda denique infauſtæ ſtygi.

*Phoc.* Te video demens Mauriti, vecors Dei
Spretor, tuorum proditor? *Priſcus.* Deludimur
Mi frater *Civ.* 1. Haud eſt Cæſar, habitus decipit;
Eſt Agatho, ſolâ veſte Mauritium refert.

*Phoc.* Perverſe nebulo, Cæſarem fingis tuum?
Niſi mox reveles parte quâ lateat miſer,
Peribis, omnis pœna te ſontem premet.

*Agath.* Evaſit urbem, fraude me captum ſuâ
Induxit oſtro, parui cliens hero.
*Phoc.* Quas ergo latebras adiit? evulga ocyus.
*Agath.* Hæc neſcientem interrogas. *Phoc.* Agedum hoc ſcelus
Lictor cataſtis ad move: diſcat loqui.
*Civ. ſ.* Averſus urbe, liberis junctis Pater
Exceſſit. *Phoc.* inſons nemo proſpectat' fugam.
*Priſc.* Qui tot ſuorum perdidit, cauſæ timet.
*Phoc.* Inquire profugum miles, indicium fugæ
Poſt ſe relinquet. Scelera turbabunt viam.
Flagitia nunquam magna celantur diu.
*Priſc.* Latibula cuncta detegam, ſubeat ſuum
Vivus ſepulchrum, Priſcus inveniet viam
Vel ipſum ad orcum; nullus effugii eſt locus,
Conſequere miles, occupa quodvis iter.

## *Chorus.*

1. MIſer eſt quiſquis ſcelerum duro
Colla gravatur depreſſa jugo,
Et laniata mente tyrannum
Patitur vermem, crudumque nefas.
Nemo Phalaris; nemo Procruſtes,
Tormenta paris repperit iræ.
Mollis Decius. Mitiſque Nero,
Fabula vincti blanda Promethei,
Si diram animæ patiare luem.
2. Felix quiſquis ſcelus exoſus,
Excutit atrox cervice jugum,
Factique dolens, lacrymis ſævum
Expiat udis, pœnaque nefas.
Gaudia tandem dolor iſte parit.
Minor Atlantis ſarcina lati
Abjecta poli Pondus onuſtis
Minus ex humeris Milo reponit.
3. Miſer & felix vitiis Cæſar,
Luctu felix, patrando miſer,
Gaudia mixto, juncta dolori,

Fructum ſceleris, pœnæque merit.
Scorpio feriens, medicansque ſibi.
1. Miſer heu Cæſar Nominis ira!
Gravius ſævit, cum tarda venit.
2. Cæſar flexo Numine felix!
Poſtquam læſus reparatur amor
Sumit ab ipſo vulnere vires
3. Miſer ac felix vindice pœna,
Et gravis ira eſt, & dulcis amor.
Vulnere ſanus tantùm eſſe potes.
1. Miſer in vita eſt ille beata,
Qui nil plexus, plexus, plectenda facit.
2. Miſera felix erit in vita,
Qui cùm peccat, peccata luit.
Felix pœnâ eſt noxâque miſer.
Qui fit ſcelerum pœnæque reus:
Gravius nullum feriunt Divi,
Quàm cui vivo ſcelus indulgent.
Nec magis ulli Sùperi parcunt,
Quàm cui nolunt parcere vivo.
Quiſquis luit hic dira ſceleſtus.
Gaudeat, inter triſtia lætus,
Pœnaſque ferat.

## ACTUS V. SCENA I.

*Trophimus ut ſervet Theodorum Mauritii, ſuum Pſeudolum ſubſtituit.*

*Maur.* Quo Trophime vertar? res in anguſtum meæ
Coiëre, ſedes nullâ de tanto mihi
Relicta regno eſt. Nullus, heu! dolor angulus
Tutum recipiet Cæſarem, ſilvæ ac feræ
Triſtem loqnentur hoſtibus noſtris fugam.
Occidimus, actum eſt. Cara progenies patris
Et nata regno pignora, hoc veſtrum eſt ſcelus,
Sic eſſe genitos, obruit natos ſimul

Radice ſubvertendus infelix eris:
Ne quod Tyranni ſemel, ad clades novas
Repullulaſcat. Si quid ingenuæ ſuper
Humanitatis impotens liquit furor,
Si quid pudoris, facinus agnoſce impium,
Meritamque mortem loqueris? an verba excidunt
Oppreſſa ſcelere? Nunc age excutiam tibi
Pro voce gemitus, Cæſarem agnoſcis tuum.
Agnoſcis, improbe canis? ut oculos retrò
Atque ora torquet? ſubijce probroſum caput,
Et proterenda colla dominanti Phocæ
Ita opprimatur quiſquis immeritos premit.

*Maur.* Judicia juſta, ô domine, juſta ſunt tua.

*Phoc.* Agnoſcis eſſe Numen, & cœlo Deum
Qui vindicare, qui ſuperborum caput
Atterere, famulos ducibus, & famulis duces
Mutare poſſit? Sat triumphatum hactenus,
Nunc pro triumphis funera enumeres tua.
Lictor moraris? capita natorum exhibe.
Intende vultum Mauriti, & ſpectaculo
Te fruere digno. Nunquid agnoſcis tuos?

*Maur.* Judicia juſta, ô domine, juſta ſunt tua.

*Iuſtin* O Cara fratrum turba, germani mei!
Quis vos peremit? Tune crudelis Phoca,
Vecors Tyranne? Tune ſic fratres meos,
Et immerentes morte funeſtâ opprimis?
Me me adde ſocium, perge. me fratres vocant.

*Phoc.* Furioſe juvenis, perdite, ac procax puer.
Moriere, ſævâ morte præmittam Patrem,
Et hunc videbis ſanguine natantem ſuo.

*Maur.* Judicia juſta, ô domine, juſta ſunt tua.

*Juſtin.* Sine me parentem rapitis? abſque me pater
Moriere? non ſino, lictor improbe, non ſino.
Per me parentem, per meum latus, petes,
Quo fonte vita fluxit, hòc poſt me fluat.
Præibo patrem, nuntium tenebris feram.

*Maur.* O gnate moriar, unicum hoc ſolatium
Concede Patri, ne tuam videat necem,

Hic hic latebis melius, actutum ſubi.
Periimus, ecce miles. *Priſcus.* Ambite hunc ſenem.
Mauritius iſte eſt. Ceſſit ex voto labor,
Feram tenemus. Quomiſer tandem fugis?
Serò expiabis ſcelera. *Maur.* Quod meum eſt ſcelus;
*Priſc.* Etiamne quæris? innocens nemo fugit.
*Maur.* Fugio nocentes innocens tales fugit.
*Priſc.* Indigna vix perferre vir juſtus ſolet.
*Maur.* Indigna vix inferre vir juſtus ſolet.
*Priſc.* Hæc diſputare Mauriti in vinclis placet.
*Maur.* Scis eſſe Cæſarem improbe, cui vincla iniicis?
*Priſc.* Scio fuiſſe, magna pars iſthæc mali eſt.
*Maur.* Scelerate, vincla ferre meruiſti diu,
Quod non tuliſti gratiæ debes meæ,
Ita nunc rependis? *Priſc.* tempora & mores vide.
Priſco imperabas nuper, is modò tibi.
*Mil.*1. Age vincla manibus accipe, & collo jugum.
*Maur.* Judicia juſta, ô Domine, juſta ſunt tua.
*Priſc.* Ubi nunc tenentur filii? *Maur.* Matrem roga,
Domi hos reliqui. *Priſc.* Scimus, en binos vides
Hæc jam tenetur vincta cum catulis fera.
*Maur.* Ah cara ſoboles, patris afflicti dolor!
Vos in catenis? perdidi infelix meos,
Poſtquam eſſe cœpi Cæſar, & cœpi pater,
Tantum in dolores fertilis torus fuit.
*Priſc.* Apage querelis, ceteros gnatos volo.
*Maur.* Quid innocentes forte peccarunt meâ?
*Mil.*1. Ubi ſunt? quid inquis? viſne in eculeo rogem?
*Miles*2. Hoc exprimemus enſe, ſi verum tegas.
Ubi liberi? *Priſc* Miles adhibe ferro manum.
Moriere. *Omnes.* Moriere *Juſt.* Pater, en adſum pater
Ah parcite patri. *Priſc.* perfide, hac foſsâ lates?
*Maur.* Quo gnate properas? ecquid occurris neci?
Pro ſe ſuiſque pereat inviſus pater.
*Priſc.* Dic ocius, ubi Beniamin tuus latet?
*Mil.*1. Juſtine, frater ubi eſt; ais? an enſe occidis?
*Maur.* Hæc neſcientem quæritis. *Priſc* Dicis puer,
An iſte jugulum mucro penetrabit tuum?

*Juſtin.* Ignoſce, fratrem Tropæimus abduxit domum.
*Priſc.* Bene eſt, paratas indue armil!as modò,
*Maur.* Judicia juſta, ô domine juſta ſunt tua.
*Priſc.* Agedum cataſtæ noxios domi manent.
*Juſt.* Quo turba rapimur innocens? *Val* heu! quod malum.
Quænam expiamus ſcelera? *Mil* 1. Carnificem roga.
Iſte hæc docebit. *Clemens.* O pater! *Maur.* nati mei.
Pergite miſeri, pergite lacrymis,
Patris ignotum deflete ſcelus.
Quidquid pateris miſeranda cohors,
Patrius vobis attulit error.

## SCENA. III.

*Phocas, Priſcus, Milites, Carnifex. Mauritium & filios ultimo mactant ſupplicio.*

*Phoc.* Benè eſt, tenemus caſſibus ſtrictis feram,
Inulta non exibit, exuvias dabit.
Age apparatum Lictor inſtaura parem
Huic quàm tenemus victimæ, nihil humile,
Phocæ litandum eſt Cæſari. Plùs jam Deo
Novus imperator debet, & aliis minùs.
Phocas Tonanti, ceteri parent Phocæ.
Agedum ſatelles, ſiſte Mauritium mihi.
Catulos Leoni junge. Jam Circum petent
Foveâ relictâ, dabimus in arenam feras.
Non inctuentos iſte convertet dies
Moriens jugales, cernet infandum caput,
Nece fulminari. Perge, quid contra viam
Luctaris? orbis dedecus, regni probrum,
Improbe tuorum carnifex, patriæ lues,
Peſtiſque gentis. quiſquis orientem nepos
Poſt te videbit, dedecus Eoum quoque
Videbit in te Mauriti, & ſtupens leget.
Cæſar fuiſti nomini labes ſacri,
A ſtirpe prorſus ultima, à prima tui

Radice

Et adhuc ſuſterſtes ſæpe cogatur mori.
Nullo perire vulnere moleſtum eſt magis,
Quàm quo perire cerno vos gnatos pater.
Concede noxio, innocens fili, patri,
Concede mortem. *Phoc.* Bene habet, excuſſi virum,
Vocem impetravi, parte, quâ doleat magis
Teſtantur illæ lachrymæ, ferrum amove,
Et verte lictor, liberi primò cadant.

*Maur.* Sunt innocentes, parce. Te primùm Phoca
Mauritius orat. *Phoc.* innocens nemo eſt, tuus
Quicunque fuerit. *Maur.* Scelera qui fecit, luat.
Crimen nocentis innocens nemo expiat.

*Phoc.* Peccare demum, qui poteſt, ſat eſt nocens.
Et præſtruendum noxiæ eſt. colubro ſolet
Naſci parente coluber: audebit ſuo
Genitore pejus aliquid infelix nepos.
Pereat nefandum ſemen, & in ovis adhuc
Iſtæ opprimantur aſpides, purgent ſolum,
Age lictor effer victimam, exſpectat Charon.

*Iuſtin.* Permitte lictor ultimum patri vale
Dicam, ultimoſque gnatus amplexus feram.

*Carnif.* Effugia quæris? *Iuſtin* O pater, vale, pater.

*Maur.* O nate patris gaudium, ac dolor, vale.

*Phoc.* Abſolve gemitus, expedi lictor togam,
Collumque ferro divide *Iuſtin.* Pater, O Pater.

*Maur.* I nunc parentem prævola ad cælum puer,
Ieſus euntem ducat. O fili vale.

*Lictor.* Morere ſceleſte, morere, ſic jaces bene.

*Maur.* Iudicia juſta, ô domine, juſta ſunt tua.

*Phoc.* Perfide, retorques ora? num moriens Phocæ
Adhuc minaris? frater accedet brevi,
Pater ſequetur. *Maur.* Gnate, prò qualis jaces!
O fraudis expers anima! nimirum tuos
Hæc decuit humeros purpura. Iuvat hoc caput,
Iuvat oſculari. Heu! perdidi, gnatum parens.
Utinam illo ſanguis vulnere, ah utinam, meo
Fluxiſſet olim, cum pater nondum fui!
Non ſic jaceres, fata nunc patri tua

Mortemque debes: ſcelere procumbis meo.

*Phoc.* Ubi quartus iſte coluber, etiamnum latet?

*Pruſc.* Fugit ille ſcenam, Trophimo adhæreſcit puer.

*Phoc.* Moriatur, hunc fortuna non patitur mea.

*Maur.* Theodore prodi gnate, degeneres metus
Vitamque pone, prodi in amplexus patris.
Quid hoc? paternum nil habet: non eſt meus.
Me teque fallis Trophime, ſi ſtruis dolum.
Per me nocentes ſunt mei, pereant mei
Servetur omnis innocens *Phoc* Quid agis? Phocæ
Illudis improbe, Cæſari illudis tuo?

*Troph.* Quid fluctuatis? reddo Theodorum patri,
Mauritius illum tradidit. *Phoc.* Sciam brevi.
Ediſſere puer ocyus nomen tuum,
Dic qui vocare? *Pſe.* modò ego Theodorus vocor.

*Phoc.* Qui dictus olim es? *Pſe.* Pſeudolus. *Phoc.* viden' hefas
Doloſa vulpes? *Troph* Decipitur inſons puer.

*Phoc.* Quo patre prodis? *Pſeud* Cæſar eſt mihi pater
Mauritius. *Troph*, audin memoria puero redit.

*Phoc.* Quis iſta juſſit próloqui? *Pſeud.* Trophimus pater.

*Phoc.* Natura fraudis incapax pandit dolos,
Et vincit artem. Trophime quid mutus ſtupes?
Pater es, Phocamque fallis, eliciam brevi
De fonte verum. Subeat hunc campum puer
Quem Trophimus eſſe dictat, & fingit ſuum.
Scelefte vultu proderis, fraudes tuæ
Nequeũt latere. *Maur* Trophime, quid malũ inſtruis
Tibi tuisque? ſubtrahe innocuum meæ
Caput ruinæ, quid favor tantus mihi,
Et quid tuorum vita fortuna ac ſalus
Impenſa proſunt? Morte defungar mea.

*Miles* 1. En magne Cæſar, adſtat hic Trophimi puer.

*Phoc.* Puſille mi, videre vis patrem tuum?

*Theod.* Permitte videam. *Phoc* Cerne. quem vides? *Th* Pater
O optime pater! *Maur.* Dulcis O fili, innocens
Animula, ſic peribis? infauſtum patrem!
Quam te piget vidiſſe! *Theod.* Quid pater gemis!

*Maur.* Ah! primum es orſus vivere, & debes mori,

Theod.

*Theod.* Ergo moriendum eſt? quod igitur noſtrum eſt ſcel'?
Quid morte dignum fecimus? *Maur.* Phocam roga,
Agnoſce fratres. *Theod.* Dulcis O fratrum trias!
Juſtine, Juſtine, nihil audis? ah nihil!
Theodorus adſum, frater heu! nil te moves?
Juſtine, Clemens, ac Valens, fratres mei.
Quis iſte vultus veſter, & turpis color?
Totum cruentæ corpus inficiunt notæ.
Quis auſus iſta, mi Pater? homone, an fera?
*Phoc.* Satis eſt, abunde eſt, nullus hic error latet.
Natura docuit. Morere: Juſtinum puer
I viſe fratrem, vota potiêris tua.
*Lictor.* Expande collum. *Theod.* ah mi pater, morior pater,
Defende, ferrum ſtringit, & jugulum petit.
*Maur.* Ah! quid puelle & corculum meum fugis?
Fratres adibit, conſequar gnatum pater.
*Theod.* Ergone moriar? nil mali cuiquam attuli.
*Maur.* Sequere peremptos, anime mi, ſequar quoque,
Umbraſque jungam filiis. Nunquid igitur
Sine patre fili, ac fratribus vitam cupis,
An morte jungi? *Theod.* Cupio, mi pater, mori.
*Maur.* Accurre voce. Provoca ingenti necem.
*Theod.* Immane monſtrum Cæſaris demens Phoca,
Concede mortem, fratribus jungar meis.
*Phoc.* Quid Lictor hæres? amputa vecors caput.
*Lictor.* Ignoſce Cæſar. horreo, non ſum meus,
Iſtâ perire non poteſt manu puer.
*Phocas* Imbelle, & amens perfidum ac dirum caput!
Moraris? enſe lictor occumbes tuo.
Quid hoc? Machæram proiicit, fugam capit.
Hoc tu Phocæ, hoc tu Cæſari auſis, improbe?
*Theod.* Segnis Tyranne; nemo mihi mortem dabit?
En nuda cervix, pectus en nudum quoque,
Exprome vitam, parte quâ magis lubet.
*Phoc.* Pereat, ſatelles, pereat actutum, puer,
Quacunque vitam exegetis, licet viâ
*Miles.1.* I mucro penitos viſcerum ſinus adi,
Abſolve vitam. *Mil.2.* Gladius hic etiam juvet.

*Phoc.*

*Phoc.* Periitne? adhucdum palpitat, rurſum feri.
*Maur.* Cœleſtis aulæ vindices, cives poli
Spectatis iſta! Scelera quæ feci nocens
Ita innocentes expiant? ſed ſic placet,
Judicia juſta, ô Domine juſta ſunt tua.
Ad jungar etiam victima, ac vitam ſimul
Cum ſcelere ponam. *Phoc.* Vivis etiamnũ improbe,
Hominum ac Deorum peſtis, exitium ſoli,
Regnique, vivis? occidat, miles feri.
In viſcera gladium adige *Maur.* Sic agedum, feri,
Non potes aberrare, hoc caput, pectus, latus
Transadige, ubique ſum nocens, toto ſcelus
Corpore piabo. Suſcipe fatentem reum
Humilemque ſervum, Chriſte. Mauritius tibi
Moritur caditque. *Phoc.* Miles infandum latus
Nondum enſe figis: an Phocas gladio metet,
Et vos & hoſtem? *Mil.1.* Quid manus ſegnis ſtupes?
Animoſe mucro perge. Sic hoſtis cadat.
*Maur.* Judicia juſta, ô Domine juſta ſunt tua.
Ignoſce JESU. *Mil.* Vivis etiamnum, hoc cape.
*Priſc.* Vive & triumpha Cæſar æternum Phoca,
Occubuit hoſtis noſter, ac hoſtis tuus.
*Phoc.* Ita judicetur quisquis inimicus Deo
Hominique ſceptra tractat, & durus gravat
Populum Tyrannus. Nulla ſubſiſtunt diu
Violenta plebi regna. Qui juſtos premit
In juſtos opprimetur: affixa eſt ſuo
Menſura ſceleri. Pœna ſuccedit nefas.
Nemo ſceleſtus fallit ultorem Deum.

## *Ad Lectorem.*

HActenus in purè Comicis Tragicisve ſubſtitimus; nunc & mixtas comico tragicoque argumento actiones (quod à Veteribus parcius præſtitum eſt) in ſcena proponemus, avide aliàs, cum in theatro ſpectarentur,

præ

præ ſuperioribus exceptas, idque potiſſimum Monaſterii VVeſtphalorum, quando armis hoc ſeculo anni 1647. & 1648 diverſorum regnorum colliſione ferventibus, legatis per Europam eodem confluentibus, de pace univerſali diſceptatum, ac denique concluſum fuit.

In Ioſaphato verò hiſtoriam damus, tragicis quidem motibus turbatam, ſed felici lætoque concluſam exitu. In Androphilo non diſſimilis eventus in materia diſpari proponitur, cum ficta res non tantum hiſtoricè veriſimilis, ſed etiam parabolicè vera inducatur.

In Teleſbio denique Comico, tragicum drama infelici exitu terminatum exhibemus, ut per omne ſcribendi dicendique argumentum lectorem ducamus. Atque in his quidem ultimis Dramatibus obſervandum eſt, mutis illas ſcenis, præſertim alteram, quæ de Androphilo eſt, exornatas hoc eſt ſpectaculis, ſimulacriſque mutarum imaginum, nunc fixis, nunc patheticè motis inſtructas fuiſſe, quibus harmoni, vel luſus, vel etiam voces vitam darent. Quæ indicare quandoque placuit adjicere verò operæ pretium viſum non eſt: quod, niſi mutilè imperfecteque, exhiberi non poſſent.

His interea, amice lector, ut potes fruere: quæ & diverſo aliquantum Comici ſtyli genere exarata reperies, & majori Actuum, quam apud Priſcos Latinos conſuevit, numero inſtructa. Non ut ubique optima, ſed ut in probatis varia conſectaremur, quæque præceptis licere tradidimus (adverſus nonnullos ſine cauſa & ratione obluctantes) hæc exemplis etiam ſequeremur. Longe opinor conſultius, quam ii, qui ſine conſilio, quodvis Drama in quinque actus partiuntur, ut nunc in vinculis arctare ingentia, nunc extendere in æquuleo minima videantur. Varietatem nos omnem ſectati ſumus, & qua licuit inceſſimus. Lectori delectum reliquimus, ut quâ libet, ſequeretur.

# TRAGICO - COMOEDIA HISTORICA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# IOSAPHATUS.

## *PROLOGVS.*

Salutem ſpectatori,& patientiam apprecor,
Qua uti hodie poſſit ad audiendum naviter.
Bella modò in theatro nulla tractabimus;
Namque hæc nimium, heu dolor! tragicè aguntur foris,
Ubi tota Europa theatrum actor omnis natio eſt,
Germanus,Suecus,Hiſpanus. Gallus,& Italus.
Nec verò de pace nobis ſuſcepta tractatio eſt.
Hanc aliis hic operam Actoribus relinquimus,
Quos ita optamus ludere, ut actum aliquando ultimum
In ſcena peragant.& Europa plauſum faciat
Quid igitur? Pietatis novæ exemplum hinc procul
Petitum ex Indiis dabimus. Namque illa hodie
In Europa admodum refrixit, ad Indos abiit.
Ubi Ioſaphatum fuiſſe juvenem regium
Damaſcenus verus eſt autor,probatæ fidei.
Parens juveni Abenner fuit,Rex inclytus,
Potenſque; ſed Idolis devotus perfidè,
Hic poſtquam filium Chriſti addicendum ſacris
Vatum ſententiis diſceret, omne ſtudium,
Artemque huc vertit,ut averteret filium,

Aulam-

Aulamque Chriſtianis expurgaret ſuam.
Secrevit hominum conſortio diu juvenem,
Vigilique ſepſit cuſtodia, irrepſit tamen
Fraude piâ Senex Barlaam, perſuaſit fidem,
Chriſtique ſacris imbuit, obniſus Pater
Rurſum experitur adverſus natum omnia
Ut diſſuaderet. Sed felicitas ingens fuit
Hic infelices perdere conatus patrem.
Namque ubi artes filium, & ſcelera, & dolos
Solâ pietate vincere objectos cerneret,
Contemnere minas, aſpernari gratiam.
Et regna & opes, & voluptatum illecebras
Amore Chriſti, victus Nati partibus
Acceſſit ipſe fautor, & manus dedit,
Fidemque Chriſto, dejuratâ perfidiâ.
Subinde regno cùm quiſque alterum magis
Se crederet dignum, dulce certamen fuit,
Ne non regnarent, ceſſit uterque denique,
Paterque filio tradidit ſceptrum, filius
Aulæ miniſtro, gratior Eremus fuit.
Ad Barlaamum ſalutis autorem ſuæ
Rex atque filius abiit, tantoque ſtudio
Regna fugerunt quanto ambiuntur hodie.
Spectate, & verum diſcite mundi pretium.

## ACTUS I. SCENA I.

*Abenner Rex cum* Zardano *aliiſque aulicis prodit, ac de filii unici fortuna ſolicitus* Auſpices, Aruſpices Chiromantas, Aſtrologos, Magos *conſulit, niturq; impedire, ne Chriſtianis accedat*

BEne eſt, revixi, melior affulſit meis
Fortuna regnis, nomen obtinui patris

Felicitati deerat hoc unum meæ,
Habere gnatos: vota quæ toties tuli
Supplex ad aras, denique faventes ſibi
Meruere Divos. Moriar Abenner modò,
Et ſpontè moriar: nempe non totus meo
Condar ſepulcro; vivet, & memori nepos
Nos ore referet: Unicum dudum mihi
Lethum timendum fuerat; hunc factus pater
Vici timorem, digna progenies avis,
Hereſquè regno dignus in magnam domus
Spem creſcit Indis, Gnate nunc rurſum Patri
Tuus hic recurrit vultus, & pulcher nimis
Fulgor genarum: candidæ frontis nives,
Geminumque ſidus: oris animatæ roſæ,
Dulcique manans ore verborum favus.
Divi potentes, ſiquid indignus pater
Merui impetrare filio, incolumem mihi
Servate gnatum; ſcéptra moderetur mea,
Partis fruatur opibus, immunis mali
Diſcriminumque, quæ mihi quondam minax
Cortina cecinit, cum Palæſtinæ ſacra
Araſque Chriſti thure venerantem pio
Finxere gnatum. Nempe conſultum bene eſt
Dudum latenti filio. Vulgi hunc procul
Strepitu removi, ne quis incautum ſuis
Chriſticola noxis imbuat, tota latet
Secretus arce, ceſſit exilio quoque
Damnata Chriſti ſecta. Quid demum Patri
Reſtat timendum? Nunc voluptates meæ
Iterum redite, pleniùs vobis fruar
Favente cœlo, gaudia abſolvent metum.
Nonne annuiſtis Cœlites? rurſum Deos
Vateſque conſulemus, Aſtrologi ſimul
Futura cœlis eruent; gnato ut pater
Cavere poſſit. Nemo vitavit fatis,
Quod ſponte ſemper naſcitur cuivis malum.
Proprium eſſe pulchris hoc ſolet, nunquam diu
Florere. Vernas explicat tantum roſas,

Et condit hortus, lilia videmus mori
Simul aeque naſci, Filio Divi meo
Meliora condant fata,quo merear diu
Parens haberi. *Aul.* I.Magne Rex,adſunt modò
Quicunque nomen ab arte divina gerunt.
*Aben.* Vos Auſpices, Aruſpices, Arioli,Aſtrologi,Chiromantici,
Phyſiognomi, Metopoſcopi, Magi, ſomniorum interpretes,
Et quotquot eſtis perſonarum hic modo,quotquot artium
Vos inquam ego per hoc ſceptrum meum, fidos mihi volo hodie,
Atque edicere ſerio,abſque dolo,abſque fuco, abſque falſiloquentia,
Quid filio meo Ioſaphato futurum eſſe arbitremini?
Nunquid felicitas ipſi deſponderi in regno queat,
Nunquid illam ipſe habere ſociam citra divortium?
*Auſp.* Pullos huc in corte retuli, qui,quid,quoque eſitent modo,
Hoc loci obſervaro,denique & in cœlo avium viam,
Atque volatum notaro ſedulò ſi quid delirent forte ſemita.
*Aruſp.* Mihi poſco gallum gallinaceum dedi ad victimam.
Uti enim illi perſpecta habent tempora.ſic vaticinia ferunt
Suis in extis. Hoc ego in vate intima ſcrutabor viſcera.
*Aſt.* Ego cœlos explorabo, & natalem juvenis planetam eruam,
Nam ubi ſol octavum cancri adiiſſet gradum ,natum intelligo.
*Aben* Omnem ego vos huc induſtriam, atque curam apportare velim;
Ne quid cuipiam obrepat negligentiæ in re maxima
*Chir.* Quantum ego quidem ex manuum quantum ex faciei notis
Ac lineamentis arbitror,vitam ipſi Dii longam duint.
Decernunt canitiem,& rugarum complebunt affatim,
Edentulum atque depontanum Libitinæ immolabunt ſenem.

*Aben.* Bene, ac feliciter: ita vos porro ominari omnes Dii velint

*Auſp.* Et hi pulli certè bono augurio Regis favent filio.
Tot gnatus tuus veſcetur annis hoſtium licet ingratiis,
Quot illi grana hic abſumunt propalam, atque abſumunt avidè.

*Abenner.* Felicem me tali ſobole! *Aul.* 1. Vivat Abenner Rex maximus;

*Auli.* 2. Vivat Ioſaphat felicis patris filius feliciſſimus

*Omnes* Vivant felicitate ebrii. *Auſp.* Quid iſtæ nunc columbæ adferunt?
Nunquid recta eunt ad regiam ſemitam? an declinant paululûm?
Ita eſt; decedunt iſthac ubi olim Chriſticola Thomas
Ad Meleaporem appulſus in hoc regnum perfidia attulit.
Malum herculè quod factum non oportuit, timeo juveni.
Timeo, ne quid dividiæ quondam patri faxit, atque patriæ.

*Aben.* Eloquere ſi quid habes, neq; veritati pallium facito.

*Auſp.* Columbæ iſtæ ſimplicem, atque tectum filii indicant animum:
At quod viâ abſcedunt, ſeductionem opportat denique
Abs te, atque religione tua ad Chriſticolarum perfidiam.

*Aben.* Itane! Planetariè, quid tu ad hæc? nunquid divinas eadem?

*Aſtrol.* Ioſaphat, niſi ante nonageſimum moriatur planè erit ſenex,
Deinde, ni priuſquam ſit conjux, vitam amplectatur cælibem,
Spes magna ex ipſo proles eſt. *Aben.* Dic aliquid quod neſciam ego.

*Aſtrol.* A veriſſimis ad vera progredior. Erit, ut Phœbus inter ſidera,
Sic ille tuo in regno majorum tuorum major gloria,
Hoc ſol in octavo cancri gradu prænotat. Sed quod hoc in gradu
Retrogradi, pro more, ſoleat, prognoſticon tibi de filio eſt;
Veſtigiis illum abiturum tuis, atque proavorum etiam,
Novum regnum, novum inſtituendæ vitæ exſurum genus.

Quod

Quod tibi tuæque familiæ fruſtrationem iniiciat maximam.
*Aben.* Huic equidem malo jam abunde abs me cautum arbitror.
Nam arcem inſtruxi loco ad voluptatem jucundiſſimo,
Ad quam Chriſtianis nullus uſpiam pateat aditus,
Ubi veneres, ac Gratiæ ipſæ ſuum figant thronum,
Ubi nihil admodum ſenſus ad Chriſti rigorem inflectere,
Nil animi queat lætitiam evertere, ubi adoleſcentium
Selecta manus inhabitet, quæ Ioſaphati lubentiæ
Omnique voto ſerviat: nihil volenti, aut amanti neget.
*Zard.* Ita nemo conſiliis abundat optimis, reb' in peſſimis
Uti tu Rex Inclyte. *Aben* Ehodum Magi ſomniorum arbitri
Adeſte, quæque arcana nocturnis mihi
Objecit horis ſomnus, obſcurâ ſpecu
Eruite noctis, & dies lucem adferat.*
Vidi perampla ſpatia diffuſam ætheris
Errare ramis arborem, & magno comas
Fudiſſe luxu, brachia virenti procul
Jactaſſe campo, ſubter umbroſam domum
Habitare turmas alitum, & parvum gregem
Caſtra explicare, frondium læto caput
Defenſa velo: nec diu, vidi ſolo
Fuſum propinquo ſemen, impacta brevi
Radice plantam ferre; quam primum infimus
Exciperet æther, denique vibratam polo
Eveheret altè, donec antiquum ſuper
Truncum comarum verticem, & fuſas agris
Efferret umbras *Mag.* vive, Rex felix tua
Prole memorandus poſteris, felix avis,
Te prima ſignat arbor, hæc tantis agri
Diducta ſpatiis vela foliorum explicat,
Fructumque fundit; quanta regali jacent
Subſtrata ſceptro, mille populorum tuis
Umbris foventur, non tot expaſſis ſedent
Aves corymbis arborum; non tot gregum
Turmæ minorum frondium tecto latent,

Uterque Superum cultor, & fidei impiam
Spectante regno tollet in nubes domum.
*Aben.* Suſpecta nimium fata! quam narras fidem?
*Mag.* Hominis Deique titulus hanc monſtrat ſatis.
Tu Chriſtiano filio accedes pater.
*Aben.* O magne Pyrama, facinus hoc tantum amove,
Et verte fatum, vivat Abenner tuus,
Natuſque vivat, nullus obſequium dies,
Tibique quondam vertat addictam fidem.
*Mag.* Purganda, Rex eſt aula Chriſticolis tua,
Vitare noxam, ſi cupis. Virus latet
Domi recluſum. Serpet hinc primùm lues.
*Aben* Etiamne in ipſa regia regni exules
Auſint morari? fare quos habes reos?
*Mag.* Latente ſerpunt peſte, nil audent palam.
*Aben.* Bene eſt, latentem detegam peſtem ocyus.
Agedum, ſatelles, nuncium hoc defer meis.
Hodie ſacratis victimas aris dabo,
Et thura Divis: eſſe præſentes volo,
Quotquot miniſtros aula regales habet.
Hinc abfuiſſe læſa majeſtas erit.
Nunc ite, per vos properet actutum labor.
Zardanus unus maneat.
Incōmodis hercle omnibus, quibus occupari natus queat,
Obſtruendus aditus eſt, necubi per vim irrepant, aut dolum
Hoſtes Deorum, nequid aliunde occurrat juveni mali.
Ehodum Zardane, tu, qui mihi fidi, atque induſtrii hominis
Hucuſque navaſti operam, filii ita curam geres impoſterum,
Nihil ut illi deſit ad voluptiam, ad lubedinem, ad genium;
Nihil ut occurrat in delicatos ſenſus atque ſolutum animum
Quod gaudia curis ſuffocare, atque fermētare mœroribus
Poſſit innocentem noxiis necubi vulneret oculos miſeria,
Quæ hominibus in vita hac familiaris eſſe ſolet plurimis.
Quid ſit pauperies, quid peſtilitas, & mors neſciat.
Procul amotus reliquo hominum vivat conſortio,
Ne quis Chriſtianorum illi peſtem malam affricet.
Habeſne ingenium, ut iſta exigas ad rationem ſingula,

Atque expendas,quid facto,quid deinde neglecto ſit opus?
*Zard.* Quidquid ingenio polleo, ac viribus hoc totum tuum eſt.
*Aben.* Si feceris,Regem te habere ſenties,qui ſciat ac poſſit etiam
Bonis bene facere. *Zard.* Quando ſic jubes, advertam animum,
Neque ut me negligentiæ inſimules,perpetiar uſpiam

## SCENA II.

*Zardanus difficulter Ioſaphatum Regis filium ab omni conſortio Chriſtianorum excludendum exiſtimat.*

ZArd. Abunde Rex ſuo Ioſaphato intra arcem & ſolitudinem
Cautum eſſe putat, ſed ut extra omnem ſit aleam & periculum,
Arx una,atque unicum præſidium ſatis non erit filio.
Ita Chriſtianis affluit Regis aula;ita hi ſycophantias,
Atque glancomata edocti ſunt obtrudere,ut nulli pareant,
Niſi ad perniciem vel ſuam,vel aliorum denique maximam.
Ioabum qui novit,principem exemplum is ſciet,rei
Quam dico luculentiſſimam. Regi iſte fideliſſimus,
Iam dudum habitus, ſuo ſe indicio prodidit ſorex,
Ubi latibula primùm quærere,atque aulam exitio vertere
Eſt viſus;Chriſtianum profeſſus,atque ſuam in Deos perfidiam.
Nunc & alius Barachus ei ſimilis eſt, veterator herclè peſſimus,
Qui ita conſilia ſua aſtutiis contegit aſtutiſſimis,
Ut nemo,cà, niſi divinus introſpiciat, nemini fraus ſuboleat,
Ne emunctæ admodum ſit naris,& purgati cerebri.
Si quid ego conjectura ad verum, atque futura valeo mala:

Ab

Ab iſtis Rex,atque Regis filius maſtigiis ad perniciem
Cuniculatim quæritur,ex arte mala ſunt peſſumi.
Neque abeſſe poteſt,quin regiam domum mulcent infortunio,
Niſi Dii averruncent,ſi quo ſufflaminatur malo.
Diſcrucior animi,neque defecata mihi ulla eſt ratio,
Quæ introitum atque exitum omnem rei agundæ explicet.
Barachi mihi rurſus explorare machinas in animo eſt.
Ac deinde,ſi quid compereo certi,Regi exploratu facere.
Neque Rex modò induſtriæ parcet,ut infortunio obviam
Maturè abeat; ne malum ſibi accerſat immedicabile.
At verò mihi quantus incumbat cum Ioſaphati cuſtodia
Provinciæ labor,quis neſciat?ubi tot oſtiis malum
Irrumpit,ac tanta errandi ſeſe opportunitas ingerit.
Neque filio ubique adverſari æquum eſt.neque etiam patris
Abire monitis. Quam utrumque ſit difficile quivis videt.
Sed en Sacrificulos,nunc adeſſe me coram ſacris decet.

## SCENA III.

*Brachmani Sacrificuli, qui in ſpecie Simiæ Deum vectum curru honorant, ſequuntur, qui pelvim pulſant, denique Rex atque aulici elevatis brachiis Brachmanorum clamores imitantur. Immolatur victima, adoletur, ac denique ſimulacrum inungitur à Brachmanis.*

*Bracch.* 1. O magne Pyrama,ſupreme Imperantum arbiter
Summe Dominator Deum,ſumme cœlorum artifex.
*Rex cum ſuis.* O magne Pyrama &c.
*Brach.* 2. Tibi telluris pondus inertis,
Tibi cœlorum machina molem
Sternit utramque.
*Rex cum ſuis.* Tibi telluris pondus inertis &c.
*Brach.* 1. Pyrama, Pyrama euax ! Pyrama.
*Rex cum ſuis.* Pyrama, Pyrama &c.
*Brach.* 1. O Uniteres Deorum proxime,conſervator optime.

Cœli terræque Princeps cujus omnes nutu vivimus.

*Rex cum ſuis,* O Uniteres Deorum &c.

*Brach.2.* Digitis ſemper terra pependit

Librata tuis; tibi ſtat cœlum,

Aſtraque lucent.

*Rex cum ſuis.* Digitis ſemper &c.

*Brach.1.* O Vidhune, malorum terror, deſtructor intereuntium:

Qui mortalium animas ad nigra ultor volvis tartara.

*Rex cum ſuis* O Vidhune &c.

*Brach 2.* O qui pavidis manibus adſtas:

Mortiſque, Deus, fata gubernas,

Vidhune, fave.

*Rex cum ſuis.* O qui pavidis &c,

*Brach.1.* Pyrama, Pyrama, Euax! Pyrama.

Euge Vidhune, Euge Uniteres,

Sanguine veſtram tingimus aram:

Cadet iſta bidens, ſic Chriſticolum

Sanguis tepidos imbuat agros,

*Brach 2.* Uti hic Arabico de thure fumus cœlo emicat,

Sic Chriſtianorum tibi fumus è buſto exeat.

*Brach 1.* Nunc hoc tibi oculos ô Pyrama inungo collyrio,

Hoc demulceo aures unguine hoc tactum allino:

Ut contra hoſtes placidis nos intueri oculis, audire auribus,

Manu tueri molli velis & Regi dare auxilium.

*Aben.* Agedum fidelis turba, primores mei,

Offerte Pyramæ thura. *Zard* Barachus retrò

Abſceſſit. unus juſſa contemnit tua.

*Aben.* Barachus? itane? ſcilicet ovinâ lupum

Sub pelle condet, regiæ labes domus?

Chriſtique lege vinctus, occultum meâ

Vulgabit aulâ virus, ô dignum caput

Furiis, & orco! ſed tamen bilem premam,

Eſt occupandus, fraudis inveniam exitum.

ubeamus, omnis longa properanti mora eſt.

Chorus

## CHORVS.

*Docet fruſtra mortales divinæ deſtinationi obluctari.*

QUid molimur inanibus
Mortales ſtudiis, certa minantium
Fatorum obruere ordinem?
Norunt fata viam, non chalybum minæ
Telorumque volantium
Tempeſtas gravis, aut murus aheneus
Divis obijciet moram:
Adverſus Superos perdis inutilem,
Ridendamque potentiam,
O imbellis homo! nec borealium,
Quantumvis levium, potens
Ventorum graciles ſiſtere anhelitus,
Undarumque licentiam
Nequicquam oppoſitis ſtringere molibus.
An tu lucida currere
Reris poſſe tuis ſidera legibus?
Quando Numine ſe tuo
Veſtivit radiis Cynthius aureis?
Aut velocior improbas
Maturis hiemes abſcidit ignibus?
Aut ſub nubibus abditum
Produxit roſeo ſidere verticem?
An te populus arbitro,
Aut Ornus virides induitur comas?
Cur non dumus habet nuces?
Aut groſſos betulæ, pomaque fraxinus;
Si te judice germinant?
Dens ſpicas tribuli, det lolium roſas,
Lappis lilia pullulent?
Et nullos timeat pipio milvios,
Pullos milvius horreat.

Fontes melle fluant, flumina Maſſico,
Aurum rupibus indue:
Aut quod fortè leve eſt, ponat aculeos
Mellis ſedulus artifex.
Aut velox humeris ala volucribus
Te phœnicibus inſerat.
Hæc ſi ſtu nequeas debilis ingeni
Imbelliſque potentiæ,
Quin de ſtultitia demis, & ordini
Divum non violabili
Decretiſque poli ſubticeris; minor?
Quod cælis placitum fuit,
Hoc votis hominum corrigere, eſt nefas.

## ACTUS II. SCENA I.

*Ioſaphatus à Zardano cauſam ſuæ ſolitudinis ſibi perquam moleſtæ cognoſcit.*

IOſaphat. Zardane, quæ tibi mecum eſt curatio: ut per. nox, ut perdius,
Ut abſque remiſſione, uſque & uſq; adſtes, & inſtes mihi;
Ne vel pedem, vel oculum, abſque cenſura commoveã tua?
*Zard.* Tibi ut naviter ſerviam, ubi, ubi adlubuerit, curæ eſt mihi.
Proinde necubi tibi deſim promptâ ſervitudine ago.
*Ioſaph.* Sed ecquid tot coryphæis, tot cuſtodiis mihi nunc opus eſt?
Qui ita his anguſtiis includor, iſtis ita muris ſepior,
Nunquam ut liberè mihi, libera in aura reſpirare liceat?
*Zard.* Quid tibi moleſtiæ eſt, adoleſcens regie? quid habet malè?
Procul iſtæ modò curæ faceſſant, voluptiam advoces,
Et gaudia ames. *Ioſ* quid mihi ucundum ſit in iſto carcere?
Cur hinc abeſſe, cur exire nunquam licet, & obſequi animo,

*Zard.* Quia hic tibi pater omnia ad voluptatem fecit , & genium,
*Ioſaph.* Volnptas coacta & imperata , non eſt voluptas ſed dolor.
Si mihi voluptatem pater amet,libertatem indulgeat.
*Zard.* Libertas ſæpe noxia eſt,tuæ felicitati Pater conſulit.
*Ioſaph.* In Ergaſtulis nulla eſt felicitas : ſed mœror animi.
Zardane,ſi me amas,conſilium mihi patris aperi.
Enimverò id abs re factum eſſe nemo orator perſuaſerit.
Dic rogo,Zardane optime. *Zard.* Abſiſte obſecro , ſecretum habeo.
Iſtud detegere mea ſit pernities,ubi perceperit pater.
*Ioſaph.* Secretum ſi quod habes,fidis auribus committe, ita
Me Divi ament,prodam nemini *Zard* fallam parenti fidem.
*Ioſaph.* Mihi iſthanc ſervabis,ne abnue,ſi charus habeor tibi.
*Zard.* Ah iſtuc nemo reſciſcat mortalium,aut perditum me facis
*Ioſaph.* Iuravi fidem homini amiciſſimo,dein cor habitabis meum.
*Zard.* Sunt homines Chriſtiani,crucifixum aliquem colunt Deum,
Qui multa de vita aliqua in cœlo fabulantur nova,
Hos uti aſtutos animorum prædatores timet Pater,
Ne fraude tibi imponant,ac ſuarum faciant partium.
Uti ex aſtris ipſe futurum didici : hinc malo præſtruit,
Illoſque regno amovet,te in hanc condit ſolitudinem.
*Ioſaph.* [illegible] tui mihi denudaſti pectoris fidem.
*Zard.* Faxis obſecro,ne quid innoteſcat Regi,jam aderit ſcio
Hodie te huc inviſum concedere deliberatum habuit.
*Ioſaph.* Bene eſt,operiar hic patrem;tu intra,cœnam appara.
Mirum profecto,quo iſtud conſilio aggrediatur pater,
Cuncta, ut me,ſciſſe velit;hoc tamen ignorare unicum.
Si quid mali latet , ingenium equidem habeo : ut iſtud ne velim.
Si quid boni ; cur hoc neſciam? Igitur ſolitudinem
Ita colam perpetuam ut Chriſtianis nuſquam videar?
Et ſanè,neque hic myſterium aberit,exploratione opus eſt.
Hui! ipſe nunc Pater meo ſeſe palatio admovet.

SCENA

## SCENA II.

*Abenner Ioſaphato ob ſolitudinem mœſto libertatem majorem indulget.*

ABen. Ego te fili mi, ita hic inambulantem curis reperio,
Quid meditationis cor ita excoquit? dic age, non eſt nuperus
Tuus iſte Vultus *Ioſaph.* ita nempe tibi adlibitum eſt Patri;
Ut mœroribus conficiar. *Aben.* abſit, mi fili, pater omnia ſecùs
Et voluit atque etiamnum vult. *Ioſaph.* Cur ſigitur his anguſtiis
Et muris his conſtringor? *Aben.* ah, fili mi, non capis: tuo hoc bono
Tuiſque gaudiis inventum eſt, nequid triſte, aut grave
Tuam hanc voluptatem interpellet, puram atque liquidam.
*Ioſadh.* Erras mi Pater, dolor iſte manendi intra hunc carcerem,
Omne mihi gaudium inficit, omnem voluptatem concoquit:
Abſynthium in melle eſt, ſi me lætum cupis, egredi ne ſveta.
*Aben,* Ain? Ioſaphate mi ita eſſe? *Ioſaph.* Ita inquam Pater habes
Quod nuper viſum eſt ipſa mihi jucunditas, nunc felle hoc magis
Eſt felleum, ubi iſta mihi libertatis hic intra perditæ
Nata eſt primum cogitatio. Ah Pater indulge exitum mihi.
*Aben.* Rogas patrem, qui cupiat tibi ad genium ſervire plurima.
*Zardane.* Filio meo pateant omnia ad venationem, ad gaudia,
Seu foris, ſeu domi mavelit: nihil ſibi negatum putet,
Quod velle poteſt liceant quæ lubent. Nunc mecum concedite
Meam ad aulam; ubi vos mihi hòdie convivas eſſe volo.

Vobis interea,famuli, venationi inſtruendæ negotium erit.
Hem,Zardane, ludicris rebus, choreis,aliiſque deliciis vias
Paſſim inſtrue, & quidquid gaudiis conciliandis potes.

## SCENA III.

*Pauperes Typhlus, Pſoraleus , Geron Ruſticis illudunt, & à Ianitore regio ſtipem impetrant.*

*Typhalus.* Niſi aures magis haberem, quàm oculos, ecederem foro ,
Atque meâ iſthac mendicitatis abirem miſer provinciam,
Ad regionem famis,atque ultimum inediæ domicilium.
Nunc quantumcunque mihi ſit cæcum caput, atque venter hic meus:
Aures tamen,caput, & venter,ubi eſurit,habet acutiſſimas.
Ad omnem patinæ ſonitum,& convivantium ſtrepitum.
*Pſorat.* Oho Typhle, nunquid tu ille es , qui auritum ita ventrem habes?
Potin'igitur ut me audias ? nã ventriloquus ſum ego modò:
Ita mi fames,quam intro ſuſcepi,peſſimè murmurat.
*Typhlus.*Pſoralee , ut nobis Divi ament pinguetudinem ! nunquam ita
Opportunus veniſti , uti nunc. Scis quanto convivio Regis filius
Apud Patrem interſit? primò hic rem nobis pro ventre penuariam
Ad ædes facere:dein & pro loculis oportebit pecuniariam:
Atque viam inſidere,ubi Regis ad ſua remeabit filius
Liberalis indolis eſt,nihil negabit.*Pſoraleus.*O Typhle m quàm ſtu Argus es,
Etiam dum cæcutis! oculi opinor in ventrem defluxerunt tibi:
Ita tuum commodum perſpicis.*Menal.*Ubi hæres Corydõ?
*Corydon.* Heu nimium iter præcipitas , ô Menalca, quin hic ſubſiſtimus
Tantiſper ad quietem ? *Menal.*ſiquidem ita lubet,& mihi dulcis eſt quies.

*Cory-*

*Corydon.* Hic juxta oviculam meam nonnihil acquieſcam, namque diu eſt
Quod ſomnum nullum viderim. Tu obſecro, pro me vigilias age.
*Menal.* Gallus hoc meus faciet, nam & mihi ex ſomno languent oculi.
*Pſor.* Hem, Typhle. poten'os tuũ claudere, ne quid muſſitet
*Typh.* Quid verò eſt? *Pſoral,* Nam prædam nobis opportunam conſpicio.
*Typh.* Ain, tacebo, ut mus in penuario. *pſoral.* ovem obſervo, & gallinaceos
Quos regiam ad culinam ruſtici deſtinant. *Typh.* Quid tum *Pſoral.* juxta bajuli
Somno ſeſe inclinant. *Typhl.* intelligo, quid me vis facere; *Pſoral.* tuum
Huc mihi ductorem juvenem dabis, quocum rem peragam.
*Typhl.* Vade Pſeudole, nava operam, ut rem noſtram lautiorem facias.
*Pſeud.* Nunquam me vidiſti ignavum here. *Typh.* vide ſis obſequens,
*Pſoral.* Hem, pſeudole, habeo ovem in manibus, modò tua ſtrenuè
Opera atque ingenio uti poſſim. *Pſeud.* experiaris meam induſtriam.
*Pſoral.* Ovem hanc ex corbe ſeducam, tu pro onere te ſuffice,
Ne furtum ſentiant, ut pullis deindè iſtis, quos ruſticus
Ita manibus tenaciter attinet, invigiles, ubi erit opportunitas.
*Pſeud.* Periculoſum negotium, quid ſi corbem ſuo nudent operculo,
Meque inibi pro ove reperiant? *Pſor.* Dic te ex ove in hominem
Deorum beneficio tranſmigraſſe. *pſeud.* verbera edam *Pſoral.* nihil metue
Omnes in fugam novo hoc monſtro coniiciens, ac dein ſpolia colliges.

*Pſeud.*

*Pſeud.* Age meæ cutis periculo tentemus. Ovem arripe, nunc me ſubſtitue.

*Pſoral.* Abeo, ut ſilentio hic confide. Typhle, jã mendicare licet.

A te nil fraudis metuunt. *Typh.* Ah cæco homini ſtypem obſecro!

*Coryd.* Quid hic clamoris? Erras mi cæçe, non ſumus ii qui-bus turgent loculi.

Menalca, quin imus ocyus, hoc mihi pondus in humeros eleva.

*Menalca.* Vah ſomnolentiam! tolle ſis. *Coryd.* Herclè, hæc mea ovis quo longiùs

Fertur, gravior evadit. *Menalca.* Ita aſſolet feſſis, cre cunt pondera

Cum diu feruntur * *Coryd.* Tua mihi inſolentia etiam-videtur creſcere.

*Menal.* Quæ verò inſolentia? *Coryd.* an non abs te vapulo? *Menal.* Somnias adhuc?

*Coryd.* Somnia videmus, hæc ego ſentio. Iterum laceſſis? vide, ne quid nimis.

*Menal.* Inſanis profectò. *Coryd.* quin tu manus à meo abſtines capite?

Væ, niſi tu me ſenectâ ætate ludos facere deſinas.

*Menalca.* Quæ te vexant intemperiæ? an manum loco moveo? *Coryd.* Tragicè

Nimium nugaris, par pari rependendum eſt, iſtic ſta ſarcina.

*Menal.* Quid agis? *Coryd.* pugnos colligo. *Menal.* Quid ita? *Coryd.* ut te edentulum faciam.

*Menal.* Hoho pugnaciſſime verbero, ſi pugnos eſuris, paſcam affatim.

*Pſeud.* Heus gallinulæ meæ, ſubducam ego vos, meque præſenti periculo.

*Menalcas.* Nondum ſatur es pugnorum. *Coryd* Trifurcifer, plagam te faciam unicam.

At ovis mea ubi eſt? locus vacat *Menalc.* ubi pulli mei? furatus es ædepol.

*Coryd.*

* *Puer à tergo hærens bajulum verberat.*

*Cord.* Uti & tu ovem meam, fures hic ſunt, fures, inſiſtendum ocyus eſt

*Typhl.* Pſeudole ubi es? *Pſeud.* haud procul ſucceſſit præda nobis ſub manus.

*Typhlus.* Ne me defraudes. *Pſoral.* Nihil metue, Regale inſtruemùs epulum.

Sed antè nobis regiæ aulæ lautitia negligenda non erit.

Ne illa nos opportunitas effugiat. *Typhlus.* nunquid aula propiùs

Admovimus? *Pſoral.* jam adſumus. *Typhol.* nunc noſtram ordiamur muſicam,

Tu baſſum; ego altum. *Pſoral.* ah miſerrimo mortalium

Modo ſtipem date aliquam, per Pagodes omnes vos obſecro,

*Typh.* Ah cœco homini, qui diem, & cœlum contemplari nequit,

Homini afflictiſſimo date aliquid: Dii omnes refundent affatim.

*Typh. & Pſoral.* O Domini mei optimi ſtipem date modicam. *Ian.* Hui clamoribus

Ita miſeris abſiſtite, ne quid turbarum intus Regi detis,

Ejuſq; filio, adferam jam nunc abundè, ſi perſtetis ſilentio.

*Typhl.* Uti canis dormiens, & felis muribus invigilans, taciti erimus.

*Pſoral.* Quam ſcitè noſtris clamoribus, hanc modò arcem expugnavimus.

*Typhl.* Si tanti nobis ſilentium venditur, clamatione impoſterum

Magis etiam utendū validâ. *Pſoral* Tace ſis adeſt hic denu.

*Geron.* Ho ho & mea iſtic res agitur, opportunitate utar hodie.

*Ian.* Ehodum adeſte. *Pſor.* ô optime Domine, Divi te omnes ſoſpitem

Velint diutiſſime. *Typhl.* liberaliſſime Domine, fortunam ſponſam tibi

Ego hodie apprecor. *Ger.* miſereſcat Domine te hujus ſenii.

*Ian.* Cape ſis. Jam nunc hac domo faceſſite ocyus. *Gen.* Senium tibi

Jucun-

Iucundum eveniat. *Pſor.* quam bonis hodie ſimul auſpiciis
Nos tresviri hanc provinciam adjimus? *Typh.* Uniterem
video
Habuimus nobis facilem omnes, nunc ſacrificabimus genio
*Gen.* Eho, & mihi lagenulam iſtam; nam & iſtas egô tibias
Inflare peropto, *Pſor.* muſicus non eſt, qui artem iſtam calleas.
*Geron.* Experiar, vos ego cenſores meæ faciam artis *Typh.*
ades ſeriùs
*Geron.* Tantò magis currendo ſitim inflammavi. *Pſor.* flammis aquam
Affundere poteris hæ optimũpro incendiis ſunt remedium.
*Geron.* Ignoratis vinum eſſe lac ſenum? date obſecro. *Pſor.*
habe igitur:
Sed vide, ne quid nimis. *Geron.* Si quando viſum fuerit, Typhle receptui cane.
*Pſor.* Geron ô Geron tu cœcum ducem poſtulas, ego has
partes agam.
Oho ſatis eſt, ſatis eſt, ehodum, nunquid audis? receptu
cano.
Dolium hominis, vini barathrum, nunquid audis? *Geron*,
Sine, obſecro,
Iam primũ delibare orſus ſum. *Pſor.* Pacta violaſti nebulo.
*Geron* Quippe cur? *Pſora* nam quantumcunque clamando
invaleſcerem,
Tu bibẽdo eras validior. *Ger.* tu vel verbulo me monueris?
*Pſor.* Equidem, nugator, clamavi ad ravim. Itane tu clamaveris?
Tum enimverò didici ego hodie quod nunquam ſciebam
antea,
Bibentem nullo percelli clamore, audire nihil. *Pſor* portentum refers.
*Ger.* Nihil, inquam audire; niſi creduas, experientiâ explorare id licet.
Tu lagenam ori adhibe, ego clamoribus rem agam validiſſimè,*
ἆ ἆ ἆ hui hui, nihil audiſti? *Pſor.* nihil inquam, ita vivunt
Dii. Arca-

* *Tantum hiat, non clamando.*

*Zard.* Niſi Dii averruncent malis hiſce nemo præſt homo, nemo non
Subeſt. *Ioſaph* Miſeriæ certè eſt affatim homini, ita eſſe miſerum.
Quid adeò obnixè agitis ? *Tſoral.* ut argenti nobis eroges aliquid.
*Ioſaph.* Quantum quidem nobis pecuniarum præſto eſt veſtrum erit,
Huc loculos Zardane, huc omne aurum, mei Satellites date miſeris, ( homo?
Sed quis incurvus iſte, crine albenti, tremuloque corpore
*Gen.* Ah ſenectus, Domine mi, ſenectus grave eſt miſero onus,
Sub quo curvantur humeri, labant, & tremunt genua, oculi
Caligant. Jucundius tibi ſenium eveniat oro, Regum inclyte.
*Ioſaph.* Quamobrem illud mihi ut eveniat etiam poſtulas? *Ger.* Poſtulo
Nimirum diu ut vivas, quod abſque ſenio accidit nemini.
*Ioſaph.* Verene Zardane? *Zard.* Nihil abs vero refert. *Ioſaph.* quid tum denique
Me diu ſene futurum eſt? *Zard.* Parce Joſaphate his quæſtionibus,
Mœrorem tibi accerſis. *Ioſap.* Hoc ut ego neſciam poſtulas?
Quid vero ignorare expedit quod experiri cogar denique?
Euge ſenex, quando te iſto expedies ſenio? an perenne hoc tibi eſt?
*Geron.* Non, ſed fatis hoc reliqui curæ, quibus hanc animam debeo.
Corpus verò iſtud vermibus hereditario jure deferam.
*Ioſap.* Quod pecori, idem & homini, eſt igitur, ut occidant denique.
Omnes itaque Zardane morituri vivimus? *Zard.* Omnes quid negem?
*Ioſaph* Non rex, non Regis excipitur filius? *Zard.* Nec Rex nec filius,
*Ioſaph.* Quot annos licet ſperare? *Zard.* Paucis centeſimum licuit.

*Ioſaph.*

Decretum erat. *Zard.* Quibus vero viribus pollere aſſeris?
*Barl.* Multis oppidò, ut ſtella radiis; idque pro comperto
habeo.
Mœſtitiam diſſipat, uti ſol nebulas: ſanitatem alit
Perinde ac cibus vitam pernicies omnis eſt toxici,
Atque venenum veneno præſentiſſimum, ut noceat nihil.
Larvæ atque ſpectra quæ terrent omnia; hac gemma tamen
Terrentur, hāc devitant. *Zard.* Naturæ miraculum prædicas.
*Barl.* Veritati fucum non facio ſed rem laudo, ſtrictim ta-
men.
*Zard* Stirpis ego regiæ curam hic ago, nihil optatius mihi
Evenire queat, quam talis gemmæ ſi fiat copia.
Sine, videam modò, atq; illam arbitrer. *Barl.* faciam lubens,
Ubi unius, quam gemma habet virtutis te admonuero.
Fieri nequit, ut gemma hæc ab omnibus carni operantibus
Videatur, ubi primum virginitatis florem carpſit Venus:
Fieri, inquam, nequit, ut hi illam videant, atque videntes
maneant.
Ita quàm mox conſpecta, uti nubes denſa ſolem eripit
Mundo, ſic illa viſum homini, qui pudorem immolavit
Veneri,
Regis verò natum, niſi fama decipit, caſtum putem.
Hinc eſt cur venerim ipſi facturus gratiam, lucrum mihi,
Tuam tibi ſi virginitatem deſponderis abſque divortio,
Non eſt quod morer, jam nunc gemmā depromo ut videas.
*Zard.* Sine, ſine; videre enim mihi non eſt animus: Regis
detur filio,
Concedam intrò, monebo, tibi ut adſit, hic coram modò.
*Barl.* Scitè hoc ſuccedit, ſub manus negotium, uti votum
habui,
Sic Divi auſpicium fecerunt, iidem invenient exitum.
Induſtria enimverò opus erit; juvenis ut animum
Invadam percuniculos, utque errores dextrè ſubruam.
Perque has ruinas veritatis introducam præſidia,
Et commeatum ſapientiæ, quantum pro fidei hoſtibus
Avertendis abundè fuerit, quantum firmitati ſatis.

## SCENA VI.

*Ioſaphatus ad Barlaamum admiſſus, ab eo de Chriſto ſibi ignota cognoſcit.*

IOſ. Ain' ô bone ſenex, gemmam te habere, ita admirabilẽ,
Ut India noſtra ſimilem non habeat? *Barl.* Fidenter equidem
Ita aſſero, Domine mi Rex, tui ego hanc gratia huc adfero
*Ioſ.* Amabo te, ſine eam videam. *Barl.* Quam mox dabo, tuum ſi prius
Exploravero animum ſatin' is prudentiæ habeat quidem,
Ut gemmam hanc agnoſcere, utque conſervare oppidò queat.
Nam abs Rege huc miſſus peregre venio, qui Regibus,
Qui mundo, qui cœlo etiam imperat, hujus nunc ego
Negotiationem apud te atque negotium agere inſtitui.
Sed juſſus cavere ſedulò, ne margaritas porcis projiciam,
Luto atque impuritati obnoxiis, frugis nullæ admodum.
*Ioſaph.* Admirationem ipſam loqueris, quis iſte Regum obſecro?
*Barl.* Immortalis eſt, & illud habitat cœlum, quod vides,
Hanc terram implet, ſervans, movens, regens omnia.
Utque de nihilo iſta fierent verbo imperavit unico,
Verbo impetravit, ſi ſapientiam ejus æſtimes, ſcit omnia.
Si potentiam, poteſt. Tu quod vivas modò, quod ambules,
Quod jue adeò hæc ſentias, & intelligas quæ audis modò,
Illi ho : debes antori, cui bonorum fons ſcaturit omnium,
Sine q o neque vitam tu habere, neque vivere illam queas.
Sed m xtus hic eſſe cogar, ita ſunt in illo plurima,

Quæ

Quæ neque centum ego linguis, neque centum, annis ex-
pedivero.
*Ioſaph.* Iam verò ego te, quem ſtulteſcere antea nimio
cenſui,
Pluſquam Moriam, ipſam audio ſapere Sapientiam
Atque obſecro, nunquid iſtum ego Regem uſurpare præ-
ſentibus
Ut poſſim oculis, tu facto mihi facere queas gratiſſimo?
*Barl.* Potero, ſi mihi aures priùs, atque animum uſurpare
tuum,
Ad nutum liceat, ſi edocuero, quâ id ratione impetrave-
ris.
Nam licet Rex hic major planè atque abſimilis eſſet tui,
Tamen carnem, atque vultum modò, uti tu uti ego, gerit;
Ut cerni queat, atque amari ad ſatietatem jucundiſſimam.
*Ioſaph.* Quàm ad iſta, ut intelligam, mihi animus
Ac cura omnis adſpirat, cave obſecro longiori morâ.
Succede conclavi, vacabo inibi totus, & integer tibi.

## CHORUS.

### *Res omnes creatas ad Dei nos cognitionem ducere.*

1. Quid diu cæcas miſeri per umbras
Quærimus Divos? Deus unus omnis
Arbiter mundi manifeſtus ipſis
Lucet ab aſtris.
2. Lucet ex flammis Iove fulminante,
Lucet ex ipſis tenebris reducto
Sole frangendis. Deus unus omni
Præſidet orbi.
1. Si polos quæras croceique Phœbi
Luce depexos rutilante crines;

Et comam Phœbes. 2. Deus unus omnis
Conditor aſtri eſt.

1. Tempus explora; liquidoſque puri
Ætheris curſus, fluit ordinato
Orbium gyro. 2. Deus unus altæ
Præſidet æthræ.

1. Quære diviſis elementa ſignis.
Quis leves flammas regit, ac inertem
Deprimit pontum? 2. Deus unus igni &
Præſidet undæ.

1. Quære tellurem redeunte brumâ:
Rura quis mulctat, virideſque ſilvas
Fructuum penſo? 2. Deus unus atro
Præſidet anno.

1. Vere jam nato, quis amœna rurſum
Rura frondenti redimivit umbra?
Quis roſis veſtit? 2. Deus unus albo
Præſidet anno.

1. Quis regit triſtes Boreæ procellas?
Quis leves agro Zephyros repenti
Mollior laxat? 2. Deus unus omnem
Irrigat hortum.

1. Alites mellis, facileſque ruris
Hoſpites turmæ; quis aprica vobis
Prata fecundat? 2. Deus unus omnes
Excolit agros.

1. Remiges cœli, volucrum cohortes,
Quis latus pennis, celerique plumâ
Induit corpus? 2. Deus unus omnem
Dirigit alam.

1. Quis vehit parvas ſuper aſtra muſcas,
Addit, & pennas, homini negatas
Dedito terris? 2 Deus unus autor
Orbis, & alter.

1. Quære Narciſſum, quis inane vitæ
Præputet filum? ſenioque contra
Neſtoras donet? Deus unus omnis
Arbiter ævi.

1. Iſta

1. Iſta neſcimus, nimis impotentis
Hoſpites mundi? nihil orbe toto
Dextra mortalis regit, unus orbi
Imperat autor.
2. Omne quod læto ſpatioſus æther
Ambitu claudit, tibi ſignat unum
Orbis autorem. Deus unus omni
Præſidet orbi.

## ACTUS III. SCENA I.

*Zardanus Ioſaphatum fruſtra à Barlaamo avertere nititur.*

ZArd. Ah Ioſaphate mi, meæ deliciæ, cura, & amor patris,
Quid ſic amicè uteris hoc præſtigiatore ſene?
Fraudes, fraudes vereor, anime mi. annoſæ vulpeculæ
Ne quid fidas nimium, facilis juveni deceptio eſt
Fallaciarum imperito. *Ioſaph.* Iſtis curis fac ſit otium.
Auſcultare quidem atque aſſentiri a: bitrarium eſſe ſcio.
Mihi aures duæ, ipſi lingua eſt unica: effundere ego
Unde veniunt, plus quam ille affundere verborum, queo.
Utravis lævâ atque dextrâ, ſi gratiam minùs habent, abeunt.
*Zard* Sed Chriſtianus eſt Deorum hoſtis, ac patris tui.
*Ioſaph* Utcunque nomen habeat, meâ nil refert, doctrinam æſtimo.
*Zard.* Stultum adeo nil eſt, atque iſtius hominis ſapientia.
*Ioſaph.* Nihil ego te magis ſapere, quàm fungum puto emortuum.
Qui nigrum atque album quid interſit hactenus nondum ſcias,
Tuis rebus tu ſedulum curatorem temet adhibe.
Mihi ego jam nunc per ætatem cavere didici, nequid perperam.
*Zard.* Abſceſſit? ah! perditionẽ meam abs hoc juvene video.

Quid agam? unde huic conſilium, atque auxilium petam malo?
Parens ubi iſta reſcicrit, utriuſque pernicies certiſſima eſt.
Hoc ipſe cavit hactenus, nec ſatis tamen cavit malum.
Tacebo? neque hoc conſultum eſt; nam & invaleſcet noxia,
Et occultari denique non poterit, indicio prodenda ſuo.
Senex, ſenex perditiſſime, quantum abs te mihi eſt
Malorum? ah! quam me vitæ & ſervitii tædet mei!
Gnatum ego regium, non credidi amico, hoſti prodidi.
Heu quantus animo mœror incumbit meo.

## Scena II.

### *Ioſaphato Barlaamus valedicit.*

*Ioſ.* Ah ſuaviſſime mi Pater, ita nos divellimur ſubitò?
*Barl.* Ni tempus avocaret, obſequerer animo tuo, atque meo.
Fratres reviſam oportet. Tibi proviſum eſt ſatis
Ab eruditione, ac prudentia, rebus ut conſulas tuis.
Sacro deinde ablutus fonte, Chriſti inter aulicos
Cœpiſti eſſe, atque dæmonis mancipatui eripi,
Fortitudinem denique habes, hoſtibus ut obſiſtas tuis;
Et patris uti ſpernas minas, illecebras etiam rideas.
*Ioſaph* Soluſne igitur & abſque præſidio pugno? *Barl.* neutiquam
Mi fili, Chriſtus pro muro, propugnaculo, præſidio eſt,
Cui nulla hoſtium vis, nulla par ſit audacia.
*Ioſaph.* Quin tecum eremum adeo? *Barl.* Erit, cùm id facies opportuniùs.
Vale nunc. *Ioſaph.* age mi Pater, hoc tuæ argentum viæ,
Atque inopiæ levandæ accipe. *Barl.* Paupertas viaticum eſt
Mihi optimum ſemper, hac ad te veni comite

Hac

Hac & redibo. Equidem nolo furum invidiæ eſſe obnoxius:
Inopiâ ſiquidem abundare ego, quam periculis mavelim.
*Ioſaph.* Aliquid uti abs te, jam nunc abituro, impetrem, poſtulo.
*Barl.* Patrem rogas? *Ioſaph.* Mnemoſynon tui hoc oro pallium
*Barl.* Ita tritum? *Ioſaph.* Serico, argenteo, aureo, rependam tibi.
*Barl.* Ah mi fili beneficium dare, quam accipere beatius eſt.
Veſtem hanc aſperam non denego, aliud admitto nihil,
Quam quo nuditati ſoli conſulam, lucri nihil faciam.
*Ioſaph.* Ehodum famuli, veſtem huc ferte aliquam.
*Barl.* Fruſtra es, niſi centonem pro centone reddas mihi.
*Ioſaph.* O ſine, mi pater. *Barl.* Nihil ágis. *Ioſaph.* Date igitur rudis fili pallium.
*Barl.* Rectiſſimè. aliter ego verſuram hodie nullam fecero.
Quid me deceat ſcio; egere ſemper cupio, ne quo egeam.
Cape hoc amoris mei pignus, & Dei huic affige memoriam,
Qui te mei primò compotem, me denique fecit tui.
*Ioſaph.* Exoſculor Pater pignus hoc tuum. amorem tuum.
O dulce munus, recipe hoc vile nunc collicinctium.
*Barl.* Abs te vile nihil eſſe poteſt. In hoc agnoſcam filium
Præſentem abſens pater, dum coram aliquando aderis.
Vale igitur fili mi. *Ioſaph.* vale mi Pater, vale millies.
*Barl.* Quid ita adhæres collo? Quid ſequeris? *Ioſaph.* ah mi pater
His ſine pedibus, prò me feſſis ac preſſis toties figam oſculum
*Barl.* Abſiſte, quid agis? indignis pedibus Rex vultum amove.
Permitte abitum, vale iterum. *Ioſaph.* vale mi Pater, ah, quando ſequar?

## SCENA III.

*Abenner per Naires ſive nobiles aulicos Zardani ægritudinem. Deinde Filii converſionem magno dolore intelligit, Arache aulico Regem ſolante, & nova conſilia ſuppeditant.*

ABen. Aulâ abſtinere video Zardanum mea,
Rectene valeat gnatus incertum patrem
Relinquit abſens *Naires.1.* Morbus afflixit virum
Fixitque lecto, *Aben.* Morbus? Hoc Regem latet?
*Nair.2.* Tantum eſt febrilis noxa, *Aben.* Zardanum mihi
Perire nolim, tanta facilitas viri eſt,
Fideſque tanta, pignus hic Regi ſuum
Cuſtodit auro carius. nullo ſatis
Pretio æſtimandum filium: ſi me Dii,
Si gnatum amatis Cælites, vivat diu
Zardanus, aula mereat hunc virum mea.
Sed ecce Medicum, fare quid morbi refers?
*Medicus.* Triſtitia morbum peperit, & gravis dolor
Conceptus animo. Corporis nulla eſt lues.
En ipſe languens obviam Regi ſubit.
*Abenner.* Zardane quod tam ſquallido vultu malum
Portendis? *Zard.* Eheu doleo! ſum factus nocens:
Ignoſce, *Aben.* tacitum nemo condonat ſcelus:
Expone culpam. *Zard.* Gnatus admiſit nefas,
Meque innocentem ſcelere devinxit pari.
*Abenner.* Gnatusne? quondam eſt crimen? *Zard.* ah, liceat Patrem
Celare noxam filii! *Aben.* Ignoret pater
Delicta nati? ſubmove indignas preces.
*Zard.* Errore captus, ſprevit imperium Patris.
*Aben.* Adhuc moraris? ede, quod nefas latet?
*Zard* Eſt Chriſtianus *Aben* gnatus? *Zard.* heu! gnatus tuus.
*Aben* Indigna cœlo ſidera, indignus dies
Qui cernit iſtud facinus, & celat Patrem!

Meus

Meus ille, Chriſti, gnatus, ut numen colat,
Deoſque ſpernat? teſte quo facinus probas?
Quis ſceleris auctor? *Zard.* perfidus Barlam ſenex,
Latenter aulam ſubiit & gnatum ſuâ
Excoluit arte; denique adhibitum ſacris
Immerſit undis. *Aben.* ah! ſatis vixi miſer.
Perii ſuperſtes, gnate, tu Regem & Patrem
In hoc reſervas? noſtra ſic pietas tibi
Amorque vilet! ſemper infelix fui,
Seu ſterilis eſſet thalamus, & blandum patris
Neſcire nomen cogeret; ſeu cum pater
Mereor vocari, nulla ſub partes meas
Fortuna tranſit, prodidit ſemper fidem
Quidquid ſpopondit, fata me perdunt mea.
Zardane, gnatum credidi inſontem tibi,
Sontem reponis, ſpemque regnorum amputas?
Quid patre dignum reddis, & dignum Diis?
Ita per amicum credulus amicus perit?
*Ara.* Rex vive, mentemque advoca rurſus tuam,
Sperare jubeo, repetet autorem dolus,
Fraus iſta gnato proderit. Cura ocyus
Senem expeditus miles, abſtractum fugâ,
Nobis reducat: faxo, quâ gnatum imbuit,
Vel ſponte, vel coactus abducat fide.
Quod ſi latibulis erui nequeat ſenex
Manusque noſtras fallat: eſt homo mihi
Perſpectus, alter Barlaam, ita vultum gerit,
Vafer Poparum doctor; hic juſſus ſenem
Simulare, juvenem fraude pelliciet novâ
Chriſtum tuendo propalam, fictè tamen
Palmam daturus denique oppoſitis Sophis,
Ita mox ſequentem filium victus trahet.
*Aben.* Quam metuo, ne nos ſera remedia doceas!
Prius obſtruenda fuerat ad malum via,
*Zard.* Nihil experiri nocuit. *Aben.* experiar lubens;
Sed Chriſtiana pertinax fides malum eſt.
I fide miles, junge tibi promptam manum
Et ſiſte Regi Barlaam. Vafer ſenex,

Et ſiſte Regi Barlaam. Vafer ſenex,
Et perduellis ſemivir, regno, mihi,
Natoque ſic illudat! ô probrum Indiæ!
Agedum ſatelles filiam accerſe ocyus.
Tentandus animus juvenis eſt minas, preces.
Imperia permiſcebo, vel amori Patris,
Vel ſe furori debet. Obſequium volo.
Ferro atque flamma, ſi quid in vitium tumet,
Etiam putandum eſt tenera dum primùm ſuos
Incurvat artus planta. difficiles parum
Habet reflexus, grandior duro magis
Rigore perſtat Pronus ad nutum hactenus,
Niſi mente ceſſit, natus, imperium audiet.
En prodit: & ſecurus affatum petit.
Fili quid hoc eſt? fallor? an fallis Patrem,
Deoſque ſpernis patrios, qui te mihi
Dedere quondam ſupplici, quibus hanc diem
Sortemque debes? *Ioſaph.* Falleris, dulcis pater,
Ille, ille cœlorum artifex, potens Deus
Qui te patentem fecit, & Dominum mihi.
Tuus ille, & orbis Rector, eſt Numen meum!
Hunc veneror. *Aben.* Et quis iſte? *Ioſ.* ſi quæris? Deus
Homoque Chriſtus. *Aben.* Nempe perfidiam tuam
Specioſus ille titulus obvelat Dei.
Inſane juvenis, degener te tot atavis
Unus nepotum. *Ioſaph.* Nempe quod factum bene eſt,
Pater improbabis? *Aben.* Stulte quod nemo probat,
Unus probabis? *Ioſaph.* Ex cute quod egi, Pater,
Ratione tecum ſedulâ, ſi quid mali,
Puni nocentem. *Aben* Vita proavorum docet,
Quo ſtultus abeas. *Ioſaph.* Recta quod ratio docet,
Non credo proavis, ſed mihi cuivis ſua
Lex mente ſcripta eſt, multa delirant ſenes
Quæ corrigit prudens nepos *Aben.* Parens jubet.
Spernis parentem? *Ioſaph.* digna ſi jubet ſequor.
Et ratio dictat. *Ioſaph.* Ratio quod æquum eſt docet
*Aben.* Æquum ac iniquum quid ſit, impoſtor ſenex
Peregrinus, exſors, vixque ſat notus ſibi,

Te doceat! Age ſi revocet, & fraudes ſuas
Teſtetur ipſe, nunquid agnoſces dolum?
*Ioſaph.* Sed veritatem fraudis expertem ſcio.
*Aben.* Ne veritati deneges locum, rogo.
*Ioſaph.* Hoc imperare, mi pater, etiam potes,
Parebo non invitus. *Abenner* & Barlaam tuus
Quam mox reductus faciet erroris reum.
Se, teque, palmamque ilicet ſophis dabit,
Te teſte victus, craſtinam pugnæ diem
Huic deſtinamus, finem hic errori dabit.
I nunc ſalutis cura te penes tuæ eſt.* **Ingreditur Aben.*
*Ioſaph.* Ah! Barlaame, fata deploro tua.
Per me peribis? quis tibi inimicus viam
Obſtruxit? & in vincla deduxit Patris?
O Magne cœli conditor, & orbis parens
Iuſtique vindex, Barlaam ſerva mihi,
Atque invidorum ſtulta conſilia opprime.

## CHORUS.

*Repræſentat Ioſaphato in ſomnum inclinato Barlaamum in Eremo cæleſti ſtipatum Angelorum conſortio, & melodiæ ſuaviſſimæ intentum.*

## ACTUS IV. SCENA I.

*Nachor, Arache inſtructore, ſuſcipit Perſonam Barlaami.*

*ARaches*. Hem Nachor te ego hodie Vertumnum volo, atque Mercurium.
*Nachor.* Magnam rem facis, ſi murem Elephanto æques, & me Diis.
Fac tibiam tubæ potius, & aquilæ teſtudinem ſimilem.

Ex Æſopo Paridem, ex Paride Hippolytum fac, ut credam.

*Arach.* Iam video Mercurius es, ita polles vafriloquio.
Vertumnus etiam mox eris, ubi tuo te excoriaveris corio.
Atque alium quam mox habitum indueris, & vultum abs tuo.

*Nachor.* Eâdem me opera ovem atque lupum, graculum facito & luſciniam

*Arach.* Quid tibi facilius quàm vulpinari cum vulpibus? ſiquidem
Ut Aſinus aures, ſic tu in capite aſtutiam geris maximam,
Deceptionis omnes, atque fraudis, articulos calles oppidò.

*Nachor.* Præclara enimverò laus. Aſinus in pelle Vulpeculæ.

*Arach.* Myſteria hic portat aſinus *Nach.* quin veneraris flexis genibus?

*Arach* Regis noſtri filium? *Nach.* vel ex odore, ut Dominum canis.

*Arach.* Deceptus ille eſt. *Nachor.* magis mirum, quàm cùm decepta femina eſt,
Ita illis decipi quotidianum eſt, citò qui credit, cito decipitur,

*Arach.* Proverbium loqueris, ne Catoni quidem ſemper dem fidem:
Cum tot ſint Cretenſes, qui Cretam nunquam viderint.
Decipiendus eſt. *Nachor.* deceptum decipere haud ita facile eſt:
Nam icti ſapimus. *Arach.* Barlaam ipſi extorſi fidem
In patriam, in parentes, in Deos. *Nach.* Herculi clavam ſurpuit.

*Arach.* Tu reddes. *Nach.* facilius iſtud fecero, quàm volet Elephas

*Arach,* Tu Barlaam eris. *Nach.* qui neque ſum, neque unquam fui, is ero? (lud hodie.

*Arach* Cerebrum habes; *Nach.* ſcio; niſi edormiverim il-

*Arach.* Et linguam verſuti loquar. *Nach.* gaudeo me tibi eſſe ſimilem.

*Arach.* Et barbam Eremiticam. *Nach.* Nolo me hircum faxis modò.

*Arah.* Et Vultum Barlaamo ſimilem. *Nach.* magis quàm canis noctuæ.

*Arach.* Proin, & veſtes ſumes, & pallium, & cingulum.
*Nach.* audio.
*Arac.* Ut alius jã non ſis, quàm ipſe Barlaam, *Nach.* Eia bonis
Iſta avibus, ſiquidem ſycophantias extruis, calleo.
*Arach* Loqueris primo uti Chriſtiani aſſolēt. Lauda, proba
Chriſtum ejuſque aſſeclas: iſtos medullam ſapientiæ
Sectari, umbram ceteros, aſſere; denique ubi jam Sophi
Multa in te atque Regis filium intorſerint jacula.
Tu veluti victus concidens, manus porrige victoriæ.
*Nach.* Habeo rē indigitis, omnia tibi explebo ad numerum.
*Arach.* Ad Regē inviſe, ut mandata audias, quid facto opus,
Hem *Præco*, clamore omnes ad aulam Sophos advoca.

## SCENA II. Præco.

ADeſte Bonzii, adeſte Brachmanes, adeſte Jogues,
Cantores, Laniſte, Igniferi, Thuriferarii, Sacrificuli,
Adeſte ad Aulam regiam Philoſophi, Theoſophi,
Coſmologi, Aſtrologi, Ornithologi omnes adeſte ocius.
Volumina librorum & cerebrum & cor adferte ſapientiæ,
Ut quæſtiones texere, & ſolvere, & includere adverſarium
Poſſitis, uti aranea culicem, uti cattus muſculum.

## SCENA III.

*Diſputatio, in quâ fictus Barlaam, id eſt Nachor, Dei ordinatione ſeriò & victorioſè fidem Chriſti coram Rege tuetur pro Ioſaphato.*

A*Benner.* Age mitiora gnate remedia elige,
Nec temet orbi temerè ridendum exhibe.
Quod ſapimus etiam ſapito communi malè
Rudes abimus orbita. Et tori patent
Quotcumque propriis legibus vitam ac fidem
Malè auſpicamur; patriâ extorres viâ.
Crede, hæc parenti, nec cui vitam imputas,

Fidem recuſa, mereat hoc ſupplex quoque
Tibi imperare qui poteſt, rogat tamen.
Laudem hanc parenti ne nega extremam tuo.
Habuiſſe promptum filium, Diis pium,
Regi obſequentem, patriæ decus ſuæ.

*Ioſaph.* Quodcunque lubeat impera, promptus ſequar;
Sed veritatem prodere, errorem ſequi,
Vitam ac ſalutem deſerere vano metu,
Nec ipſe ſuaſeris pater. igitur prius
Errare me, quam ponere errorem doce.

*Aben.* Age ſit periclum. Barlaam partes tuas
Accedat, omniſque adſtet adverſum Sophos.
Tranſibo victus in partes lubens tuas,
Victuſque gnatus ibis in partes patris.

*Ioſaph.* Accipio legem. Barlaam detur mihi.

*Aben.* Adeſte Barlaam & Bonzii. fili patris
Accede dextræ. *Ioſaph.* dignus hic gnato locus eſt.
Adſiſte Barlam. *Aben.* ſtate vos contra Sophi,
Et Chriſtiani Numinis falſum decus,
Verum Deorum pandite. Autorem ſuum
Agnoſcat orbis. Munera ac honores manent
Victorioſos, ceterùm pœnæ graves,
Exilia, flagra, præmium victis erunt.

*Ioſaph.* Hem Barlaame, mitius ſpera nihil.
Si cauſa tua te deſerat, linguam hanc tuam,
Errare quæ me docuit, hoc pectus tuum,
Ita fraudulentum, manibus exſcindam meis.
Scrutabor in te perfidum quidquid fuit
Fraudeſque juvit, victor honorem feres,
Et plena laudis merita decerpes tibi.

*Nach.* O Anguſtiæ! Pereat, quisquis me in hunc laqueum
induit.

*Ioſaph.* Ehodum, adſtes propius, ſcutũ ſume, & metũ abjice.

*1. Bon.* Tu te Barlaamum aſſeris? *Nach.* aſſero. *Bon.* Cur
Deos negas.
Magnoſque Bagodes deſpicis? *Nach.* quia figmentum ſunt ridiculum,
Et purum purumq nihilum. Unus & verus eſt Deus

Rerum

Rerum omnium quæ ſunt, quæ fuerunt, erunt denique.
*1.Bon.* Miſerrima paupertas, ita Deorum pati indigentiam.
An tu uni Deo tot eſſe credas oculos, rebus uti omnibus
Invigilet affatim? ſtultitiæ obſecro ſtude ſepelibili.
Quis unus omnia in mundo ſciat? omnia faciat? adſit omnibus?
In Paphlagonia, ſimul & America, atque hic in India?
In cœlo, in mundo, in aere, in aquâ, in urbe, in ſolitudine?
Qui ſapientis juxta & ſtulti, meum & tuū habitet cerebrū?
*Nach.* Unus, mi homo, unus Deus eſt. nam ſi duo, aut plures dic age
Quis alteri imperabit, movebit alterum, major ſit altero?
Virthunus an Pyrama? ſi in his minor unus Deus eſſe nequit,
Quia tegitur, non regit, ſi par alter, jam nunc ediſſere,
Cunctane uterque bona poſſideat, habeat, regat, propria?
Si ais; jam conveniunt atque unus ſunt, cum nil diſcrepent.
Si negas, jam Dii eſſe nequeunt, ut quibus deſint plurima
Quæ Socii Dii habeant, ipſi deſiderant. Hinc mutua æmulatio,
Invidia, pugna, & urbis à tot moderatoribus everſio.
*2.Bon.* Iam ego te infoveam, quam effodiſti, agam ocyus.
*Nach.* Ne triumphum ante victoriam. *1.* Nunquid plures Deos negas?
*Nach.* Niſi ſurdo fabula, jam noſti *1.* fabula inquam, haud ſurdo tamen.
Et Chriſtum vos hominem eſſe dicitis, atque ètiam Deum,
Bis eſſe genitum vultis, qui ſimul & Matrem habeat ſine Patre,
Et rurſum Patrem ſine Matre, diverſus atq; idem cum Patre.
Quanta obſecro hic diverſitas? *Nach.* Una omnium divinitas
Natura, viſque una, in perſonis ſolis unicè diſſident.
Atque iſtâ, quâ ſe Chriſtus naturâ induit, hominis.
Quæ tamen perſona ſubſiſtit Dei, qui unus tantum & unicus.
Quis iſta ratione queat aſſequi? *Nach.* anguſtius fateor tibi
Eſt cerebrum, quam ut capias, quod orbis nullus capit.
Miſer enim ſit, quem tu caperes, Deus, qui te vix capis:
Ita rebus abundas plurimis, quas neque noſti neque vides.

Bonz. 1.

*1.Bonz.* Unde igitur tibi iſta? ex Iovis diphtera an Mercurius
Hoc nuncium prodidit? an fortè tu Deorum è cerebro,
Uti armata olim Pallas? *Nach.* Deus ipſe docuit factus homo
*1.Bon* Quis ipſum factum hominem eſſe docuit. *Nach.* & ipſe,& Angelus,
Et mille teſtes. *1.Bon.* Vertumnū cum Romanis, aut Proteū
Cum Græcis Deum facitis niſi quod iſtis etiam mutabilior,
Ex æterno temporalis,ex immortali mortalis, miſerrimus
Ex feliciſſimo,utq; abſolvā verbo.ex Deo factus eſt homo.
Quis iſtam Metamorphoſin mendaciſſimus licet finxerit ?
*Nach.* Nimium tu mihi plus hodie , velle videris ſapere, quàm ſapis.
Enimverò ut rem ſcias, factus ille eſt homo qui non erat,
Et manſit idem ille Deus,qui erat hinc mortalis homo
Immortali Deo ſociatus,non eſt figmentum,ſed hiſtoria,
Quod ab illo factum eſſe potuit,qui ſcit & poteſt omnia.
An non idē homo mortalis eſt corpore,immortalis anima?
*2.Bon.* At quo fine in *Deo* tam miſera atque miranda cataſtrophe ?
*Nach.* Ut amorem ſuum in nos homines (opus ſuum) admirabilem,
Nobis ſimillimus,noſtrà in naturâ, noſtris loqueretur vocibus;
Utque nos perditione perditos,Adami protoplaſti ſcelere,
Eximeret,ſervitute,morte, ultimis miſeriis ſuum per ſanguinem.
Habes verba? ut hoc fidei noſtræ fundamentum deſtruas ?
*Aben.* Age Barlaam,ut citra flagitium iſthæc omnia afferas.
*Nach* Pro veritate adſto,quā niſi ſophi evertāt,nugas agunt.
*Aben.* Obmuteſcitis? exanimales vos fecero, crucis cimelia
*1.Bon* Mendacium mendacio,velut licium attexit licio.
*Nach* Niſi quid aliud in defenſionem afferas, reſpondi tibi.
*2.Bon* Pyramam tu ex Diis proſcribes? *Nach.* veritas id facit,
Nam neque ego Pyramam qui ſtruit,aut Vithunum qui deſtruit,
Nec Uniterem qui conſervet omnia, prudens admiſero.
Quippe qui ſtruere mundum, idem conſervare; idem deſtruere

Us

Ut non queat, nemo perſuaſerit, etiam Suadæ filius.
Et vide ſi tu pacē his Diis familiarem exiſtimas, qui invic
Aliena tractant, agunt, deagunt, pugnant ſententiis.
*Joſaph.* O Pater. quàm iſta firma ſunt rationis patrocinio?
Adiicite oro ſuffragium, veſtro ut & calculo
Ttiumphet veritas. *Aben.* benè habet, pugnatum eſt ſatis,
Deferbuit longior pugna. cras turſum ad arma ibimus.
Ut pœnam dicam victis, victoribus ſuum præmium.
Unà mecum Barlaam, unà ſophi concedant ad regiam.
*Joſap.* Æquum eſt, mi pater. Barlaam, ut plurium inſolentiæ
Sophorum abſit, atque is mecum, tui tecum abeant,
Ne cauſam hanc diffidentia interveniat, aut fraudatio.
*Aben.* Fac animum tuum, ne quid abs inſidiis metuas tibi.

## SCENA IV.

*Ioſaphat Nachori dolo exprobrato ſolitudinem ſuadet, Patris ut iram ſic evitet.*

HEm larvate Barlaam, non me fugit dolus tuus,
Nec vultus, nec habitus, nec ſermo te meis ex oculis
Ita eripuit, ut Nachor non eſſes amplius; novi omnia.
In pelle vulpis etiam glaucomata mihi non feceris,
Neque os aſſentatione ſubleveris, eventu tamēn optimo
Flagitium perdidiſti, & innocenter fuiſti nocens,
Deo prudentiam veſtram majore evertente prudentiâ
Nimis incautè irrepſiſti tanta miſer in pericula,
Alios ut tecum abriperes in interitum. *Nach.* Ignoſce obſecro,
Omni maleficio dignum me feci qui perſonam fingere,
Et veritatem prodere facto admiſi nimis execrabili.
Mihi obſequi Regi par fuit; ſed tu terrorē incûſſi ſalubriter,
Meque depuliſti animo, morte propoſita niſi te defenderē.
*Joſaph.* Dei hoc conſilium: & hoc ille te pacto ſapientius ſapere,
Et frugis bonæ eſſe voluit, proin ego te mecum modô
Habere hodie volui; ne tibi pater quid adferret durius,
Ob illud

Ob iſtud veritatis patrocinium: utque ego gratiam gratia
Rependere aliquam poſſim, atque hortari ſedulò, ut tua
Hac mente ne abſiſtas denuo. Sequere lumen obortũ fidei.
*Nach.* Suades quod cupio; ſed quod eſt difficillimum homini perdito,
Qui omnem ſibi inclementiam vitâ promeruit peſſimâ,
Qui nihili eſt, ut eum Deus æſtimet, & ſibi charum eſſe velit.
*Ioſaph.* Injurioſè loqueris, ne tu Chriſto inclementiam dederis,
Ita is abundat lenitate facillimâ omni homini erroneo.
Qui ut ſcelerum vinculis obnoxiis redemptionis lytrum faceret,
Cœlo venit, hominem induit, vitam dedit & ſanguinem.
*Nach.* Quin igitur Chriſtianis me adjungo, & Eremum adeo
Mea ut peccata pœnitudine digna expiem. *Ioſ.* Rectè ages
Atque etiam præparatum tibi ab Rege devitabis exitium.
*Nach* Nil moror, obtempero jam nunc, ac pedibus ego tuis
Rex optime advolvor indignus, & amplector ultimum
Vale mi Rex. *Ioſaph.* Nachor mi, amplexus hos ſubi, & vale.
*Nach.* Vale ſalus mea *Ioſaph.* I ſociis angelis, Chriſto duce
Egomet ad patentem rurſum intrepido animo conferam.

## SCENA V.

*Rex pro diſputatione redit, atque intelligit converſum Nachorem: proinde furit, ac gnatum ex Theudi conſilio per puellas ſubmiſſas tentat.*

Solitudinem pro comitatu huc adfers mi fili, quid ita?
Ecce Sophi mei, ubi tuus eſt Barlaam? *Ioſ.* Novi Barlaam
Et Nachorem etiam, mi pater: non imponis filio.
Fraus ſuboluit. *Aben* quid agis fili ſatin'es ſanus modo?
*Ioſaph.* Sanus equidem, quam diu me Deus amaverit ſoſpitem.
*Aben.* Grata dicis, ſed ubi Barlaam eſt? *Ioſaph.* ludum me facis, Pater,

Qui pro auro obtrudis ſcoream, pro Barlaamo Nachorem.
Sed Deus eſt, qui ex ſcorea aurum, ex Nachore Barlaam
Efficere, ceu ex peſtilenti fumo, ſalubrem poteſt pluviam.
Agnovit ille errorem ſuum, atque tuum, proin pœnitudine
Ad eremum atque Chriſtianam avocatus vitam, abiit.
*Aben.* Ain' ita eſſe? *Ioſaph.* uti aſſero, mi pater. *Aben.* vanitatem veſtram Sophi!
Veſtram ignorantiam non erubeſcitis? Dii veſtram fidem
Obteſtor, peribitis, perniciem vobis advocaſtis ultimam.
I mox Satelles vincula, carceres, cataſtas, rotas adhibe.
Et tu, fili, abſis loco, confuſionem attuliſti patri.
Quid ago in hoc præcipitio? filium, an me negligo?
Deosque colo, an deſero? vah torporem veſtrum & ſegnitiem Dii?
Vos veſtram cauſam ita deſerere? quid victi ſumus,
Si Divi eſtis? ſi non, quid vos moror? Sed ut transfuga
Ad Chriſtum abeam, regiam dedecet conſtantiam.
Ah fili, quò Patrem detrahis! *Theudas.* Rex age, querelis tempera.
Moroſum ego tibi filium, uti ceram faciam tractabilem
Ad omnem tuum ductum, ceu penicillum pictoris in manu
*Aben.* Quâ id arte? *Theudas.* Jam mox intelliges hac ex fabulâ
Erat Rex unici parens filii, uti tu nunc es; ille monitus
Abs medicis, fore ut filius careret oculis, niſi prius
Quam annos natus eſſet duodecim, omnem neſciat diem.
Ergò obſcuro loco alitus, ſerò tandem in ſolem prodiit,
Ignarus multarum quæ mundus habet, & videndi avidus.
Rex itaque animantes adducit filio varias, pretioſa omnia
Aurum, uniones, purpuram, & quidquid rarum imperat,

Ut compendio aliquo tot annorum ferret diſpendium.
As perdiſceret ex nomine ſingula. Ubi ille in ceteris
Mulierem obſervans lepidam, prout olim ſuetat Venus,
Abs Paride cum pomum ferret, nomen rogat ſedulò.
Cui tum quidem miniſter, has eſſe, aſſeruit, Dæmonas,
Quæ errore hominum animos obſtringerent noxio.
Puer tamen rogatus abs patre, nil perinde atque has Dæmonas
Placere dixit. Tibi, Rex maximè haſce ſuadeo Dæmonas,
Quas ut potes lepidiſſimas, tribue pro affeclis filio.
Quæ prompta ubique ſervitudine, blanditiis, gratiis
Adſient, miniſtrent, ſuavienter, ornent, illiciant
*Aben.* Conſilio abundas, mi Theuda. *Theud.* Sampſonem fortem femina
Olim in Hebræis domuit, Davidem demutavit pium,
Salomonem excecavit Sophum. *Aben.* Scio, age meo imperio
Quam mox agenda, quæ duxti Habes in aulâ Regis filiam,
Aliaſque forma & genere nobiles: adduc ocyus.
Alios miniſtros ſubmove. Hoc viſco tenebitur.
*Theu.* Soluſne hic ago? bene eſt ehodū familiares mei genii
Aſtroth & Uriel, vobis ego tres paſſus regredior modo,
Tres vello pilos, ter me curvo, ter pede terram quatio. *
Aſtatis ocyus? aſtutos, vafriloquos, mel & gratias
Loqui velim ego vos hodie Joſaphato, ut amare Venerem,
Ac Veneris filium faciatis Cupidinem. Socias dabo,
Uti poteſtis velle, elegantiarum pleniſſimas Virgines.
Hem Uriel, te pectus habitare Juvenis velim atque inibi
Libidinum faces ſuccendere, quantis potes ignibus omnium.
Et effundere mulſiloquentiam & blanditiarum illecebras.
Videte ne quid negligentiâ veſtrâ peccetis in re ſeriâ.

* *Dæmones evocantur.*

## CHORUS.

*Certamen divini & terreni amoris, mutuaſque utriuſque ad muſicos numeros invitationes Ioſaphati continet, hoc denique ab illo ſuperato, atque in vincula abſtracto.*

## ACTUS V. SCENA I.

*Ioſaphatus inſidias pudori ſuo poſitas ſubterfugit.*

Fugiamus; omnis ſubiit infernus domum:
Flagitia regnant quam prope perieras, nimis
Incaute Juvenis! qualis ætnæus furit,
Et clauſtra montis inter exundat vapor;
Talis pudoris inter & Veneris faces,
Incertus æſtus pectore exſurgit meo.
Meminiſſe fœdum eſt; Vah pudor! nullus pudor
Regit procacem feminam, nullus timor
Armat pudorem; quodlibet ſuadet nefas.
Frons blanda, vox proterva, venalis pudor.
Periculoſum prælium! immitis pater
Qui ſic reſiſtis filio: mitis Deus
Qui prælianti robur, & animum dedit;
Sed ecce patrem ſceleris autorem novi.

## SCENA II.

Ioſaphatus *Patri* Abenner & Theudæ *exprobrat nefarias machinationes.*

A*Ben.* Joſaphate fili mi, quorſum ſic ſolus, ſine ſatellitio?
*Joſaph.* Exilium, mi Pater, exilium cogito. *Aben.* Quid ita, anime mi?
*Joſaph.* Ac ſi neſcias quid cauſæ, qui violentiã mihi adhibes,
Qui expugnas pudorem meum, ſalutem extorques impiè.

Quam

Quam neque tu dediſti mihi,nec amiſſam potes reddere.
Sed ut mea me depelias mente non eſt: perdis omne flagitium.
En me Pater & Theuda, doli artifices, fabri ſcelerum
Veſtris,ego Diis rigentibus irâ,frendentibus in'aniâ,
Veſtris machinationibus deluſis, ſalvus & integer
Hanc ante vitam dabo,quàm virginitati obnuntiem.
*Aben.* Modeſtè mi fili. ſapientum conſiliis facta aptabis tua.
*Ioſaph.* Iſtuc faciam,etiam tuo abſque conſilio. *Aben.* Loqueris patri.
*Ioſaph.* Utinam non hoſti! *Aben.* Obſequium huic debes.
*Ioſaph.* Niſi indigna imperet.
*Aben.* Demiror te juvenem, me ſene, atque hoc Philoſopho, magis
Velle etiam ſapere. *Ioſph.* Non ætas,non veſtis ulli uſpiam dedit:
Ut ſaperet,at veritas explorata.Ligna vos,& brutũ pecus,
Huc uſque colore quis videt, quis probat, & ſapit?
Mi Theuda, oro te,ſi Philoſophum agis,age quod agis,
Teq; ab errore, cum Rege, ac Patre meo tandem libera.
Vidiſti quid valeas hactenus, tuis Diis,tuis fretus artibus
*Aben.* Nil eſt quod reponas Theuda,niſi mutum ſilentium?
*Theud.* Ut veritatem evertam,non ſum, præſtat mutum magis,
Quàm falſum eſſe. Chriſto ego Deo nil vidi potentius.
Ita Chriſticolæ crucis ſigno unico omnes ſternunt Dæmonas,
Ut exercitu integro nihil contra unum poſſis hominem:
Niſi ut derìdiculo aliis ſis, & contra ſtimulum calcitres.

SCENA

## SCENA III.

Abenner *ex Filii conſtantia & ſucceſſibus, Deorum ſuorum ſuperſtitioniſque vanitatem aliquam agnoſcit.*

*Aben.* ALea pudoris plena quam jeci pater,
Bellum auſpicatus turpe, quo nunquam niſi
Victus redirem nulla ſe probant mihi
Conſilia: Votis nullus accedit Deus.
Quid ſi innocentem Filium nocens pater
Malè perſequaris? forſan errorem tuum
Peccata celant, luderis ſtulto Deûm
Scelerumque amore! nempè Chriſticolum pia
Modeſtiorque vita confundit tuam.
Attende natum: quantus in vultu pudor!
Moribus honeſtas! quantus adverſum nefas
Conceptus horror! noſtra ſceleratis favent,
Probantque crimen numina. hæc nondum vides
Abenner? ipſe natus exemplum patri eſt.
Sed quid parentum natus, & juvenis ſenem
Docebit? etiam victus & nato minor
Pater recedet? abſit infame hoc ſcelus,
Ut me nepotes Poſteri, plenum ſenem
Opprobriorum, filii ſervum mei,
Ruptis paternis legibus, ſpretis Diis,
Ceſſiſſe memorent improbè hoc? nunquam feram.
Urgenda lis eſt, donec alteruter fide,
Causâque cedat, pereat inſanus Deûm
Regiique ſpretor, regiæ probrum domus.
Quiſquis inimicos vult Deos, Regem ferat.
Divis negatam nemo juratus fidem
Præſtabit homini, quodlibet poſt ſe nefas,
Perfidia ducit. Sed quibus demum viis
Premam rebellem? perdidit ſuus favor,
Furorque vires, jacuit eluſus dolus,

Ut

Vis tota ceſſit. Major evicit Sophos
Arteſque tenuit artibus, forti ſuum
Vallo pudorem cinxit, & ſupra nefas
Sortemque graditur, arce rationis ſedet
Pulchra ac virili, deſpicit quicquid levi
Horrore circum terret, & mentis bonæ
Securitate fruitur, oppoſui viros,
Fraudeſque, & artes; ille non dubios canit
Victor triumphos. Veſter ô Myſtæ pudor.
O Bonziorum dedecus! propedum puer,
Rudiſque legum juvenis, invictus tamen
Adhuc reſiſtit. illa quæ nobis tulit
Præſidia fictus Barlaam, catus ſuâ
Deflexit arte ſolus, & pro ſe meis
Pugnavit armis. Iſta quis magni putet
Vacare dextrâ Numinis? non hæc carent
Favore Divûm: Nutat incertus mihi,
Iterumque præceps animus occumbit ſuâ
Ratione victus. Tanta ut imbellis queat
Auſiſque juvenis? quanta vis mentem regit!
Quod verba pondus adferunt! quantus decor,
Et ratio factis! prompta conſiliis adeſt,
Et par voluntas; quodque decretum eſt ſemel
Ad exitum urget, regium pectus gerit.
Accede Abenner filii virtutibus,
Fidemque junge. Prô pudor quid Rex agis?
Abſiſte; nec diſcede Majorum viâ
Amore nati. pereat hic potius. Tamen
Innoxium perire, nec leges ſinunt,
Nec ratio dictat. Pereat; eſt ſatis nocens
Patris Deûmque ſpretor. At nunquid piè
Caſteque vivit? fateor. Ah! quantos cies
Natura fluctus! nullus Oceanus freto
Tam varius errat, nullus Euripus vadis
Tam flexuoſis ambulat, nulla tot habet
Incerta motus aura: quot pectus meum
Patitur tumultus, & quod inquirit vias,
Queis fluctuantem ducat in portum ratim.

Quid agimus Arachis? *Ara.* Magne Rex, vivat tuus.
Animoque vivāt natus indulgens tuo.
Conſilia ſi ſint juſta, quæ ſecum fovet,
Turbanda non ſunt: impium ſiquid movet,
Peribit, haud exultat improbitas diu.
Quin etiam honores adde, & in partem tui
Admitte regni. Nullus ad honores venit
Diuque floret improbus, fretus novo
Favore, curiſque animus immerſus novis,
Vix ſtare ſine Diis poteris, eſt tantum pii
Tractare ſceptrum innoxiè, *Aben.* ſuaſum benè
Experiar; errore pater, an gnatus vacet?
Sed quid? Meuſne gnatus hoc cultu obviam eſt?

## SCENA IV.

*Ioſaphatus ad ſolitudinem profecturus à patre ad regni partem adminiſtrandam Chriſtiano inſtituto admittitur, Arache & Barache Aulicis applaudentibus.*

*Aben.* Ioſaphate quò ſic? *Ioſaph.* ultimum patri vale
Dicturus adſum, dulcius eremum colam,
Et abſque noxa. *Aben.* ſortis ignarus tuæ es?
Te gnate regnō genui, & imperiis, pater.
Nil magnum eremo naſci; & hoc Iro datum eſt.
Sortem vocantē ſequere. *Ioſaph.* Sed Chriſtum prius
Sequar vocantem, ſorte, me hac natum puto.
*Aben.* Et hoc licebit; nil negat facilis pater
Scit eſſe gnatum: *Ioſaph.* Vive ter felix pater
Sim Chriſtianus; cetera imperio tuo
Agamque, negligamque. *Aben.* Sanctane hæc fide?
*Ioſaph.* Sic teſte Chriſto ſtatuo, parebo patri
Æqua imperanti. *Aben.* Tradet imperium pater,
Onuſque tecum dividet; leva ſenem.
Quem ſub tumultu regna bellorum premunt.
*Ioſaph.* Concede Eremum mi pater, regnum hoc meum eſt.

*Aben.* Fidem dediſti nate, ne datam nega.
Regni imperabis parte, pars erit mea,
Patrem levabit gnatus. *Ioſaph.* indulge O Pater
Alia ambienti ſceptra, nam majus aliquod
Suſpiro regnum. Patris anguſtum eſt decus.
*Aben.* Ergone vilet Indiæ Regum thronus?
Quo tandem in orbe major affulget tibi?
*Ioſaph.* Meus ille Chriſtus regna partitur nova,
Interque cœli ſidera extollit thronum.
Huc prima ſervitus via eſt. Liceat Patri
Servire gnatum. *Aben.* Tanta ſi pietas placet:
Patri invidere non potes, ſi quod bonum eſt.
*Ioſaph.* Hæc ſumma voti eſt, da piam Chriſto manum:
Rex imperabis major, & melius tuo
Regnum occupabis. *Aben.* Ardua requirunt moram
Modo imperantem ſubleva: hoc Pater jubet.
*Ioſaph.* Parebo: quamvis regna fugienda autumem,
Non appetenda. *Aben.* Gratiam facis Patri.
Diadema, famuli, regium ſceptrum, chlamys
Hic adſit ocyus, hoc latus meum tene.
Ætate ſolâ ſequeris in reliquis potes
Par eſſe Patri. Subjice coronæ caput,
Humeroſque chlamydi: ſceptra moderetur manus,
Mediaque regni parte, quam Seres colunt,
Felix guberna. Et vive. *Arach.* Rex Ioſaphat diu
Vive, & guberna, patris exemplo tui.
*Aben.* Bene eſt, ſatelles ſequere, quem voles ducem.
Vel me, vel iſtum, quod libet, licet: nequis
Errare, gnatum in Patre & in gnato Patrem
Colis ac honoras. Sic placet ſolus propè
Aulam reviſam: dabimus id honoris tibi.
Fidele præſtent filio obſequium Duces.
*Barach.* Nunc age laurigeris frontem redimita corymbis
India tota fremat plauſu, Regique juventus
Læta novo, feſto condat modulamine carmen,
Ac dignum Pæana ſonet. Vos plaudite ſilvæ,
Ac rupes; reddatque melos reſonabilis Echo.

*Eph. &*

*Eph & Chorus I.*

Eia gaude læta pubes.
2 Plaude Patri, plaude nato.
3 Eia pulchros vincta crines:
4 Lude, gaude, pſalle, plaude

*Chorus alter.*

1. Ter cane mecum læta juventus
2. Regnat Abenner, ter cane, Pæan
3. Ioſaphat regnat, ter cane, Pæan.
4. Pæan, Pæan, dicite, Pæan.

## ACTUS. VI. SCENA I.

*Ioſaphatus Barachi, aliorumque Aulicorum fidem ac ſenſum de Chriſto explorat.*

IOſ. Immigrare ego tantiſper in animum veſtrum cupiam,
Et inibi cogitationum veſtrarum luſtrare exercitum;
Ut quibus ego præſidiis hanc aggrediar provinciam,
Mihi ſit exploratum, an tales ego nactus ſim milites,
Qui blanditiis agant, qui aſſentatione, qui mero dolo?
Qui quod adynaton eſt; multis Diis, non uni ſerviant unico?
Si qui hic mecũ tales, diſcaveãt malo, & hinc faceſſant ocy⁹
Chriſto deſponſari qui nolit, & cum tot Deabus, ac Diis
Divortium facere, hinc abſit, neque ullum mihi faciat numerum.
Probos; quam multos malo. *Barach.* vive Rex Chriſti Dei
Agnoſcimus unum Numen & cultu veneramur pio.
*Ioſaph.* Vana iſta Deorum portenta & lignea numina
Mandate flammis, iſtâ ut in luce ad cælum emigrent.
*Barach.* Hæc etiam cupientibus imperas, neque enim te ſequi,
Niſi iſta lubuiſſet mente. Tua vita; & mores tui,

Conſtantia,robur Chriſti nos docuere potentiam,
Et imbecilla nimium Numina Indorum hactenus.
*Ioſaph.* Sapitis iſta mente: Sed & alios,ita regni incolas
Sentire nobiſcum pervelim: ne uti ventis,ſic Diis
Pugnantibus.tempeſtas in regno creetur improba:
Atque omnis evertatur jucunda animorum malacia.
Quî enim ibi inter homines conveniat,ubi Diis malè convenit?
*Barach* Fac nobis hæc ſit cura, abſolvemus hanc facilè controverſiam.
Dii ad fornaces ibunt,ut feſtis excoquantur ignibus,
Defecabimus his ſordibus fana,delubra, altaria,
Chriſtus habitabit templa ſolus, omnium unus erit Deus.
*Ioſ.* Animum meum aſſequeris. Præco,tu iſthæc obnuntia,
Stentorea omnibus voce,Regem ſuum qui amant. Chriſtum ut colant.
Atque ad aulam meam adſint propediem, ut jurent fidem.

## SCENA II.

*Bonzii Sacrificuli ſuum demulcent ſimulacrum, à Dæmone ac militibus deinde abſterriti.*

BOnzius. Hac temet iterum iterumque demulcemus pinguetudine.
O magne Pyrama,quin placaris? quin nobis vocem duis?
2. Has tibi aures delinio,ut audire; hoc os,ut loqui velis.
1. En ſpectrum terrificum,horribili vultu,fulmen jacit.
2. Ho,ho,portentum! *Dæmon.* Dii, Deæque, omnes ultionem volunt,
Ita vos negligere Pyramam,ita Chriſtum contra invaleſcere?
Ne vocem à Pyrama,ne conſilium, ne ſperetis auxilium,
Priuſquam Ioſaphati ille delibutus ſit affatim ſanguine.
*Bonz.* Ah quantum nobis miſeriæ eſt à Chriſticolis undiq;
Dii

Dii ſilent, ſacrificia tolluntur; nec aræ pinguibus
Implentur bobus, omnis nobis res periit culinaria;
29. In cerdonib' ego, quàm ſacrificulis multò eſſe mavelim.
Ita quidem, ubi carnes deeſſent, abundarem pellibus.
Modò per nos Ioſaphatum ſublatum cupiunt; ut ſi Diis
Homines nunc denique advocandi in ultionem ſint hoſtiũ.
19. Rectè ais imbellis eſt vindictam ſuã demandare alteri.
*Miles* 1. Eccùm iſtam hominum fecem, ſeminarium diſcordiæ
*Mil.* 2. Abeſtis jam mox hinc ſacrificuli, an canes mortuos
Inter numerari vultis? *Bonz.* 1. quo pellis? an non timesDeos?
*Mil* 1. Et vobis & Diis omnibus exulandum eſt hodie.
*Bonz.* 1. An neſcis? Dii laneos habent pedes, ferreas manus,
Diu minantur, aliquando feriunt; quam ſerò, tam ſerio.
*Bon.* 2. Pro vobis Deos exſtruimus: nolite abjicere præſidi.
*Miles.* 3, Etiam præſidium Carnifex reo adfert, quale nunquam cupjt.
*Miles.* 4. Colligite ſarcinas, & cum veſtris hinc migrate Superis:
Nos unum modò habemus Chriſtum, qui pro mille Diis ſufficiat.
*Bonz.* 1. Modeſtiùs obſecro de Diis, quibus & vitam debes tuam.
*Miles.* 1. Niſi jam nunc ocyus hinceſtis, veſtram Diis immolabimus
Vitam ac ſalutem. *Miles.* 2. Machæram habeo ſitientem ſanguinis.
*Miles.* 3. Hanc lanceam jam in tuo ſtomacho concoques.
*Bonz.* 1. Quo ibimus?
*Miles.* 1. Ad Garamantas licebit. *Miles.* 4. Ut compendio abſolvas viam,
Ad proximam furcam iter patet. *Miles.* 1. Corvi exſpectant prandium.
Agedum. *Miles.* 2. hinc ocyus. *Mil.* 3. actutum. *Mil.* 1. ite ſceleſtiſſimi,

Malè ego viciſſim perdam. Væ tibi ſilicernium Barlaam!
*Aſroth.* Malum illi hercle, qui me deinde irritaſſit Dæmonem.
Namque malum nullum eſt pejus Dæmone malo, quando quidem
Is jam Furias concepit. Multò ille exercitum maximum,
Et pluſquam Xerxes olim in campum educit militum.
*Aſmod.* Invidia, ſuperbia, dolor, deſperatio, ubi latitatis modò?
Vos primipilares hodie in acie contra Ioſaphat volo.
Pugnam internecinam pugnabimus ut nunquam antea,
*Vriel.* Ah quantis ego doloribus torqueor ad ægritudinem ultimam!
*Aſroth.* Quid ita mi Aſmodæe? ſi quid abs morbo ſit periculi.
Teſtamentum ut condas, hic jam nobis adſtantibus,
Ego ſuaſerim: ſepulcrum tibi, & titulum hunc ſtatuam.
Lugete hic Dæmon jacet mortuus. *Aſmod.* apage, his nugis tuis.
*Aſroth.* Valete, ego mendicabulum fio. *Vriel.* Ego Eremicola ædepol.
*Aſmod.* Eho fugite, jam hoſtes à tergo inſtant, cedendum tempori eſt.
*Michael.* Procul hinc infernales larvæ, ſpectra procul Dæmonum.
Redeo ad provinciam unde diu abfui ſcelerum odio.
Hunc ego nunc adduco conſcriptum Ioſaphato exercitum,
Nam rectis, Chriſtoque Sacramento dicatis opitularier,
Meum eſſe munus ſcio; experientia conſtabit Patri
Majus nullum, quàm à Chriſto ac vera fide eſſe præſidium.
Deinde & ipſum ego Regem expugnabo conſiliis optimis,
Ut receptui canat, atque errori obnunciet ſuo.
Agite fideles miniſtri, tu Regi ſcelerum memoriam ſuffice,
Ac pœnitudinem, odiumque noxarum. Tu Iuſtitiæ
Virtutumque aliarum amorem perſuade; Pietatem edoce,
Temperantiam urge. Tu denique vanitatem ſeculi,
Mundi fraudes, inſidias, ludibrium, perfidiam explica.
Intelligat Regem illum felicem eſſe, qui victor ſuæ

Tuus eſſe cupit. O Chriſte, cupientem accipe,
Qui facilis eſſe diceris ſonti Deus
Crimen fatenti Scelera tot quondam tuo
Sanguine piaſti, ſanguinis lytrum rogo.
Quid adhuc moramur? Euge nunc, Fili, tuis
Accedo ſacris, fac ſacerdotem mihi
Adeſſe Theuda, fonte qui ſacro abluat.
Communis error noſter, ut quondam fuit:
Sic nunc ſalutem ferre communem decet.

*Theud.* Conſilia laudo. Myſta nunc aderit tibi.

*Aben.* Graphiarie calamum expedi, paucis lubet,
Conſulere natum. *Filio multam pater*
*Defert ſalutem.*

*Tuum, ô nate, in horas ſingulas*
*Avide præſtolor adventum. feſtina ad patrem;*
*Nam partium modo tuarum accedam comes,*
*Poſtquam adverto animum ad ſortem meam, ac tuam*
*Ita diſparem, ut umbra luci, nox diei, non posſit magis,*
*Tibi iſthac gratulor, non invideo qui ita Divis bonis,*
*Ita propitiis uti queas. Proin & deliberatum nunc mihi eſt,*
*Tyrannā fictum Numen deſerere, ac ſi perdito mihi ſit locus:*
*Chriſto tuo adhæreſcere, & pœnitendo expiare pertinaciam;*
*Sed hac præſentis conſilio filii agam Pater*
*Proin nequid celeritatis omittas, ut adſis mihi.*

## SCENA V.

*Aſmodæus & Aſroth Dæmones de ſuis rebus deſperant.*

*ASmod.* Iam nunc ſepulcrum effodiam, triſte, ac lamentabile;
Ubi omnis mea hactenus ſepeliatur diligentia,
Ut ſpei meæ nunc denique deſperatiſſimæ exequias faciam,
Hominem ego unicum Ioſaphatum durum herculè juvenē
Ac duriorem modò etiam virum, annis ſequor pluribus,

Atque nihil inde aſſequor, niſi ut ludibrio ſim, & riſui.
*Vriel.* Difficilis mecaſtor provincia, ſi uſpiam Dæmoni obtigit.
Nunc toto mihi regno omnem evertit operam.
Poſt everſa delubra, poſt triumphatos paſſim Deos;
Quin ipſam præſidii noſtri arcem firmiſſimam, Patrem
His aggreſſus cuniculis, denique intervertet dolis,
*Aſroth.* Vah Aſmodæe in arena ædificatum eſt, periit labor.
Jam Chriſticolæ nobis intus in aula evertunt omnia,
Epiſcopus Regi adeſt, exſpectatur Ioſaphatus, aquam parant,
Regi Chriſtianis ſacris inaugurando. Ah! utinam priùs,
Medio naufragus Rex nataſſet Oceano; quam his aquis,
Maduiſſet: non omnem mihi decolaſſet ſpem præmii.
*Uriel.* Iam verò & mandata ſuis dedit, ut Divorum Baſilicas,
Ut aras, ut victimas, ac ſacra omnia regno auferant.
Nulla deinde inferno hoſtia cadet, derediculo erimus.
Pro audibus contumelias: pro precibus opproprìa dabunt.
*Aſmod.* Importunam herclè incidimus tempeſtatem hominum,
Cùm unius omnes exemplo arma cōtra Dæmones induunt,
Quocirca hunc ego laborem abrumpere conſtitui hodie,
Atque hinc jam mox ad Luciferum adire, ut hoſtium
Edoceam vires, novumque is militem & commeatum ſuggerat.
Vos interea exploratorum ſpecie hoſtium obſervate machinas.
*Aſroth* Non ego vigiliis parcam, pernox & perdius adero.
Neque ſi quem inſidiis locum diſpexero. otium agam.
*Vreel.* F ultra ſumus, operam perdimus. Apud Barlam
Ceteroſque eremicolas nihilo à me factum eſt minùs.
Deſpoeratum hercle eſt. *Aſroth.* qui agis? *Vriel.* currum expedio.
*Aſroth.* Quippe cur? *Vriel.* Infernum, re deſperata, repeto.
*Aſroth.* Noli obſecro

Hanc

Hanc nobis irrogare contumeliam, nondum occidit
Spes omnis *Vriel*. Niſi malum Dæmon eſſet pertinax,
Iam omni ſpe lucri decollata, cederem foro.

## CHORUS.

*Oſtendit, quod ſervire Deo tantum regnare ſit.*

QUi dictat pavidis jura Quiritibus
Terrarum Dominus, faſcibus imperi
Auguſtoque tumens murice purpuræ
Sellâ vectus eburnea;
Quamvis Attalicis conditionibus
Omnem pauperiem ſub pede conterat:
Quamvis Romulidum digna ſecuribus
Vectigalia colligat:
Quamvis multicolor plebs famulantium
Prono circumeat poplite; nec ſuis
Deſit Mars aquilis, nec popularium
Deſint innumeri greges.
Ni cervice ferat Chriſtiadum jugum
Et cœlis famulo poplite ſerviat,
Amittit titulum Regis & abjicit
Servæ colla Cupidini.
Qui ſervire Deo Rex cupit, imperat.
Rex dignus præerit nemo minoribus,
Majorem Dominum, qui male reſpuit.
Quodvis imperium ſubeſt.
Uni Cede Deo, Numina Numini
Poſtpones melius. Qui ſequitur Deos
Fecundam vitiis ingreditur viam.
Unus prævalet omnibus.
O quantam miſeris Numina ſarcinam,
Quantum ſervitium Regibus imperant
Patroni ſcelerum: ni fugis, improbum
Te Diis mancipium elocas.

Naxarumque jugum non tolerabile
Fracta mente ſubis. Magna ſuperbiæ
Te moles tumido pondere ſupprimet:
Infamique tyrannide
Debes obſequium turpe Cupidini,
Debes luxuriæ. Te malè Cypridis
Incen.um ſtimulis femina lubrico
Subjectum pede conteret,
Quæ laxas ſtolidæ frena licentiæ:
Hæc rurſum pateris: quæque micantibus
Argenti cumulis adjicis: hæc tuæ
Addis ſollicitudini.
Solus Ieſſigenæ cultor inanium
Magnus ſpretor opum,luxuriam ſuper,
Nec fœdum ſceleris mancipium Deo
Seruit,moribus imperat.
Nullum majus habes imperium,tuis
Quam fides animi jura Quiritibus:
Ita,luxuriæ,deſidiæ,gulæ:
Turbis ſæpe rebellibus.
Felix cæligenæ quem ſapientiæ
Hæc cultus docuit, cetera neſciat:
Hac ſolum reliquis parte beatior
Se mortalibus efferet.

## ACTUS. VII. SCENA I.

*Abenner jam Chriſtianus ſpectris per ſomnum objectis de vitæ & honoris vanitate eruditus, Regnum in filium Epiſcopo ſuadente, transfert.*

*Aben.* UBi ſum? quis iſte terror umbrarum fuit?
Quæ [illegible] menti trepidus oggeſſit ſopor?
Quàm

Quàm mira, quam ſunt vera, quæ ſomnus ſua
Depinxit arte ! Quid voluptates levis
Sectamur auræ ? Quidquid in menſis gulæ
Blanditur, aula quidquid illecebris poteſt,
Luxuque, gaudiiſque, vaneſcit brevi.
O Vanitatum vanitas ! Cur te ſequor?
Mors dura rumpet denique & luxum, & jocos
Sed ecce natus Joſaphat occurrit Patri.
*Aben.* O dulcis hoſpes nate, te ſalvum mihi
Rediiſſe lætor. Quantus, & qualis venis!
O ſpes ſaluſque Patris! amplexus ſubi.
Nos unus olim ſanguis: atque iterum fides
Sociavit una. Gnate, te genui ſolo,
Tu memet aſtris: rurſus hoc natus tibi
Debeo parenti. *Joſaph.* Vive ter felix pater
Hac mente felix vive, nil majus tibi
Sors auſpicata potuit, ac cælum dare.
Applaude Chriſti turba felici patri.

### *Epheborum Chorus.*

Euge, turba Chriſtiana,
Plaudite Regi.
Ille perfidas Deorum,
Suſtulit aras.
Ille Chriſtiana regno
Sacra reduxit:
Ter quaterque Rex beatus
Vivat Abenner.
*Joſaph.* Ter quaterque &c.

*Aben.* NE me beatum, gnate, ne prorſus puta.
Hanc nimia fonti ſcelera fortunam invident.
*Joſaph.* Scelus expiatum fonte nunc ſacro tuum eſt.
*Aben.* Calidis piandùm lacrymis tantum eſt nefas,
Et triſti eremo. Gnate tu ſceptrum Imperi
Felix guberna, melior in partes tuas,

Fortuna regni tranſiit, vulgus favet,
Ac poſcit unum, precibus hoc meis dabis;
Sed & tuorum. *Joſaph.* vive,mi pater,& rege,
Tantiſque gnatum libera curis tuum.

*Aben.* Non ſum ferendo, par erit humeris onus
Juvenilibus adhuc quicquid ætatis tuo
Reliquum eſt parenti,debet hoc totum Deo.
Noli invidere,quo propè excideram polum.

*Joſaph.* Ignoſce ſi non pareo, nimium imperas,
Quamvis eremum, durus hanc negas mihi:
Prior volebam. *Aben.* Gnatus ho cdebes patri,
Eſſe ut priori liceat. *Joſaph.* accedam comes.
Virtutis iſte campus utrique pateat;

*Epiſ.* Virtutis ingens campus in regno tibi
Patet, ſalutem ſubditi per tè ferent,
Sine te peribunt, pergat ad eremum pater,
Hoc onere minor eſt; ſi quid is poterit tamen
Poterit precando. ne reluctens patri:
Æqua imperare licet huic etiam tibi,
Cupit impetrare. Si negas, gnatum exuis.

*Joſaph.* Æquum eſt negare, propria quod verat ſalus.

*Epiſ.* Æquum eſſe credas facere, quod pietas jubet.
Et ſubditorum poſcit,ac patris ſalus.

*Joſaph.* Pietatis eſſe munus hoc primum reor
Propriam ſalutem velle: quod reſtat patri
Regnoque non negare, propiores ſumus
Sibi quiſque. *Aben.* utrumque poteris exemplo tuo,
Facilè imperabis ſubdiţis, tantùm hoc peto,
Loco ſalutem publico ut cures tuam,
Idea vulgi. *Joſaph.* ſemper inimicum fuit
Virtutibus patere, vulgus & forum
Periculoſum eſt. Tutiùs ſpecu latent
Opes repoſtæ,luce quàm proſtant palam.

*Epiſc.* Tulit Joſephos aula. *Ioſaph.* Pharaones quoque,
Adde & Saules. *Epiſc.* adde Davides licet.

*Joſaph.* Hunc innocentem aula paſtorem tulit,
Aulaque nocentem fecit. *Epiſc.* Aſt eadem ſcelus
Doluiſſe vidit. *Joſaph.* innocens nemo dolet.

*Epiſc.* Obſiſtis ergò patriæ, Regi, Deo?
Eadem voluntas omnium eſt, regnum imperant.
*Joſaph.* Regna imperari non ſolent nolentibus.
*Aben.* Volentibus nunquam ſolent. primum ferunt,
Ad dignitates eſſe promeritas gradum
Has noluiſſe, regna ſi velles, tibi
Eſſent neganda, regna cum nolis, damus:
*Joſaph.* Par ſum parenti, ſceptra dum ſpernit, meret.
*Aben.* Sceptra impotenter qui tulit, ponit bene.
Ne ſperne quæſo Patris extremas preces.
Te per ſalutem patriæ, ac ſuam rogat.
Et hunc amorem ſemper impenſum tibi,
Abſolve curis, merear offenſis meæ
Defeſſa vitæ ſpatia cælitibus dare,
Et ſcelera vivus plectere: *Epiſ* An ſpernis patrem?
Cœlo repugnas, fata quod regit tua.
*Joſaph* Heu vincor! ah! quò denique invitus trahor?
Cælis tamen parebo, ſi cælum jubet,
Et fata poſcunt. *Aben.* Conſulis regno, & mihi.
En ſceptra tibi deponit Abnner modò.
Rex Chriſte Regum, ſerviant Reges tibi:
Tua ſit corona. hic aureus torques tuas
Monimentum ad aras pendeat. veſtes habe,
Et omne Regi quicquid ornatum dedit.
Hæc veſtis humeros ambiat, nudum caput,
Rudiſque me nunc baculus inſignem facit,
Et ornat aſtris. Gnate ſic placeo tibi?
*Joſaph.* O dura nimium ſceptra, quæ me diſparem
Faciunt parenti! *Aben.* gnate mi vive, impera,
Et hæc paterna brachia extremùm ſubi.
*Joſaph.* Pater, Pater mi! ah lacrymæ ſinite loquar,
Pater vale, mi pater, ita ſine me, tuo
Gnato recedis? da tuos primùm pedes
Exoſculandos filio. *Aben.* Cede: quid agis!
*Joſaph.* Meum hinc parentem tollitis? duri pedes,
Sic vos tenebo. *Epiſ.* cave relucteris Deo.
Concede fatis. *Joſaph.* Mi Pater iterum vale,
Memorque noſtri vive. *Aben.* mi fili, vale.

*Joſaph.*

*Joſaph.* O Sancta quò me rurſus invidia abripis?
Cur ſtultus adii regna! quid ſceptrum manu
Tractare didici? melius ad eremum patrem
Nuper præiſſem, nulla cùm regni fides
Mundo alligaret. *Epiſ.* Ne patri invideas bonum,
Tibi ſalutem debet hic primò ſuam,
Per te foveri liceat, hoc cœlum jubet.

## SCENA II.

*Abenner regni mole liberatus ad Eremum pænitentiæ locum ſe confert.*

Bene eſt, triumphum canimus, evici pater.
Majore regno tranſtuli regnum minus.
Qui jura populo tradidi, tradam mihi.
O magne cœli rector & rector meus,
Quid tibi rependam, muneris plenus tui,
Scelerîſque proprii? gratiæ (heu dolor) nimis
Ingratus hoſpes vixi, & impenſi mihi
Divum favoris prodigus, quid nunc loquar?
Quâ voce tantum numen accedam reus?
Infecta vox eſt, oris impurum eſt chaos.
Iniquitatis lerna, fons omnis mali.
In vincla cogere lingua, violati DEI
Tractare nomen ſit nefas dein tibi.
Quis oculus aſtra purus aſpiciet meus?
Uterque plenus noxiæ eſt, licitum huic fuit
Quidquid luberet perditum lumen diu
Et nocte plenum, terminus licentiæ
Hic eſto: terris oculus uterque hæreat.
Cælum videre ſit ſcelus, licitis quoque
Illicita quiſquis voluit, indignus fuit.
Subſerviiſti riſibus quondam meis:
Nunc lacrymarum fonte diffluere addecet,
Tu pectus olim gaudii ſedes mei,

Modò

Modò ſit doloris: planctus, & gemitus ſonet.
Peccata quodvis expiet membrum ſua.

Plangite mœſtæ pectora palmæ,
Volvite ſalſos oculi fluctus.
Vox in gemitus te ſolve novos.
Scelus admiſſu meſt, vindicta premit.
Heu quâ tutus latebrâ, juſtas
Vindicis iras vitabo DEI?
Quæ ſecretum mihi luſtra locum
Ignota dabunt? Ubi Jeſſidæ,
Lacrymas inter gemituſque madens,
Carmina plangam. Daulias una
Comes ales erit, fortius urget
Sine teſte dolor. Pandite ſaxa,
Pandite rupes, clauſaſque ſpecus,
Et perdendum ſervate caput.
Ne fulmineæ noceant flammæ
Daphnide multi cinxere comas:
Aſt ego nullas merui laurus,
Flammis merui purgare nefas.
O quàm lentus ſcelerum vindex,
Mitiſque Deus! Tibi peccavi
Tibi nunc lacrymas, tibi fundo preces.

## SCENA. III.

Ioſaphatus *regni etiam onere depoſito, atque in* Barachum *cum tota licet aula renitentem, translato, ſolitudinem quærit.*

*Joſaph.* O Magne vindex generis humani DEUS,
Quò me reſervas mole regnorum gravi
Adhuc premendum? pondus excuſſit Pater
Ut hoc gravaret filius. Durum nimis
Sic eſſe genitum. Regna naſcendo tuli,
Ut ſervitutem ſplendidam ferrem miſer.

Tantum

Tantùm imperando. Nemo ſat dignè ſibi,
Aliiſque pariter imperat, diu malum
Cavere tutò pluribus nemo poteſt.
Beatus ille, quiſquis incumbens onus
Excuſſit humeris. Faveo fortunam Patri.
Quid, quæſo honores? ſplendidi fulgor vitri.
Quid fama? fugiens aura, quid ſtirpis decus?
Aliena dos eſt, quid coronatum caput
Gemmis, & auro? cultus indignus viro.
Quid regna demum, & magna famulantûm manus?
Eſt cũra Regis. Cui ſatis, quantum eſt ſatis,
Cupit his carere. Stulta mortales rotat
Ambitio curas, & ſupra metam evehit
Neceſſitatis vota miſerorum anxia.
Quid adhuc moramur? regia in eremo tua eſt,
Ad hanc vocatis. Patris exemplum vides:
Sequendus ille eſt. Nemo jam moras poteſt
Injicere. Rex electus hoc habes tuum.
Quod imperari regna non poſſint tibi.
Heus famule fac mox Principes aulæ ſuo
Adeſſe Regi. *Aul.1.* promptus imperium ſequar.
*Joſaph.* Cilicina veſtis hactenus pulchro latet
Colore tecta purpuræ, tandem diem
Videre geſtit, fulgida abſcedat chlamys,
Et aurum, & oſtrum, fulgor hic tantum gravat,
Sacco hoc tegemur rectiùs, talis placet
Fortuna regi, talis occurram meis.
*Barach.* Rex magne vive. *Joſaph.* vive Barache optime.
*Barach.* Funeſtus habitus iſte, quod portat malum?
*Joſaph.* Hæc me decebit trabea: ſaccus hic vicem
Subibit oſtri, docuit hanc formam Pater.
Sequor ad Eremum. *Barach.* regna cui mandas tua?
*Joſaph* Tibi deferuntur. *Barach* Nulla Barachum dies
Ita mentis oblitum arguat, ut iſthæc velit.
Parere didici: ſervitus regnum meum eſt.
*Joſaph.* Diadema capitis, dexteræ ſceptrum meæ,
Heres eremi factus, en poſui tibi.
Pater eſt ſequendus, fata ſic urgent mea.

Barache,pro me regium munus gere.
*Barac.* Rex vive,facinus abſit hoc tuum ac meum.
*Ioſaph.* Aliò vocamur,ſceptra quò nequeunt ſequi.
*Zard.* Te regna poſcunt.*Ioſaph.* Fata me poſcunt mea,
His obſequendum eſt,majus imperium ſequor.
*Barach* Devotus olim es patriæ.*Ioſaph.* At priùs DEO.
*Barach.* Commune ſemper proprio præſtat bonum.
*Ioſaph.* Minùs beatum quod facit,minùs bonum eſt,
Valete,jam nuc abeo,non patior moras.
*Aul.* 1. Hinc non abibis,clauſa per tuos via eſt.
Has ſupplices obtendimus manus tui.
*Aul.* 2. Hi te præcantur,lacrymis miſcent preces.
*Barach.* His non abibis brachiis.*Aul.* 1. Animum priùs
Hunc auferes,quàm te mihi. *Aul.* 2. Tecum ibimus
Quocunque perges: ſocii adhæremus tibi.
Nec fugere,nec manere ſine nobis potes.
*Ioſaph.* Quid agitis?aulam defero vobis meam:
Defero coronam quidquid in gazis meum eſt,
Veſtrum vocatur: munus hoc nulli placet?
*Barahc.* His adde Regem Ioſaphat,& munus placet.
*Ioſaph.* Datus ille Chriſto eſt:quicquid ex illo eſt ſuper,
Vobis relinquo:mente,quantumvis procul,
His ſemper adero,protegam hoc regnum prece.
*Zard.* Nihil agis,hæc hæc vincula objicimus tibi.
Effugere nunquam poteris.*Ioſap.* Hanc teſtor fidem
Vobis probatam conſcium teſtor polum
Diadema,ſceptrum,purpuram poſui DEO
Nunquam reſumam.Sic ratum eſt:Deum ſequar.
Auferre vitam poterit hanc aliquis mihi,
Sed nemo mentem,jam reſignavi fidem:
Iuratus aſtris vivo, nec potens mei.
*Bar.* Te juſſa moveant Patris.*Ioſaph* Exemplum movet.
*Barac* Et ſceptra vidua.*Ioſaph* Manibus hæc credo tui,
*Barach.* Deſerere prohibet ſubditos omnis fides.
*Ioſaph.* Deſerere ſemet ſtrictior prohibet fides:
Sibi quiſq; ſemper proximus.*Aul* 1. Igitur hinc abis?
Tuoſque ſic deſtituis?*Ioſaph* Hunc regem creo
*Barac.* Parere ſcio,non regere.*Ioſaph.* Propitium tibi

Rogabo

Atque nihil inde aſſequor, niſi ut ludibrio ſim, & riſui.

*Vriel.* Difficilis mecaſtor provincia, ſi uſpiam Dæmoni obtigit.

Nunc toto mihi regno omnem evertit operam.

Poſt everſa delubra, poſt triumphatos paſſim Deos;

Quin ipſam præſidii noſtri arcem firmiſſimam, Patrem

His aggreſſus cuniculis, denique intervertet dolis,

*Aſroth.* Vah Aſmodæe in arena ædificatum eſt, periit labor.

Jam Chriſticolæ nobis intus in aula evertunt omnia,

Epiſcopus Regi adeſt, exſpectatur Ioſaphatus, aquam parant,

Regi Chriſtianis ſacris inaugurando. Ah! utinam priùs,

Medio naufragus Rex nataſſet Oceano; quam his aquis,

Maduiſſet: non omnem mihi decolaſſet ſpem præmii.

*Vriel.* Iam verò & mandata ſuis dedit, ut Divorum Baſilicas,

Ut aras, ut victimas, ac ſacra omnia regno auferant.

Nulla deinde inferno hoſtia cadet, deridiculo erimus.

Pro laudibus contumelias: pro precibus opprobria dabunt.

*Aſmod.* Importunam herclè incidimus tempeſtatem hominum,

Cùm unius omnes exemplo arma cōtra Dæmones induunt,

Quocirca hunc ego laborem abrumpere conſtitui hodie,

Atque hinc jam mox ad Luciferum adire, ut hoſtium

Edoceam vires, novumque is militem & commeatum ſuggerat.

Vos interea exploratorum ſpecie hoſtium obſervate machinas.

*Aſroth.* Non ego vigiliis parcam, pernox & perdius adero.

Neque ſi quem inſidiis locum diſpexero, ocium agam.

*Vreel.* Fruſtra ſumus, operam perdimus. Apud Barlam

Ceteroſque eremicolas nihilo à me factum eſt minùs.

Deſperatum herclè eſt. *Aſroth.* qui agis? *Vriel.* currum expedio.

*Aſroth.* Quippe cur? *Vriel.* Infernum, re deſperata, repeto.

*Aſroth.* Noli obſecro

Hanc

Hanc nobis irrogare contumeliam, nondum occidit
Spes omnis *Vriel*. Niſi malum Dæmon eſſet pertinax,
Iam omni ſpe lucri decollata, cederem foro.

## CHORUS.

*Oſtendit, quod ſervire Deo tantum regnare ſit.*

QUi dictat pavidis jura Quiritibus
Terrarum Dominus, faſcibus imperi
Auguſtoque tumens murice purpuræ
Sellâ vectus eburnea;
Quamvis Attalicis conditionibus
Omnem pauperiem ſub pede conterat:
Quamvis Romulidum digna ſecuribus
Vectigalia colligat:
Quamvis multicolor plebs famulantium
Prono circumeat poplite; nec ſuis
Deſit Mars aquilis, nec popularium
Deſint innumeri greges.
Ni cervice ferat Chriſtiadum jugum
Et cœlis famulo poplite ſerviat,
Amittit titulum Regis & abjicit
Servæ colla Cupidini.
Qui ſervire Deo Rex cupit, imperat.
Rex dignus præerit nemo minoribus,
Majorem Dominum, qui male reſpuit.
Quodviſ imperium ſubeſt.
Uni Cede Deo, Numina Numini
Poſtpones melius. Qui ſequitur Deos
Fecundam vitiis ingreditur viam.
Unus prævalet omnibus.
O quantam miſeris Numina ſarcinam,
Quantum ſervitium Regibus imperant
Patroni ſcelerum: ni fugis, improbum
Te Diis mancipium elocas.

Naxarumque jugum non tolerabile
Fracta mente ſubis. Magna ſuperbiæ
Te moles tumido pondere ſupprimet:
Infamique tyrannide
Debes obſequium turpe Cupidini,
Debes luxuriæ. Te malè Cypridis
Incen:um ſtimulis femina lubrico
Subjectum pede conteret,
Quæ laxas ſtolidæ frena licentiæ:
Hæc rurſum pateris: quæque micantibus
Argenti cumulis adjicis: hæc tuæ
Addis ſollicitudini.
Solus Ieſſigenæ cultor inanium
Magnus ſpretor opum,luxuriam ſuper,
Nec fœdum ſceleris mancipium Deo
Seruit,moribus imperat.
Nullum majus habes imperium,tuis
Quam fides animi jura Quiritibus:
Ita,luxuriæ,deſidiæ,gulæ:
Turbis ſæpe rebellibus.
Felix cæligenæ quem ſapientiæ
Hæc cultus docuit, cetera neſciat:
Hac ſolum reliquis parte beatior
Se mortalibus efferet.

## ACTUS. VII. SCENA I.

*Abenner jam Chriſtianus ſpectris per ſomnum objectis de vitæ & honoris vanitate eruditus, Regnum in filium Epiſcopo ſuadente, transfert.*

*Aben.* UBi ſum? quis iſte terror umbrarum fuit?
Quæ ſpectra menti trepidus oggeſſit ſopor?
Quàm

Quàm mira, quam ſunt vera, quæ ſomnus ſua
Depinxit arte! Quid voluptates levis
Sectamur auræ? Quidquid in menſis gulæ
Blanditur, aula quidquid illecebris poteſt,
Luxuque, gaudiiſque, vaneſcit brevi.
O Vanitatum vanitas! Cur te ſequor?
Mors dura rumpet denique &, luxum, & jocos
Sed ecce natus Joſaphat occurrit Patri.

*Aben.* O dulcis hoſpes nate, te ſalvum mihi
Rediiſſe lætor. Quantus, & qualis venis!
O ſpes ſaluſque Patris! amplexus ſubi.
Nos unus olim ſanguis: atque iterum fides
Sociavit una. Gnate, te genui ſolo,
Tu memet aſtris: rurſus hoc natus tibi
Debeo parenti. *Joſaph.* Vive ter felix pater
Hac mente felix vive, nil majus tibi
Sors auſpicata potuit, ac cælum dare.
Applaude Chriſti turba felici patri.

## *Epheborum Chorus.*

Euge, turba Chriſtiana,
Plaudite Regi.
Ille perfidas Deorum,
Suſtulit aras.
Ille Chriſtiana regno
Sacra reduxit:
Ter quaterque Rex beatus
Vivat Abenner.
*Joſaph.* Ter quaterque &c.

*Aben.* NE me beatum, gnate, ne prorſus puta.
Hanc nimia fonti ſcelera fortunam invident.
*Joſaph.* Scelus expiatum fonte nunc ſacro tuum eſt.
*Aben.* Calidis piandum lacrymis tantum eſt nefas,
Et triſti eremo. Gnate tu ſceptrum Imperi
Felix guberna, melior in partes tuas,

Fortuna regni tranſiit, vulgus favet,
Ac poſcit unum, precibus hoc meis dabis;
Sed & tuorum. *Joſaph.* vive, mi pater, & rege.
Tantiſque gnatum libera curis tuum.

*Aben.* Non ſum ferendo, par erit humeris onus
Juvenilibus adhuc quicquid ætatis tuo
Reliquum eſt parenti debet hoc totum Deo.
Noli invidere, quo propè excideram polum.

*Joſaph.* Ignoſce ſi non pareo, nimium imperas,
Quamvis eremum, durus hanc negas mihi:
Prior volebam. *Aben.* Gnatus hoc debes patri,
Eſſe ut priori liceat. *Joſaph.* accedam comes.
Virtutis iſte campus utrique pateat;

*Epiſ.* Virtutis ingens campus in regno tibi
Patet, ſalutem ſubditi per te ferent.
Sine te peribunt, pergat ad eremum pater,
Hoc onere minor eſt; ſi quid is poterit tamen
Poterit precando. ne reluctens patri:
Æqua imperare licet huic etiam tibi,
Cupit impetrare. Si negas, gnatum exuis.

*Joſaph.* Æquum eſt negare, propria quod verat ſalus.

*Epiſ.* Æquum eſſe credas facere, quod pietas jubet.
Et ſubditorum poſcit, ac patris ſalus.

*Joſaph.* Pietatis eſſe munus hoc primum reor
Propriam ſalutem velle: quod reſtat patri
Regnoque non negare, propiores ſumus
Sibi quiſque. *Aben.* utrumque poteris exemplo tuo,
Facilè imperabis ſubditis, tantùm hoc peto,
Loco ſalutem publico ut cures tuam,
Idea vulgi *Joſaph.* ſemper inimicum fuit
Virtutibus patere, vulgus & forum
Periculoſum eſt. Tutiùs ſpecu latent
Opes repoſtæ, luce quàm proſtant palam.

*Epiſc.* Tulit Joſephus aula. *Ioſaph.* Pharaones quoque,
Adde & Saules. *Epiſc.* Adde Davides licet.

*Joſaph.* Hunc innocentem aula paſtorem tulit,
Aulaque nocentem fecit *Epiſc.* At eadem ſcelus
Doluiſſe vidit. *Joſaph.* innocens nemo dolet.

*Epiſc.*

*Epiſc.* Obſiſtis ergò patriæ, Regi, Deo?
Eadem voluntas omnium eſt, regnum imperant.
*Joſaph.* Regna imperari non ſolent nolentibus.
*Aben.* Volentibus nunquam ſolent. primum ferunt,
Ad dignitates eſſe promeritas gradum
Has noluiſſe, regna ſi velles, tibi
Eſſent neganda, regna cum nolis, damus:
*Joſaph.* Par ſum parenti, ſceptra dum ſpernit, meret.
*Aben.* Sceptra impotenter qui tulit, ponit bene.
Ne ſperne quæſo Patris extremas preces.
Te per ſalutem patriæ, ac ſuam rogat.
Et hunc amorem ſemper impenſum tibi,
Abſolve curis, merear offenſis meæ
Defeſſa vitæ ſpatia cælitibus dare,
Et ſcelera vivus plectere: *Epiſ* An ſpernis patrem?
Cœlo repugnas, fata quod regit tua.
*Joſaph* Heu vincor! ah! quò denique invitus trahor?
Cælis tamen parebo, ſi cælum jubet,
Et fata poſcunt. *Aben.* Conſulis regno, & mihi.
En ſceptra tibi depoſuit Abnner modò.
Rex Chriſte Regum, ſerviant Reges tibi:
Tua ſit corona, hic aureus torques tuas
Monimentum ad aras pendeat veſtes habe,
Et omne Regi quicquid ornatum dedit.
Hæc veſtis humeros ambiat, nudum caput,
Rudiſque me nunc baculus inſignem facit,
Et ornat aſtris. Gnate ſic placeo tibi?
*Joſaph.* O dura nimium ſceptra, quæ me diſparem
Faciunt parenti! *Aben.* gnate mi vive, impera,
Et hæc paterna brachia extremùm ſubi.
*Joſaph.* Pater, Pater mi! ah lacrymæ ſinite loquar.
Pater vale, mi pater, ita ſine me, tuo
Gnato recedis? da tuos primùm pedes
Exoſculandos filio. *Aben.* Cede: quid agis!
*Joſaph.* Meum hinc parentem tollitis? duri pedes,
Sic vos tenebo. *Epiſ.* cave reluctèris Deo.
Concede fatis. *Joſaph.* Mi Pater iterum vale,
Memorque noſtri vive. *Aben.* mi fili, vale.

*Joſaph.*

*Joſaph.* O Sancta quò me rurſus invidia abripis?
Cur ſtultus adii regna! quid ſceptrum manu
Tractare didici? melius ad eremum patrem
Nuper præiſſem, nulla cùm regni fides
Mundo alligaret. *Epiſ.* Ne patri invideas bonum,
Tibi ſalutem debet hic primò ſuam,
Per te foveri liceat, hoc cœlum jubet.

## SCENA II.

*Abenner regni mole liberatus ad Eremum pœnitentiæ locum ſe confert.*

BEne eſt, triumphum canimus, evici pater.
Majore regno tranſtuli regnum minus.
Qui jura populo tradidi, tradam mihi.
O magne cœli rector & rector meus,
Quid tibi rependam, muneris plenus tui,
Sceleriſque proprii? gratiæ (heu dolor) nimis
Ingratus hoſpes vixi & impenſi mihi
Divum favoris prodigus, quid nunc loquar?
Quâ voce tantum numen accedam reus?
Infecta vox eſt, oris impurum eſt chaos.
Iniquitatis lerna, fons omnis mali.
In vincla cogere lingua, violati D E I
Tractare nomen ſit nefas dein tibi.
Quis oculus aſtra purus aſpiciet meus?
Uterque plenus noxiæ eſt, licitum huic fuit
Quidquid luberet perditum lumen diu
Et nocte plenum, terminus licentiæ
Hic eſto: terris oculus uterque hæreat.
Cælum videre ſit ſcelus, licitis quoque
Illicita quiſquis voluit, indignus fuit.
Subſerviiſti riſibus quondam meis:
Nunc lacrymarum fonte diffluere addecet,
Tu pectus olim gaudii ſedes mei,

Modò

Modò ſit doloris : planctus, & gemitus ſonet.
Peccata quodvis expiet membrum ſua.

Plangite mœſtæ pectora palmæ,
Volvite ſalſos oculi fluctus.
Vox in gemitus te ſolve novos.
Scelus admiſſu meſt, vindicta premit.
Heu quâ tutus latebrâ, juſtas
Vindicis iras vitabo DEI?
Quæ ſecretum mihi luſtra locum
Ignota dabunt? Ubi Jeſſidæ,
Lacrymas inter gemituſque madens,
Carmina plangam. Daulias una
Comes ales erit, fortius urget
Sine teſte dolor. Pandite ſaxa,
Pandite rupes, clauſaſque ſpecus,
Et perdendum ſervate caput.
Ne fulmineæ noceant flammæ
Daphnide multi cinxere comas:
Aſt ego nullas merui laurus,
Flammis merui purgare nefas.
O quàm lentus ſcelerum vindex,
Mitiſque Deus! Tibi peccavi
Tibi nunc lacrymas, tibi fundo preces.

## SCENA. III.

Ioſaphatus *regni etiam onere depoſito, atque in* Barachum *cum tota licet aula renitentem, translato, ſolitudinem quærit.*

*Joſaph.* O Magne vindex generis humani DEUS,
Quò me reſervas mole regnorum gravi
Adhuc premendum? pondus excuſſit Pater
Ut hoc gravarer filius. Durum nimis
Sic eſſe genitum. Regna naſcendo tuli,
Ut ſervitutem ſplendidam ferrem miſer.

Tantum

Tantùm imperando. Nemo ſat dignè ſibi,
Aliiſque pariter imperat, diu malum
Cavere tutò pluribus nemo poteſt.
Beatus ille, quiſquis incumbens onus
Excuſſit humeris. Faveo fortunam Patri.
Quid, quæſo honores? ſplendidi fulgor vitri.
Quid fama? fugiens aura, quid ſtirpis decus?
Aliena dos eſt, quid coronatum caput
Gemmis, & auro? cultus indignus viro.
Quid regna demum, & magna famulantûm manus?
Eſt cura Regis. Cui ſatis, quantum eſt ſatis,
Cupit his carere. Stulta mortales rotat
Ambitio curas, & ſupra metam evehit
Neceſſitatis vota miſerorum anxia.
Quid adhuc moramur? regia in eremo tua eſt,
Ad hanc vocatis. Patris exemplum vides:
Sequendus ille eſt. Nemo jam moras poteſt
Injicere. Rex electus hoc habes tuum.
Quod imperari regna non poſſint tibi.
Heus famule fac mox Principes aulæ ſuo
Adeſſe Regi. *Aul.1.* promptus imperium ſequar.

*Joſaph.* Cilicina veſtis hactenus pulchro latet
Colore tecta purpuræ, tandem diem
Videre geſtit, fulgida abſcedat chlamys,
Et aurum, & oſtrum, fulgor hic tantum gravat,
Sacco hoc tegemur rectiùs, talis placet
Fortuna regi, talis occurram meis.

*Barach.* Rex magne vive. *Joſaph.* vive Barache optime.

*Barach.* Funeſtus habitus iſte, quod portat malum?

*Joſaph.* Hæc me decebit trabea: ſaccus hic vicem
Subibit oſtri, docuit hanc formam Pater.
Sequor ad Eremum. *Barach.* regna cui mandas tua?

*Joſaph* Tibi deferuntur. *Barach* Nulla Barachum dies
Ita mentis oblitum arguat, ut iſthæc velit.
Parere didici: ſervitus regnum meum eſt.

*Joſaph.* Diadema capitis, dexteræ ſceptrum meæ,
Heres eremi factus, en poſui tibi.
Pater eſt ſequendus, fata ſic urgent mea.

Barache,pro me regium munus gere.
*Barac.* Rex vive,facinus abſit hoc tuum ac meum.
*Ioſaph.* Aliò vocamur,ſceptra quò nequeunt ſequi.
*Zard.* Te regna poſcunt.*Ioſaph.* Fata me poſcunt mea,
His obſequendum eſt,majus imperium ſequor.
*Barach* Devotus olim es patriæ.*Ioſaph.* At priùs DEO.
*Barach.* Commune ſemper proprio præſtat bonum.
*Ioſaph.* Minùs beatum quod facit,minùs bonum eſt,
Valete.jam nuc abeo,non patior moras.
*Aul.* 1.Hine non abibis,clauſa per tuos via eſt.
Has ſupplices obtendimus manus tui.
*Aul.* 2.Hi te præcantur,lacrymis miſcent preces.
*Barach.* His non abibis brachiis.*Aul.* 1. Animum priùs
Hunc auferes,quàm te mihi. *Aul.* 2. Tecum ibimus
Quocunque perges: ſocii adhæremus tibi.
Nec fugere,nec manere ſine nobis potes.
*Ioſaph.* Quid agitis?aulam defero vobis meam:
Defero coronam quidquid in gazis meum eſt,
Veſtrum vocatur: munus hoc nulli placet?
*Barahc.* His adde Regem Ioſaphat,& munus placet.
*Ioſaph.* Datus ille Chriſto eſt:quicquid ex illo eſt ſuper,
Vobis relinquo;mente,quantumvis procul,
His ſemper adero,protegam hoc regnum prece.
*Zard.* Nihil agis,hæc hæc vincula objicimus tibi.
Effugere nunquam poteris.*Ioſap.* Hanc teſtor fidem
Vobis probatam conſcium teſtor polum
Diadema,ſceptrum,purpuram poſui DEO
Nunquam reſumam.Sic ratum eſt:Deum ſequar.
Auferre vitam poterit hanc aliquis mihi,
Sed nemo mentem,jam reſignavi fidem:
Iuratus aſtris vivo, nec potens mei.
*Bar.* Te juſſa moveant Patris.*Ioſaph* Exemplum movet.
*Barac* Et ſceptra vidua.*Ioſaph* Manibus hæc credo tui,
*Barach.* Deſerere prohibet ſubditos omnis fides.
*Ioſaph.* Deſerere ſemet ſtrictior prohibet fides:
Sibi quiſq; ſemper proximus.*Aul* 1.Igitur hinc abis?
Tuoſque ſic deſtituis?*Ioſaph* Hunc regem creo
*Barac.* Parere ſcio,non regere.*Ioſaph.* Propitium tibi

Rogabo

Rogabo numen, cujus imperium tenes.
Regi obſecutus hactenus ſemper tuo eſt.
Modò nil negabis. manibus hoc ſceptrum accipe,
Capite hanc coronam. *Bar.* cogor, hos teſtor polos,
Et pectus illud conſcium. *Joſaph.* Plauſum date
Mihi atque Regi. *Bar.* lacrymas tantùm pete,
Has impetrabis; ſubditum, & Regem hæc decent
*Joſaph.* Barache vive, & impera felix tuis.
Valere te nunc Joſaphat, extremum jubet.
*Barach.* Rex optime, (heu dolor eloquar] Joſaphat vale.
*Joſaph.* Et vos valete ſubditi, curæ meæ,
Gnatique, Chriſti quotquot inſtruxi fide.
*Zard.* Vox dura nimium, & ferrea, Joſaphat, vale.

## EPILOGUS.

JAm ego vos ultimum ſpectatores conſulo.
Quonam hoc Joſaphati factum cenſeatis loco?
Rectene an ſtulte ita regnum defugerit.
Quod tanto multi ambiunt opere; tot impendiis
Bellorum atque opum, tanto quærunt ſanguine?
Si ſimiles Europa nobis Principes gigneret,
Deeſſent bella, pax ubique occuparet ſolium.
Quid nos miſelli, parvi heredes prædii,
Quibus vix terna quatuorve arantur jugera.
Quid lites litibus bella bellis nectimus?
Cedendum denique eſt, nihil certius omnibus
Cedendum eſt Regi, ſervo, civi, ruſtico.
Niſi ſponte ceſſerint, Mors quemque avellet bonis
Quorſum igitur rixis, turbis, ſanguine, cædibus
Aliena rapimus, qui propria amittemus propediem?
Quin proſcriptam bellis pacem revocamus ocyus?
Nemo illam expectet in cælis, qui in terris oderit.

Tragico-

# TRAGICO - COMOEDIA PARABOLICA.
# ANDROPHILVS.

## PROLOGVS.

### *Argumentum perſonaſq; exponens.*

SAlvete quotquot ad hoc muſarum diverſoriũ
Conveniſtis hodie viri, ſummi, medii, infimi.
Imperatorem ſcenicum hic coram ut agerem
Mandatum habeo. Rem porrò decretum eſt dare,
Qualem vidiſtis & audiſtis ſæpius, at nunquam ſatis.
Hiſtoriam ſumimus talem. Rex fuit potens, inclytus,
Regum facilè princeps, qui cùm de aula improbum
Deturbaſſet aulicum, ejus in locum hominem ſordidum,
Trobolarem, ac nihili adſcivit, baſilice induit,
Atque adoptitium eſſe juſſit filium, ſupparem alteri
Sibi naturali filio, in regni fruendi honoribus:
Modò ne indignis Regi moribus crearet faſtidium,
Et cœptæ, bono curſo, felicitatis faceret naufragium.
Sed evenit miſero, quod magnæ fortunæ proximum eſt,
In magnam ut abiret cæcus vitæ licentiam,
Atque omnem, in luxu, Regis prodigeret gratiam,
Hic duo ſunt miranda, & tale abs Rege mendicabulum
Potuiſſe diligi, & talem hunc Regem potuiſſe offendere.
Accedit tertium denique omni admiratione excelſius.

Illud

Fortuna regni tranſiit, vulgus favet,
Ac poſcit unum, precibus hoc meis dabis;
Sed & tuorum. *Joſaph.* vive, mi pater, & rege.
Tantiſque gnatum libera curis tuum.

*Aben.* Non ſum ferendo, par erit humeris onus
Juvenilibus adhuc quicquid ætatis tuo
Reliquum eſt parenti, debet hoc totum Deo.
Noli invidere, quo propè excideram polum.

*Joſaph.* Ignoſce ſi non pareo, nimium imperas,
Qnamvis eremum, durus hanc negas mihi:
Prior volebam. *Aben.* Gnatus ho edebes patri,
Eſſe ut priori liceat. *Joſaph.* accedam comes.
Virtutis iſte campus utrique pateat;

*Epiſc.* Virtutis ingens campus in regno tibi
Patet, ſalutem ſubditi per te ferent,
Sine te peribunt, pergat ad eremum pater,
Hoc onere minor eſt; ſi quid is poterit tamen
Poterit precando. ne reluctèris patri:
Æqua imperare licet huic etiam tibi,
Cupit impetrare Si negas, gnatum exuis.

*Joſaph.* Æquum eſt negare, propria quod verat ſalus.

*Epiſc.* Æquum eſſe credas facere, quod pietas jubet.
Et ſubditorum poſcit, ac patris ſalus.

*Joſaph.* Pietatis eſſe munus hoc primum reor
Propriam ſalutem velle: quod reſtat patri
Regnoque non negare, propiores ſumus
Sibi quiſque. *Aben.* utrumque poteris exemplo tuo,
Facilè imperabis ſubditiis, tantùm hoc peto,
Loco ſalutem publico ut cures tuam,
Idea vulgi. *Joſaph.* ſemper inimicum fuit
Virtutibus patere, vulgus & forum
Periculoſum eſt. Tutius ſpecu latent
Opes repoſtæ, luce quàm proſtant palam.

*Epiſc.* Tulit Joſephos aula. *Joſaph.* Pharaones quoque,
Adde & Saules. *Epiſc.* Adde Davides licet.

*Joſaph.* Hunc innocentem aula paſtorem tulit,
Aulaque nocentem fecit. *Epiſc.* Aſt eadem ſcelus
Doluiſſe vidit. *Joſaph.* innocens nemo dolet.

*Epiſc.* Obſiſtis ergò patriæ, Regi, Deo?
Eadem voluntas omnium eſt, regnum imperant.
*Joſaph.* Regna imperari non ſolent nolentibus.
*Aben.* Volentibus nunquam ſolent. primum ferunt,
Ad dignitates eſſe promeritas gradum
Has noluiſſe, regna ſi velles, tibi
Eſſent neganda, regna cum nolis, damus:
*Joſaph.* Par ſum parenti, ſceptra dum ſpernit, merer?
*Aben.* Sceptra impotenter qui tulit, ponit bene.
Ne ſperne quæſo Patris extremas preces.
Te per ſalutem patriæ, ac ſuam rogat.
Et hunc amorem ſemper impenſum tibi,
Abſolve curis, merear offenſis meæ
Defeſſa vitæ ſpatia cælitibus dare,
Et ſcelera vivus plectere: *Epiſ* An ſpernis patrem?
Cœlo repugnas, fata quod regit tua.
*Joſaph* Heu vincor! ah! quò denique invitus trahor?
Cælis tamen parebo, ſi cælum jubet,
Et fata poſcunt. *Aben.* Conſulis regno, & mihi.
En ſceptra tibi deponit Abnner modò.
Rex Chriſte Regum, ſerviant Reges tibi:
Tua ſit corona, hic aureus torques tuas
Monimentum ad aras pendeat, veſtes habe,
Et omne Regi quicquid ornatum dedit.
Hæc veſtis humeros ambiat, nudum caput,
Rudiſque me nunc baculus inſignem facit,
Et ornat aſtris. Gnate ſic placeo tibi?
*Joſaph.* O dura nimium ſceptra, quæ me diſparem
Faciunt parenti! *Aben.* gnate mi vive, impera,
Et hæc paterna brachia extremùm ſubi.
*Joſaph.* Pater, Pater mi! ah lacrymæ ſinite loquar,
Pater vale, mi pater, ita ſine me, tuo
Gnato recedis? da tuos primùm pedes
Exoſculandos filio. *Aben.* Cede: quid agis!
*Joſaph.* Meum hinc parentem tollitis? duri pedes,
Sic vos tenebo. *Epiſ.* cave relucteris Deo.
Concede fatis. *Joſaph.* Mi Pater iterum vale,
Memorque noſtri vive. *Aben.* mi fili, vale.

*Joſaph.* O Sancta quò me rurſus invidia abripis?
Cur ſtultus adii regna! quid ſceptrum manu
Tractare didici? melius ad eremum patrem
Nuper præiſſem, nulla cùm regni fides
Mundo alligaret. *Epiſ.* Ne patri invideas bonum,
Tibi ſalutem debet hic primò ſuam,
Per te foveri liceat, hoc cœlum jubet.

## SCENA II.

*Abenner regni mole liberatus ad Eremum pœnitentiæ locum ſe confert.*

BEne eſt, triumphum canimus, evici pater.
Majore regno tranſtuli regnum minus.
Qui jura populo tradidi, tradam mihi.
O magne cœli rector & rector meus,
Quid tibi rependam, muneris plenus tui,
Scelerisque proprii? gratiæ (heu dolor) nimis
Ingratus hoſpes vixi & impenſi mihi
Divum favoris prodigus, quid nunc loquar?
Quâ voce tantum numen accedam reus?
Infecta vox eſt, oris impurum eſt chaos.
Iniquitatis lerna, fons omnis mali.
In vincla cogere lingua, violati D E I
Tractare nomen ſit nefas dein tibi.
Quis oculus aſtra purus aſpiciet meus?
Uterque plenus noxiæ eſt, licitum huic fuit
Quidquid luberet perditum lumen diu
Et nocte plenum, terminus licentiæ
Hic eſto: terris oculus uterque hæreat.
Cælum videre ſit ſcelus, licitis quoque
Illicita quiſquis voluit, indignus fuit.
Subſerviiſti riſibus quondam meis:
Nunc lacrymarum fonte diffluere addecet,
Tu pectus olim gaudii ſedes mei,

Modò

Modò ſit doloris : planctus, & gemitus ſonet.
Peccata quodvis expiet membrum ſua.

Plangite mœſtæ pectora palmæ,
Volvite ſalſos oculi fluctus.
Vox in gemitus te ſolve novos.
Scelus admiſſu meſt, vindicta premit.
Heu quâ tutus latebrâ, juſtas
Vindicis iras vitabo DEI?
Quæ ſecretum mihi luſtra locum
Ignota dabunt? Ubi Jeſſidæ,
Lacrymas inter gemituſque madens,
Carmina plangam. Daulias una
Comes ales erit, fortius urget
Sine teſte dolor. Pandite ſaxa,
Pandite rupes, clauſaſque ſpecus,
Et perdendum ſervate caput.
Ne fulmineæ noceant flammæ
Daphnide multi cinxere comas:
Aſt ego nullas merui laurus,
Flammis merui purgare nefas.
O quàm lentus ſcelerum vindex,
Mitiſque Deus! Tibi peccavi
Tibi nunc lacrymas, tibi fundo preces.

## SCENA. III.

Ioſaphatus *regni etiam onere depoſito, atque in* Barachum *cum tota licet aula renitentem, translato, ſolitudinem quærit.*

*Joſaph.* O Magne vindex generis humani DEUS,
Quò me reſervas mole regnorum gravi
Adhuc premendum? pondus excuſſit Pater
Ut hoc gravarer filius. Durum nimis
Sic eſſe genitum. Regna naſcendo tuli,
Ut ſervitutem ſplendidam ferrem miſer.

Tantum

Tantùm imperando. Nemo ſat dignè ſibi,
Aliiſque pariter imperat, diu malum
Cavere tutò pluribus nemo poteſt.
Beatus ille, quiſquis incumbens onus
Excuſſit humeris. Faveo fortunam Patri.
Quid, quæſo honores? ſplendidi fulgor vitri.
Quid fama? fugiens aura, quid ſtirpis decus?
Aliena dos eſt, quid coronatum caput
Gemmis, & auro? cultus indignus viro.
Quid regna demum, & magna famulantûm manus?
Eſt cura Regis. Cui ſatis, quantum eſt ſatis,
Cupit his carere. Stulta mortales rotat
Ambitio curas, & ſupra metam evehit
Neceſſitatis vota miſerorum anxia.
Quid adhuc moramur? regia in eremo tua eſt,
Ad hanc vocatis. Patris exemplum vides:
Sequendus ille eſt. Nemo jam moras poteſt
Injicere. Rex electus hoc habes tuum.
Quod imperari regna non poſſint tibi.
Heus famule fac mox Principes aulæ ſuo
Adeſſe Regi. *Aul.1.* promptus imperium ſequar.

*Joſaph.* Cilicina veſtis hactenus pulchro latet
Colore tecta purpuræ, tandem diem
Videre geſtit, fulgida abſcedat chlamys,
Et aurum, & oſtrum, fulgor hic tantum gravat,
Sacco hoc tegemur rectiùs, talis placet
Fortuna regi, talis occurram meis.

*Barach.* Rex magne vive. *Joſaph.* vive Barache optime.

*Barach.* Funeſtus habitus iſte, quod portat malum?

*Joſaph.* Hæc me decebit trabea: ſaceus hic vicem
Subibit oſtri, docuit hanc formam Pater.
Sequor ad Eremum. *Barach.* regna cui mandas tua?

*Joſaph* Tibi deferuntur. *Barach* Nulla Barachum dies
Ita mentis oblitum arguat, ut illhæc velit.
Parere didici: ſervitus regnum meum eſt.

*Joſaph.* Diadema capitis, dexteræ ſceptrum meæ,
Heres eremi factus, en poſui tibi.
Pater eſt ſequendus, fata ſic urgent mea.

Barache

Barache,pro me regium munus gere.

*Barac.* Rex vive,facinus abſit hoc tuum ac meum.

*Ioſaph.* Aliò vocamur,ſceptra quò nequeunt ſequi.

*Zard.* Te regna poſcunt.*Ioſaph.* Fata me poſcunt mea,
His obſequendum eſt,majus imperium ſequor.

*Barach* Devotus olim es patriæ.*Ioſaph.* At priùs DEO.

*Barach.* Commune ſemper proprio præſtat bonum.

*Ioſaph.* Minùs beatum quod facit,minùs bonum eſt,
Valete.jam nuc abeo,non patior moras.

*Aul.* 1.Hinc non abibis,clauſa per tuos via eſt.
Has ſupplices obtendimus manus tui.

*Aul.* 2.Hi te præcantur,lacrymis miſcent preces.

*Barach.* His non abibis brachiis.*Aul.*1. Animum priùs
Hunc auferes,quàm te mihi. *Aul.*2. Tecum ibimus
Quocunque perges: ſocii adhæremus tibi.
Nec fugere,nec manere ſine nobis potes.

*Ioſaph.* Quid agitis?aulam defero vobis meam:
Defero coronam quidquid in gazis meum eſt,
Veſtrum vocatur: munus hoc nulli placet?

*Barahc.* His adde Regem Ioſaphat,& munus placet.

*Ioſaph.* Datus ille Chriſto eſt:quicquid ex illo eſt ſuper,
Vobis relinquo:mente,quantumvis procul,
His ſemper adero,protegam hoc regnum prece.

*Zard.* Nihil agis,hæc hæc vincula objicimus tibi.
Effugere nunquam poteris.*Ioſap.* Hanc teſtor fidem
Vobis probatam conſcium teſtor polum
Diadema,ſceptrum,purpuram poſui DEO
Nunquam reſumam.Sic ratum eſt:Deum ſequar.
Auferre vitam poterit hanc aliquis mihi,
Sed nemo mentem,jam reſignavi fidem:
Iuratus aſtris vivo, nec potens mei.

*Bar.* Te juſſa moveant Patris.*Ioſaph* Exemplum movet.

*Barac* Et ſceptra vidua.*Ioſaph* Manibus hæc credo tui,

*Barach.* Deſerere prohibet ſubditos omnis fides.

*Ioſaph.* Deſerere ſemet ſtrictior prohibet fides:
Sibi quiſq; ſemper proximus.*Aul* 1.Igitur hinc abis?
Tuoſque ſic deſtituis?*Ioſaph* Hunc regem creo

*Barac.* Parere ſcio,non regere.*Ioſaph.* Propitium tibi

# TRAGICO - COMOEDIA PARABOLICA.

# ANDROPHILVS.

## *PROLOGVS.*

*Argumentum perſonaſq; exponens.*

SAlvete quotquot ad hoc muſarum diverſoriũ
Conveniſtis hodie viri, ſummi, medii, infimi.
Imperatorem ſcenicum hic coram ut agerem
Mandatum habeo. Rem porrò decretum eſt dare,
Qualem vidiſtis & audiſtis ſæpius, at nunquam ſatis.
Hiſtoriam ſumimus talem. Rex fuit potens, inclytus,
Regum facilè princeps, qui cùm de aula improbum
Deturbaſſet aulicum, ejus in locum hominem ſordidum,
Trobolarem, ac nihili adſcivit, baſilice induit,
Atque adoptitium eſſe juſſit filium, ſupparem alteri
Sibi naturali filio, in regni fruendi honoribus:
Modò ne indignis Regi moribus creare faſtidium,
Et cœptæ, bono curſo, felicitatis faceret naufragium.
Sed evenit miſero, quod magnæ fortunæ proximum eſt,
In magnam ut abiret cæcus vitæ licentiam,
Atque omnem, in luxu, Regis prodigeret gratiam,
Hic duo ſunt miranda, & tale abs Rege mendicabulum
Potuiſſe diligi, & talem hunc Regem potuiſſe offendere.
Accedit tertium denique omni admiratione excelſius.

Illud

Illud hominis mancipium jam damnatum, & perditum,
Ita abs regis filio deamatum amore inexplebili,
Ut regio ipſe habitu ac diademate depoſito,
Sacco amictus, aſperſus caput cinere, nudus pedes
Obierit, ſuum deplorans, atque implorans ſervulum:
Omnia faciens, ferens omnia ut reduceret perditum.
Hæc ego faciam, ut videaris etiam in ſcena ſingula,
Atque pro imperio mihi tradito perſonas inſtituam.
Ehodum adeſte propalam, ut audiatis abs me ſinguli,
Quid cuivis agere, quid non agere, licitum ſit hodie.
Adſtatis? bene eſt, Regem tu ages, & dicere Andropater.
Tu Regis filius, nomen tibi Androphilus erit modò,
*Heus tu*, te ſervum illum eſſe, atque Anthropum dici volo:
Pedagogum tibi hunc trado, quem dicas Euphronimum.
Hi tres qui iſtic adſtant, ſeductores Anthropi erunt:
Andromiſus prior dicetur, Coſmus alter, Creon tertius.
Ab his ſeductus Anthropus, ad ſcelus atque flagitium,
Huic multandus dabitur, qui Thanatus appellabitur,
Cui iſta adhereſcunt, triremiũ mancipia. Cippus, ac Lydus.
Hi ſunt qui hodiernâ nobis luce hiſtoriam hanc dabunt.
Sed eſt præcipuum quod ego vos actores meos velim.
Quàm mox præſtare. Hinc abire ocyus jubeo,
Atque fictis hiſce perſonis poſitis, veras induere;
Ut intelligant omnes qui nomine & habitu verſi ſitis.
Agedum extemplò, veſtram hic oſtendite induſtriam,
Oſtendimus rei quam gerimus extremum corticem.
Nunc ut guſtum quendam latentis ſub illo nuclei
Habeatis, ago. Sub umbris quandoque abditur veritas.
Adeſtis denuò? Non eam Vertumnus celeritatem habet,
Ut alius atque alius mox ſit quàm fuerit. Rectè oppidò
Eſtis jam video omnes quos volui, pro Andropatro eſt,
DEUS:
Pro Androphilo, Regis filio, Chriſtus Dei adſtat filius:
Pro Anthrópo ſervo, Adam: pro Pædagogo Euphronimo,
Cuſtos Angelus: pro Andromiſo, Coſmo & Creonte ſeductoribus
Dæmon, Mundus. Caro: pro Thanato, & afflictoribus
Anthropi ceteris, Mors, Morbus, Bellum, Labor *Hoc ego*

Vos

Vos in habitu apparere deinceps tantùm elingues volo,
Nobiſque lucem veritatis, umbrâ diſcuſsâ, pandere.

## ACTUS I. SCENA I.

*Rex Andropater cum filio Androphilo Andropum de trivio pauperum in regni coheredem adoptat: cui* Euphronimus *Pædagogus,* Coſmus *ac* Creon *famuli dantur.*

MAgna Solymorum regna, Majorum inclytas
Virtute ſedes, regia Andropater manu
Felix guberno, nullus odiorum locus,
Nullus timoris hactenus regnum penes
Fuit aut regentem, cauſa bellorum procul,
Et Martis iræ. Solus hanc pacem mihi
Quietis Andromiſus inimicus meæ,
Aviduſque belli ſuſtulit, noſtro tumens
Nimiùm favore. Nempè par Regi decus
Thraſo ſuperbus voluit, & ſceptris manum
Adhibere noſtris. Decuit hoc tantum nefas
Non ferre inultum, ne quod exemplo ſcelus
Traheret nepotes. Igitur ejectus procul
Honore & aulâ, debitas ſceleri ſuo
Pœnas rependit; exul, afflictus, miſer,
Superbiæque factus opprobrium ſuæ.
Nunc ſubrogandus alius in locum mihi eſt
De fece vulgi, filius terræ ultimus;
Qua pariâ ſorti, paria qui generi ſuo
Sentire diſcat. *Androp.* Vive ter felix pater,
Alioſque donis redde felices tuis:
Hoc liberalis animus, & pulchræ ſibi
Humanitatis conſcius pridem exigit,
Hoc Rege dignum, poſſe, cum miſeros velit,
Beare, ſorte vivere beatum ſua.

*And.*

*Andr.* Lubens lubenti filio accedam Pater.
Agedum famuli coronam huc nobis date, ac purpuram,
Præterea centones, & Anthropi olim manticas,
Heuste, Anthrope, huc affer propiùs mihi.
Iſti ego te apparatui medium aditare hic volo:
Tum deinde huc, te, atque illuc oculos, ac animum
Circumferre, atque meditatione ruminare ſeriâ:
Quid olim fueris, quidque eſſe deinde poſſis, cùm velis
Hancne tu regni coronam ac purpuram tuâ tibi
Virtute conciliare, mea cum gratia, mavelis,
An ſcelere tuo, hiſce etiam manticis, adjicere compedes?
*Anthrop.* O Regum optume maxume, tuo me ſcias arbitratu vivere.
*Androp.* Abeſte famuli hoc loco, Anthropus unus maneat.
Heus Anthrope mi, hæc ſubi brachia, hoc pectus amplectere.
Adlegi te in locum Andromiſi hinc depulſi ob ſcelera,
Quæ in me Dominum atque patrem, patravit optimum.
Adlgie te, uti ſcis, atque de vilibus tranſtuli ſordibus
In aulam, in familiaritatem, atque in animum hunc meum,
Hæc velim intelligas; atque tecum expendas ſedulò
Te nunc deinceps filium mihi, me tibi patrem fore,
Senſus etiam tuos, atque cogitata in conſilium advoces,
Ut ſtatuas maturè, quâ ratione, Regem ac Patrem tuum
Per pietatem colas, per obſervantiam devincias tibi.
*Anthrop.* Scio quid tantis beneficiis obſtrictus filius Patri debeam.
*Androp.* Habeo & hic filium Androphilum naturalem, ac unicum,
Cui ego te nunc ut amicum & fratrem trado hodie.
Androphile, tua ego illum in cura, atque animo habitare velim.
*Androph.* Quod mihi ab amiciſſimo factum cupiam, id huic ego
Ultrò deferam, non rogatus prece, nec inductus pretio.
*Androp* Novi, animum geris benevolentiæ capacem magis
Quàm in juriæ. *Androph.* habeo opes, honores, vitam etiam,
Hæc faxim illi omnia ſint communia. *Androp.* amicè agis.
Anthro-

Anthrope, potin' ut facias, quæ deinde tibi monita dabo.
*Anth.* Imperare licet, me ſemper ad nutum habes. *Andr.* Ita
Sanè pervelim, tibi ne malum aliquod evigilare facias,
Neve ratio tibi dormitet inter iſtam felicitatem tuam.
Neque enim levius eſt negotium, fortunam, alicui cùm adeſt,
Retinere, quàm cùm abeſt illam obtinere primitus.
Sunt qui opibus uti nequeunt, quia non habent; at cùm habent.
Uti neſciunt, ipsâ poſtea in felicitate miſeri.
Alii inter miſerias virtutes cuſtodiunt, dùm verò melior
Fit fors, vita deterior redditur; qui miſeriam
Non deponunt, ſed mutant ex magna in maximam.
Quare cùm adeò nihil ſit vile & obvium, quàm mores mali,
Ut, qui ſuccreſcunt ultrò abſque aratro & ſemine.
Tuum erit hoc incommodum prævortere diligentiâ.
Nihil enim facilius eſt homini probo quàm fieri improbũ.
Abſque duce ac magiſtro id poteſt, arte etiam non eſt opus
Proinde aures tuas utendas ne trade dyſcolis, neque
Oculis tuis veniam facito evagandi, quam par ſit longiùs:
Linguam domi tuæ contineas, ne familiaritatem foris ambiat.
Habes mentẽ, ut iſta capias? *Anth.* Teneo cuncta mi Pater.
*Andrep.* Scis cui te Magiſtro erudiendum, ac regendum tradidi?
Euphronime Ehodum, tuæ hunc adoleſcentem curæ eſſe volui.
Ages quod viri prudentis atque induſtrii eſſe ſciveris.
Qui rem Domini ſui naviter adminiſtratam velit.
*Euphr.* Intelligo, meam me rem atque tuam putabo agere.
*Androp* Vos ego Coſme ac Creon famulitium meum,
Deinde veſtram probare ſedulitatem volo;
Adſtare illi, obſequi, neque obluctari in bono quippiam.
Secùs ubi evenerit, habeo lora atque etiamnum compedes
Quibus vos caſtigatos veſtra onerem pœnitentiâ.
Tu vero Anthrope illis amice utere, prout Euphronimum
Meque intellexeris velle, ad commodum honoris tui.
*Anth.* Patrem eſſe, qui monet, ſcio: filium, qui audiat.

Tua me ubique monita æquum eſt antevertere.

*Andr.* Facite etiam dum abſum, adeſſe hic coram videar omnibus.

Furtim certè adero, cogitata huc remittam mea,
Cenſorem occultè immittam oculum Væ ſi quid improbè!
Ex patre judicem, ex amico inimicum habebitis ocyus.
Speique omnis ac res veſtra occiſa, efflaverit animam.

## SCENA II.

*Andromiſus, ſe aulâ Regia depulſum indignatur, & vindictam cogitat.*

Etiamne clauſo dira Furiarum cohors
Erebo moratur? nulla jam noſtras juvat
Iras Erinnys? deſes Alecto nimis,
Deſes Megæra, rapite ſulphureas faces.
Cerbere catenas rumpe, & undantem evome
Spumam veneno. Linquite umbrarum domos
Sævique valvas tartari, & diras ſpecus
Quæcunque nigram peſtis habitatis ſtygem,
Vos Andromiſus poſtulo, quidquid ferum,
Horrendum, & atrox, orcus infelix habet
Effundat in me, pectus hoc noſtrum imbuat.
Dignum furorem quæro, fumantem ſuper
Phlegethontis undam, ſuper avernales rogos.
Superbus hoſtis petitur, & qualis neque
Bove metuendus Phalaris, aut pinu Scinis.
Aut qui cruore pavit humano pecus,
Andropater omnes vincit, immanis, ferox
In me meoſque, quid moror? dabit parem,
Dabit ultionem, ſcelere penſabo ſcelus.
Egone ut inultus præda victoris ferar,
Hoſtiſque riſus? ſede proſcriptus meâ
Infamis errem, quæque natalis ſoli
Meruiſſe videor ſceptra, concedam alteri,

Extorris,& contemptus,ac mundi probrum?
Sol ante noctem,luna lucebit diem
Floreſque Boreas adveher,& Zephyrus nives.
Frigere flamma poterit, & mitis ſilex
Diffluere ſaxo; noſtra conſtabit ſibi
Par ſemper ira, gravior eſt nobis furor,
Quàm qui prematur levibus afflictus malis.
Per damna major ſurgit odiorum ſeges,
Pœniſque gaudet. Nempe me putat exulem
Andropater oras legere deſertas procul.
Latus tuum ſtipabo adhæreſcam tibi,
Tuiſque ſemper ultor in regnis ero.
Sum ſum Andromiſus,ſimilis etiamnum mei,
Audaxque,contumaxque,& irarum impotens.
Aulâ expuliſti me tuâ hoc animo nequis.
Non ſic peribunt odia,ſceleribus novum
Scelus reponam. Nulla me pavidum fuga
Subtraxit,aliqua reſtat in facinus mihi
Conſumpta nondum audacia,experiar nefas
Hactenus inauſum. Priſtinum mundo chaos
Reddam,ac tonanti fulmen eripiam polo,
Et fixa cælo ſidera,everſum diem
Miſcebo tenebris,tota cardinibus ruet
Evulſa moles orbis,& ſtygem bibet
Quodcunque natum eſt. Pergis? an aliquis tibi
Enceladus eſſe major aut Mimas poteſt?
Cur ſegnis hæres anime?quid nectis moras;
Regem potentem metuis? an times tibi
Nimiùm impotenti? Fateor imparibus furis
Ardoribus ſuccenſus: excedis tuis
Modumque,menſuramque veſanus minis.
Metire vires: quantulo impulſu jaces
Iam fulminatus,incipe ſuperbum caput
Submittere jugo,teque majori minor,
Atque impotentem ſubjice potenti manu:
Nequicquam in iras ſurgis,in caput tuum
Omnis redibit noxa,teque amens petes.
Languemus? an nos ſceleris incepti pudet?

Aggrediar. At quæ crimini ſe via aperit?
Securus has ridebit Andropater minas.
Occluſit aditus, arce munita ſedet.
Parum eſt, petantur ſubditi, quâ quâ potes,
Parte, exigatur pœna, quiſquis regis eſt
Meruit perire, regius ſontem favor
Odiiſque dignum quem fovet hominem facit,
Qui Rege amico fruitur, hic me hoſtem feret.
Satis eſt, reperto ſcelere jam totus fruar.
Vaſtabo, perdam, ſubruam, involvam ſtygi
Mundumque, cælumque, & reluctantes Deos.
Jam nunc ruinas cerno, jam caſus virum,
Provinciarum buſta, & excidium, & luem,
Lamenta, gemitus, funera: hoſtium omnium
Video ſepulcrum perge nunc, perge impiger,
Rectè inchoatum colloca recte nefas.
Anthropus iſte facinus invitat tuum.
Hic hic tenetur, patuit audenti via,
Telum ultionis habeo, ſit juvenis ſcopus:
Ille ille juvenis tenero mercatus nimis
Amore Regis: quid favor poſſit ſcio,
Quid blanda Patrum gratia errorem juvat,
Pavidoque vires hac ad audendum facit.
Nunc igitur artes advoca, ſi quid tibi
Fraudis relictum eſt, poteris hoc, poteris nefas,
Palpare tantum ſi velis, ſi mel loqui.
Age redde juvenem noxiæ tecum pari.
Solatiumque ſceleris hoc capias tui,
Habere ſocium, dulcis hic erit labor
Et Andromiſo dignus. Alecto fave,
Et tu Megæra præfer ad ſcelus facem.

## SCENA. III.

*Euphronimus admiratur amorem regii filii Androphili erga Anthropum, à quo etiam commendatum illum accepit.*

EVph Amor an amentia herili noſtro acceſſerit filio
Haud facilè dixerim;ita is nunc efflictim deperit
Anthropum,de trivio nuper ac haræ contubernio
Traductum in aulam rem certè difficillimam facit,
Amare ſibi diſſimillimum;fovere ut ovum ſuum
Gallina glocituriens,aut catellum lepidum in ſinu,
Quem vix Irus ſuas collocet inter manticas.
Cœni ille nuper;morborum,ac putredinis filius
Videri potuit;ita totus ſcabrâ ſcabie,& lûto undique
Oppletus,ad faſtidium oculorum erat maxumum.
Nunc profectò Regis profuſi dives liberalitas
Opipara ipſi fecit omnia,quà domi,quà foris,
Veſte baſilicâ,cibo eleganti,obſequitur animo ſuo;
Et gaudiis gaudia velut anſam anſæ copulat.
Intereà Regi & regio magis etiamnum filio,
Curas novas novaſque hæc ſollicitudo parturit,
Necubi à recto exorbitet aut vacillet in moribus.
Mihi etiam hanc in rem tot ſcribuntur decreta indies,
Ut Pandectarum confieri hinc poſſit ingens opus.
Inſtruere iſtum jubeor,Pædagogum agere ſedulum,
Ne quid deliret,aut abeat rationis ſemitâ.
Quam ſæpè me herilis filius emiſſitiis
Obſervat eminus oculis,ut furem inſequitur,
Nec ante mihi abeundi eſt copia,quàm quæſtionibus
De ſuo illo Anthropo me eviſceravit penitus.
Euphronime eicho Euphronime,Anthropus noſter ubi eſt?
Nunquid ſanus? Nunquid ad virtutem docilis?
Numquid ipſi verecundiæ acceſſit,aut gratiæ?
Nunquid frugi in eo eſt indoles.atque induſtria
Ubi tunc ego annuero.gaudio gaudet in ſinu.
Sed ecce nunquid veridicum me facit experientia,

Hic

Hic iterum adeſt argento vivo mobilior Androphilus.
Scio quem quærat:ad Anthropũ hinc me ſubducam ocyus.
*Andr.* Adoleſcentem habeo, qui quid agat, quid non agat, curæ eſt mihi.
Tenella planta eſt, quæ niſi expleretur ſæpius,
Atque opportunè irrigetur conſiliis ſalubribus,
Silveſcit ultro Anthrope columbule mi, ubi es?
Nunquid ſomno alicubi, aut inertiæ ſacrificas?
*Anth.* Adſum here optime. *Andr.* deliciæ meæ, baſiolum meum, & meum
Mel, nunquid rectè tibi vertunt omnia? *Anth.* rectiſſimè.
*Andr* Euphronime tibi iſthæc curatio erit, ne quid uſpiam
Naſcatur infortunii diſcipulo huic tuo & meo,
*Euph.* Scio. *Andr.* oculum te eſſe totum velim, qui undique & undique
Perluſtres omnia, ne cui incurrat incommodo.
*Euph.* Monitis mihi opus non eſt, teneo officium meum.
*Andr.* Neu quid hero tuo in re mala doloris crees velim.
Excubias excubiis præſtruere ceu murum muro, decet.
Ne quis hoſtis iſtam mihi invadat arcem indolis
*Euph* Nunquid mea tibi opera fraudi fuit, ut toties mones?
*Andr.* Quantumvis ſolers, diligentia peccare nunquam poteris.
Theſaurum tibi omnem meum credidi Euphronime;
Si quis furum irrepat pernicies mihi graviſſima eſt.

## SCENA HARMONICA.

*Creatio Adami in paradiſo repræſentatur, quem Angeli Cuſtodes defendendum accipiunt, Dæmor perſequitur.*

## CHORVS.

*Mundi proclivitatem ad vitia oſtendit.*

Diris Noxa Acheronticis
Infelix ſoboles nata parentibus.

Quantam fertilis explicat
Terrarum ſpatiis fœta propaginem?
Non tot degener improbis
Lappis ac tribulis campus aduritur.
Quot fecunda nocentibus
Implet criminibus noxa parens humum,
Quantumvis vigilantia
Munitam juvenum ſepſeris indolem;
Quantumvis lateri latus
Pernox excubitor conſociaveris,
Curam fallet inutilem,
Adrepens tacitis noxia paſſibus.
Conſuetudine criminum,
Nulli non populo notus Adamidûm,
Vilis deſpicitur nepos.
Culpamus proavos, deterioribus
Exemplis alimus nefas,
Heroum ſoboles dedita noxiæ.

## ACTUS II. SCENA I.

Andromiſus *aſſumptâ Euphronimi perſonâ* Coſmum *ac* Creontem *fallit.* Oenopola *ac* Cupediario *accito convivium adornat.*

ANdr. Aſpicite huc, atq; utrumq; in me oculum vertite.
Ut à capite ad calcem contemplemini hanc indolem.
Eſtne ex hoc coram numero tam Argus quiſpiam,
Qui me noverit hac in veſte, hac formâ, his moribus?
Andromiſus paulo antè fui; nunc quem me facitis?
Lepidam herclè comminiſcor fabulam, cujus jam modò
Exordium intus feci, felicitate jucunda auſpice.
Euphronimum noſtis qui Anthropi factus Pedotriba eſt,
Et adoleſcentis ubique moribus, velut pro excubiis,

Invigilat;pernoxque perdiuſque illi hic eſt labos
Is nunc Euphronimus ego tantiſper ſi fuero,
Quid obſtabit?calliditatem enim atque arguriam
Hoc etiam in pectore circumfero. Vultis probem
Iam nunc?Pol audiri hæc nolim. Eſtne aliquis
Mea qui hæc verba arbitretur ex hoſtibus?
Dicam?ſed profecto ſilere multò reor tutius.
Quis iſtic veniens obſtrepit? *Coſm.* Litteras ab Andropatro
Tuo inſcriptas nomine defero *Andromi.* Quæ te decet facis?
Oho agnoſco *Magno aulæ magiſtro,morum arbitro,*
*Anthropi moderatori Euphronimo prudenti viro.*
Amœna inſcriptio,jam ſub cortice nucleum eruam,
Eſtne quod me præterea velis? *Coſm.* Eſt verò,nam Cupediarius.
Atque Oenopola intus tuum operiuntur reditum,
Ut mandata abs te accipiant,quid velis pro epulis.
*Andr.* Iube hic adſint. Iam videtis,opinor,quid egerim.
Hic Coſmus,atque ejus contubernalis Creon, aſſeclæ
Anthropi,jam mei ſunt,lepidè hos in caſſes meos
Incluſi,meis hiſce præſtigiis,aſtutiis, illecebris.
Euphronimum me habuerunt ſuum,poſtquam ad eos
Me occaſio detulit,errorem juvi blanditiis.
His benignè feci,atque amœnis perfudi gaudiis.
Jam illis ad epulas,quas promiſi, dentes pruriunt;
Ut aſtant,auſcultant,adjuvant,applaudunt naviter:
Et meis nunc inſcienter velificantur conſiliis.
Ecce viros,affabor contrà; Oenopola,fac de optimo
Nobis hodie depromas mulſo, Apiano ac cretico.
Tu Cupediarie ſcita menta,ac bellaria appara,
Uti me noſti velle. Coquo deinde operam hanc date,
Ut aſſa,elixa,frixa: mullos,ſcaros,meleagrides,
Capos, phœnicopteres,pavones in promptu habeat
Regiis nunc loculis patinis,ac poculis æquum eſt vivere,
Qui Regi ſervimus naviter; ne noſter ſterilis ſit labor.
*Oenop.* Rectè id agitur nos cetera induſtriè curabimus.
*Andr* Hem Coſme ac Creon hiſce vos literis erudire cupio,
Quid Andropater vobis curandum tradat. Facile
Hæc per aures ad animum verba tranſeant. Sic habent

*Coſmo ac Creonti,ut mihi uterque ſerviat utiliter,*
*Utque Euphronimi ubique dictis obaudiant,impero.*
*Coſm.* Dociles nos habes,atque amantes amore te ſuo,
*Andr.* Iam vos epulas in horto mihi ac vobis inſtruite.
Cautè tamen,ne quid inde paraſit aſtris improbis
Suboleat.noſter illa tantum ſtomachus reſciat,
*Coſm.* Scimus *Creon.* vix iſtuc ſanè muribus conſtare volum⁹.
*Andr.* Ut aſtutiis ego meis illos poſſideo,ut undique
Sepſi offuciatum nebulis,ne quid fraudum videant.
Quàm opportune hunc ego Euphronimi vultum ac titulũ
Aſſumpſi hodie!quam commodè occurrunt hæ litteræ?
Iam prius arci oppugnandæ admovebo machinas.
Nam ipſe mihi Euphronimus ab Anthropo dimovendus
eſt.
Quod ubi fecero,ſpoliatum his Anthropum præſidiis
In meas captivum partes attraham,induam vinculis.
Quis iſtic meam rurſus interturbat ſolitudinem?
Pol Euphronymum video. Ubi Anthropus?abeſt.
Herclè hic me otioſum eſſe neutiquam convenit,
Adibo Anthropum,eumque ad hortum invitabo & epulas.

## SCENA II.

*Euphronimus Coſmum ac Creontem abfuiſſe indignatur,obſtupeſcit illos etiã magis ſuo nomine convivium adornare,præſertim* Oenopola *ac* Cupediario *ac denique etiam* Anthropo *per Andromiſum invitato,idem confirmantibus.*

*EVph.* Ut hos flagriones malè feriat iratus Iupiter,
Qui ſe liberos ante libertatem faciunt, qui domo
Qui domini ſervitiis abeunt.Ubi Coſmus?ubi Creon?
Ita vos Euphronimum,ita Anthropum flocci facere?
Ita temerè ubique quod lubitum eſt agere,quod non licet?

Iam mihi clamatio fuit, jam ubique exquiſitio.
Nuſquam apparent, mirum eſt, ni Baccho ſacrificent.
*Coſm.* Euphronime, Ehodum. *Euph.* quis poſt tergum au-
res vulnerat!
*Coſm.* Tuus Coſmus. *Euph.* Blatero. ac triobolare mancipiũ!
*Coſm*, Mitiùs obſecro. *Euph.* quid enim benignius dicam
maſtigia?
*Coſm.* Quo hæ verba ſcelere promereor? *Euph.* non uno?
nec verba, ſed
Verbera etiam. Quis eam tibi injecit audaciam,
Ut abeſſes? *Coſm* Mandato tuo abfui, illo nunc redeo.
*Euph.* Meone? *Coſ.* tuo. *Euph.* Inſanis, quid enim juſſi? *Coſm.*
Ut epulas
Unà cum Creonte adornatem iſtic in horti viridariis,
*Euph.* Id tu aſſeris? *Coſm.* aſſero, eiam juratus, ſi opus. *Euph*
perdite,
Tu me epulatorem, tu corruptorem adoleſcentiæ
Ita impudenter facias? *Coſm.* abſit tibi quicquā dicam malè
*Euph.* Epulationem me cogitare dicis, quâ id confidentiâ?
*Coſm.* Veritatis. *Euph* auden' verbero ita loqui. *Coſm.* Vis ut
mentiar?
*Euph.* Ut ne mentiaris impero. *Coſm.* face igitur loquendi
veniam,
Quod res eſt. *Eup.* quid veniam oras, cùm addam imperiũ?
*Coſm.* Sed innoxiam mihi eſſe veritatem cupio, næ ob eam
Tu mihi verbera redduas *Euph.* Æquum ſane poſtulas.
*Coſm.* Fide igitur bonâ aſſero tuo nos mandato hæc agere.
*Euph.* Quænā? *Coſ.* in horto verſari. *Eup.* quid illuc negotii?
*Coſ.* Convivari hilariter, atq; iſtic præſtolari adventũ tuum.
*Euph.* Potin, ut hæc dicas, *Coſ.* Cogis me tuis factis herculè.
*Euph* Ita te manifeſto inſiſtere mentiendi delirio!
*Coſm.* Sacra teſtor omnia, ipſumq; Bacchi thyrſum, & ſce-
ptrum Iovis.
*Euph.* Sacrilege etiam Divos violas, jam edes verbera.
*Coſ.* Nihil profectò eſurio, ſatur abundè ejus quidē ſum rei.
*Eup.* Etiam ludificas? *Coſ* fidem tuam imploro, pacti ſumus
Ne pro veritate abs te vapulem. *Eup.* pro mendaciis vapulas

*Coſm.* Quid ſi Deos mihi atque homines veri teſtes habeam?
*Euph.* Nunquam id obtinueris. *Coſm.* Creon, eho Creon, huc advola.
*Euph.* Tace ſis verbero. Mihi ad illum ſit interrogatio.
*Creon* Quis me ita turbidis clamoribus huc advocat?
*Euph.* Noſtin' meo te ſub imperio ſervire Anthropo, improbe?
*Creon.* Quippe ni? *Euph.* quin igitur jamdudũ domi te video?
*Creon.* Adeſſe citius non licuit, dũ foris curo. *Eup.* quid igitur
Curas triveneſice? *Creon.* quod mihi abs te imperatum operis eſt.
*Euph.* Quid iſtuc? an ceſſas eloqui? aut non habeo ſtipitem?
*Creon.* Ventrem tuum interroga, qui niſi ſatur ſit, dicet tibi.
*Euph.* Tuum os interrogo, flagrio dorſum etiam tuum.
*Creon.* Quæ te intemperiæ vexant, here, iſa tu navo homini,
Cui ut Domino ſerviat tantùm ſit curæ? *Euph.* Peſtis es
Atque adeò mors ipſa, niſi jam nunc, actutum, ocyſſimè
Edicas ubi latitaveris? quid negotii huc dum egeris?
*Creon.* Quid vis priùs dicam; nam integram mihi provinciã
Laborum curandam dediſti, primumne de petaſonibus,
Ferina, an vitulina dicam? de piſcibus. an alitibus?
De placentis. & artocreis; an de Chio prius & Cretico?
*Euph.* Quid hæc ad rem? *Creon* Curavi tuo hæc juſſu omnia
*Euph.* Ain' meo hæc juſſu? *Creon.* Ita ajo. *Euph.* & verè? *Creon* nil veriùs.
*Euph.* Auden' nebulo? cave ſis hoc iterùm dixeris, niſi hinc
Abire lumbifragus cupias. *Creon.* ergo quæ me dicere tibi,
Quæ non dicere velis tu priùs ediſſere, ne ingratiis tuis
Amplius veritatem loquar, tacebo enim ſic, quod eſt,
Et loquar etiam quod non eſt; modò tuis ſerviam auribus,
*Euph.* Id verò ego te jam nimis ſceleratè præſtare doleo.
Vendicum te poſtulo. Sed intelligo machinas,
Conjuratio vobis in veritatem concinnata eſt hodie
Adverſum me, ut veſtram nequitiam abſcondatis mendaciis
Eruam ego illam in apertum. & in meridie conſtituam.
*Coſm.* Patere, Euphronime, hinc paulo abeam. *Euph.* Flag metuis

His

His ſuſſuarite cupis. *Coſ.* non ſed veritatem huc adferam.
*Euphron.* Niſi illam jam habueris, fruſtra adduces illam peregre.
*Coſm.* Tot tibi teſtes dabo, quot voles. Oenepolam, Cupediarium,
Qui à te mandata acceperunt, perinde uti nos,
*Euph.* Id ſi feceris jam ego vos abſolvam crimine ac flagris:
Meumque his onerabo tergum, ad livorem maximum.
*Creon* Noli tuum in conſultò dorſum devovere loris.
Nam citius te ſervum, noſque effeceris heros tibi,
Quàm vera hæc ad fabulam transferas, Meis ego
Oculis, meis auribus plùs credam neceſſe eſt, quàm tibi.
*Euph.* Niſi jam ſorditas tibi in aures, niſi in oculos cæcitas,
Demigravit; nihil pol video, nec ſentio. *Coſm.* En viros
*Euph.* Probos vos hodie eſſe velim, neque quicquam fraudulentiæ
Sub ſervire, dum vos interrogo. *Oenop.* Jam dudum nos probos
Noſtris factis probavimus, hanc nobis famam tuerier
Deinde certum eſt; *Euph.* noſtis me? *Oenop.* Novimus Euphronimum.
*Euph.* Habuiſtis à me imperatum onus? *Oenop.* Habuimus, & egimus.
*Euph.* Quodnam illud? *Oenop.* pro convivio vinum attuli. *Cup.* cupedias.
Ac bellaria ego. *Coqu.* Ego opiparè ferculis inſtruxi omnia
*Euph.* Quis imperavit? *Oenop.* Tu Euphronime. *Euph.* Videte: ne quis malè
Vos error deludat, ne pro Euphronimo vobis Creon,
Aut Coſmus occurrat. *Oenop.* nullum ſanè periculum eſt:
Nam & illis perinde, ut nobis, data ſunt imperia.
*Euph* Non credo. *Oenop.* nos verò id ſcimus probè, nihil fallimur.
Hoc loco his præſentibus, illud factum. *Euph.* Commentitium eſt.
*Oeno.* Negando herclè pro vino exprompto non facies ſatis.
*Cupe.* Neque mihi pro inſumptis bellariis. *Euph* nugæ ſunt, nil debeo.

*Oenop.* Cogere. *Euph.* quânam arte? *Oenop.* vi,ac veritate.
*Euph.* pro me omnia
Hæc ſtare ſcio. *Oenop.* Vide ne delires audacia,
Quod tot auribus, totque oculis minùs credas,quàm tuis.
*Euph.* Conjuraſtis improbè. *Coſm.* Deos habemus innocentiæ arbitros.
*Euph.* Vos me inſanum, ut faciatis hodie? qui, quid egi, quid agam,
Ubi ſtem,ubi ambulem, ubi loquar,ubi ſileam,neſciam.
Quo me iſta loco feciſſe dicitis? *Coſm.* hoc,quo inambulas.
*Euph.* Quâ horâ? *Coſm.* Sub meridiem alterâ. *Euph.* quaſi tunc me domi
Anthropo adfuiſſe ignorem,neq; hunc vidiſſe id temporis,
Aut hominem,aut locum. Sed quid mihi erat negotii?
*Coſ.* Literas manibus ferebas,quas ab nuncio huc attuli.
*Euph.* Quas literas? *Coſm.* Quas Andropater Euphronimo inſcripſerat.
*Euph.* Jam aperta veſtra inſania eſt. Cùm neque literas
A vobis, neque ab Andropatro ullas poſſideam,neque
Earum mihi argumentum conſtet, neque acceptio.
*Anth.* Ecce me, advenio atque aſſequor. *Euph.* qui ita properè?
*Anth.* Adeſſe Euphronimo cupiebam. *Euph.* Laudo conſilium tuum.
Quâ id mente actum? *Anth.* Ut convivali hodie lætitiâ fruerer
*Euph.* Quis iſtuc ſuaſit? *Anth.* Euphronimus. *Euph.* Egòne? *Anth.* nemo alius.
*Euph.* Candidè iſta? *Ant.* Ergone ignorare tu iſthoc poteris,)
Quod paulò ante tuo ex ore diſſeruiſti propalam,
Ita ſeriò inculcaſti, ut quàm mox ad hortum te aſſequerer,
Iſtic tecum genio facerem, Coſimo ac Creunte ſociis?
*Euph.* Ubi ſum? in quæ tempora incidi? in quos homines?
Hæc ego agam,hæc dicam, neque ſentiam? quo veneficio
Obſeſſus teneor?aut vos,aut me delirare apertiſſimum eſt.
Concedite intro,hæc mihi referre ad Andropatrum
Certum eſt, vos interea domi eſſe & continentiam
Colere volo, neque tam inſanæ ſtultitiæ operam dare.

SCE-

## SCENA III.

Andromiſus *abſtracto per illuſionem Euphronimo* Anthropum Coſmum *ac* Creontem *ad luxum convivalem traducit*, Alaſtorem *ſibi, ſubordinat.*

A*Ndrom.* Intelligo quantum mihi negotii hic rurſum homo fecerit,
Inter ſpem ac metum navigo; modò mearum ratis
Aſtutiarum fluctuat; modò bonis ventis impellitur,
Obſtat Euphronimus ubique conatibus, nondum tamen
Ad deſperationis impegi ſcopulos; rurſum carbaſa
Expandam ventis, fave nunc fortuna & audacia.
Erit mihi hodie ſpero Euphronimi abſentia utilis;
Ut in portum fraudum mearum appellam propius.
Quos ipſe fluctus concitavit, hos meum erit componere,
At majori etiam ingenio, quàm antè, blandirier.
Hic Anthropus habitat, pulſabo fores. Anthrope ubi es?
Ubi Coſme, ac Creon habitatis? *Anth.* Eccere nos, Ten' Euphronime
Hic rurſum videmus; *Andr.* Redeo, ſic enim conſiliū fuit,
Tantum jocari vobiſcum, veſtra ut ſcirem ingenia.
*Anth.* Itane te ſeriò jocari credamus. *Coſ.* ſenſi ego hos jocos
*Creon.* Meâ etiam cure illos expiavi. *Andr.* Veſtram indolem
Sic tantùm explorabam, nunc etiam ſeriò lætabimur,
Atque illam joci ſiccitatem amyſtide diluemus novâ.
Ita eſſe ingenium adoleſcentiæ uſu condidici
Uti in amore, in luxu, in lubentia hoc placeat magis,
Quod maximè diſſuadetur. Proinde vetare me memini.
Ut tantò aſpellerem validius. *Ant.* Nimis vafrum conſiliū!
Minæ iſtæ tuæ ſi minæ non ſint; quid erunt blanditiæ?
*Andr.* Hoc tu me ætatis hominem ſycophantari putes?
*Anth.* Concenturiat merum in pectore tam graphica ob jurgatio.
*Andr.* In re ardua exploratam volui fidem, dediſtis affatim.

modò

Modò ni par obſequium adſit,laudem hanc prodigitis
*Anth* Sed pol metuendum eſt,ne periculum facias
Imperatæ antea continentiæ,atque in ea conſtantiæ.
Tum deindè iſta ad Andropatrum callidè referas.
*Andr.*Vanus timor.quid enim iſte apparatus faciat.
Quid impenſæ,quid lautitiæ ?hæc enim quibus
Inſtructa,nataque niſi dignis hominibus,creditis?
Quid ſic me obſtupeſcitis?*Coſm.*nihil equidem magis
Admiror.quàm ita mox alium eſſe Euphronimum,
Qui iſta quæ nunc probabat, improbabat quantocyus:
Quæque ante improbat,probabat.*Androm.* ita ſerenitas,
Ab aliqua ſemper tempeſtate exordium facit.
Nulla lætitia amœnior eſt.quàm cui inamœnitas
Præluſit aliqua gratiam dulcibus conciliant aſpera:
Veſtra ego improbare deſideria volui,ut probarem magis.
*Anth.*Obſequimur,ne quid imputes nobis pertinaciæ.
*Androm.* Eſtis vos ſemper mihi grati unicè,& lepidiſſimè.
Quodque in terra centrum eſſe aſſolet,hoc veſtri amor
In corde meo eſt,ad eum cogitata omnia confluunt.
Ego vos Senatum gaudiorum convocare velim hodie,
Atque in conſilium adhibere; ut quomodo lætitiæ
Atque amœnitati ſtudendum ſit,teneatis probè
*Coſm.*Quod eſt facillimum poſtulas,ut ſacrificem lætitiæ.
*Creon.*Amamus iſtam tuam lepiditatem, places Euphronime.
*Anth* Modò ne quid fiat perperam. *Androm.* Umbras metuis.
*Coſm.*Innocens nobis gaudium erit. *Creon.*& abſque diſcordia.
*Andr.*Cor vos habere video,ac in eo medullam ſapientiæ.
Si me ſequamini habebitis felicitatem comitem.
Quod Oreſti Pylades,hoc mihi eritis,ſocii jucundiſſimi.
*Anth.*Modò nihil repugnet Andropater. *Androm.* favebit etiam,
Voſque regiè viventes regios ac rege dignos dicet filios.
*Androm.*Subite viridarium,mihi cura erit, ut baſilicè omnibus.
Abundetis, atque hodiè lætitiam ducatis conjugem.

*Coſm.* Eamus. *Creon.* euax fruamur gaudiis. *Anth.* bonum conſilium ſequor.

*Androm.* Subierunt? benè eſt. Jam mihi duarum rerum labor

Relinquitur, primus eſt. ut Euphronimum deludam reducem.

Alter, ut illis voluptatis ſubijciam inſanæ ſtudium.

Ne ex his quiſquam ad Euphronimum ac frugem redeat,

Si illos deinde contra Andropatrum, ejusque familiam

Opportune armabo, meas ulciſcar pœnas hoſtiliter.

Habeo famulum, cujus hac in re opus erit induſtria.

Verſipellis is eſt, & mille fraudum artifex egregius.

Sycophantiis homini, atque aſſentationibus ita

Os oculoſque oblinit, ut quid dicat, quid videat, neſciat.

Vocandus is nunc eſt. Ehodum Alaſtor, ehodum, ubi es?

Ita herum tuum deſeris, neque ei pro ſervitio ades?

*Alaſt.* Non audebam interpellare, meâ te præſentiâ. *Androm.* quippe cur?

*Alaſt.* Nam illuſtri perſonæ adſtabas, quicum agebas conſilia.

*Androm.* Quinam ille? *Alaſt.* ipſe tu tibi aderas, viro ſapienti ſapiens.

*Androm.* Laudo obſervantiam. Nunc ego te mihi navum volo,

Atque experiri, an tibi pectus, atque excoctum ſatis ſit cerebrum?

An potiùs fungum pro pectore, pro capite bulbum geras?

*Alaſt.* Facta mea tuis aptabo monitis, ut ſutor pedi calceū.

*Abdrom.* Novi quàm tu emedullare animos, atque cuniculos

Doctus ſis facere, ad eos clanculum ſubruendos aſtutiis

*Alaſt.* Tenes meam indolem. *Androm.* Antropum face, cum ſuis,

Ut voluptati primùm ſtudeat, ac deinde ſtultitiæ.

Tum ut mihi aures animumque ſuum ubique commodet,

Meumque etiam favorem ambitioſâ diligentiâ occupet.

*Alaſt.* Hoc citius equidem fecero, quàm camelùs glutiat culicem.

*Androm.*

*Androm.* Quâ verò arte? *Alaſt.*blanditii<sup></sup>,ſuaviis,mulſiloquentia.
Illam equidem habeo,quam vel hoſtis exoſculetur gratiam
*Androm.* Atque hoc etiam ſcies, ut omnia poſt aſtutias verba tua
Solers abſcondas , ne quis conſilium tuum introſpiciat.
*Alaſt* Verſutias ego verſutiis ut annulum annulo nectere
Catenatim ſcio. *Androm.* Deinde ubi quis pulſaverit
Hoc limen, abeſſe te janitorem atque pro excubiis velim,
Ne iſte coryphæus Euphronimus has valvas ſubeat,
Qui noſtra intus gaudia interpellet turbationibus.
Hujus enim oculis atq; animo nimiùm Anthropus utitur,
*Alaſt.*Utrumque ego illi oculum meis confundam offuciis.
Ut quæ videat,videre ſe neſciat, putet videre quæ non videt
Ut neque illum Anthropus, neque ſociorum agnoſcat quiſpiám.
Hac in fiſtula ómnium ego vultuum colores circumfero.
Quam ubi ſemel inflarit, ex Euphronimo Andromiſum faciam.
*Androm.*Præludendum pugnæ eſt levioribus primùm velitationibus,
Deindè omnium exercitus aſtutiarum educendus eſt
Adverſus hoſtem, qui ubi in campum pellectus venerit,
Non omnes ſimul bahiſtæ uno explodendæ ſunt impetu?
Sed ſenſim,& arte agendum;neque primis ſucceſſibus
Utendum ſuperbè,aut ſegniter. Jam in proclivi victoriam
Nobiſque proximam habemus, tantùm induſtriâ eſt opus.

## SCENA MUSICA.

*Serpens Adamum ad pomi eſum invitat, ſenſimque blanditiis ſuis traducit.*

Chorus interloquens.

*Mundi ob ſcelera calamitatem deplorat.*

AH quo cœco proruis auſu
*Mortalis homo ? quid per[illegible]ræ*

Caſtra,

Caſtra voluptæ, fædaque ſequeris
Vexilla gulæ? turpi nimiùm,
Nimium ſævo proderis hoſti,
Dulce canentem ſequitur vocem
Stulta nimis avis, ſæpe doloſa
Piſcis ab eſcâ, cibus ipſe, perit.
Credula tectis anatem foſſis
Captat vulpes,capienda dolo.
Ludit miſeris fraudibus orbis,
Quas primus homo tulit atque dedit.
Nil ita patrium,cetera natus
Degener, haurit,quàm ſcire dolos,
Et amare nefas. Scelus eſt ſolâ
Virtute regi, diſplicet orbi
Cui ſancta fides pietaſque placet.
Ah quo cæco protuit auſu
Deceptus Adam. Nulla via retro eſt.
Dulce canenti quæ ſemel hoſti
Avis obſequitur, peritura manet.
Qui ſemel hamo piſcis adunco
Ceperit eſcas, ultima vitæ
Pabula carpſit Semel eluſa
Cum jacet imâ vulpes foveâ,
Finem vitæ, fraudumque facit.
Citò falluntur, qui citò credunt.

## ACTUS III. SCENA I.

Euphronimus *perditum Anthropum quærens, ab* Alaſtore *ſubordinato per Andromiſum deluditur.*

EUphron. Res lubrica eſt juventus,ubi nacta licentiam eſt,
Ubi libertati acceſſit copia, ubi copiæ ſocietas.
Facilis eſt,obſequitur magis,cùm nō licet,quàm cùm licet.
Hanc, ubi ad ſuperbiam, ad luxum, pocula, epulas
Voles invitare, nuntii tibi operâ haud erit opus.

Minus

Minus etiam impulſoris: non invitata aderit.
Ad cupidinem illam incendas nullo etiam fomite.
Hunc perſuadere illis non eſt opus; cum diſſuaſeris
Nondum abſtrahes, repellendo impelles etiam.
In vetitum ſemper abeunt, curioſum eſt genus.
Exploiare nil non cupiunt, præſertim quibus gratia
Opeſque in regno ſuppetunt: namque iis audacia
Ad vitia alitur, & virtutum curatio vilis eſt.
Publicum ſæpè hoſpitium ſcelerum eſt Adoleſcens Regius.
Ipſa porrò fortuna, ſi quos derepentè ſuſtulit;
Hos plerumque felicitate ebrios, prudentia deficit.
Virtutem omnem luxurioſè, aut prodigunt, aut neſciunt.
Ne Anthropus hujus mihi rei teſtis ſit, non inaniter
Formido, vix extuli domo pedem cùm temerè.
Cuſtodiâ exiit, & libertati ſuæ expandit carbaſa.
Quam metuo, necubi ſcopulis proximus naviget:
Ni Sirenum auſcultet carmini, & blandè pereat.
Quærendus ille mihi eſt illis in veſtigiis, ubi
Inſiſtere nuper eſt viſus, ac venari Iubentiam.
*Alaſt.* Quid iſtic viri proſpicio? hercule adventat Euphronimus.
Iam hâc armatus haſtâ, pro foribus, ſtabo excubitor.
*Euph.* Ut illis maſtigiis peſſimis ſit ſemper peſſimè,
Qui hanc Anthropi diverſionem faciunt mihi.
*Alaſt.* Quis me contra fecialis haſtam nunc auſit jacere.
Et inimicitias denuntiare, niſi amet perniciem?
Si quis ferrum hoc devorare hodie, ſi quis moriri velit,
Ille pedem adverſum me contollere homo occipiat.
*Euph.* Andropater omne fulmen, & Anthropo, & perditis
Illis intentat ſeductoribus, interibunt malè.
*Alaſt.* Ne Hercules quidem huic meæ lanceæ bilem creet.
Illam ſiquidem honorari oppido velim hodiè,
Ac purpurâ veſtiri, ab hoſte qui ſeſe obviam dederit.
*Euph* Quid iſtuc incedit hominis præ foribus, quas adeo?
Quid torve immurmurat? *Alaſt.* Haſtam circumfero
Iejunam, ſiticuloſam, & pumice magis aridam.
Quæro hominem, qui mihi eam ſuo inebriet ſanguine.
*Euph.* Figuras loquitur, & audaciam venalem gerit

In

In ore. *Alaſt.* aliquis me arguere auſit hodie criminis.
Et vitalem vitam hinc auferat? lytrum animæ non duit?
Pro Anthropo nemo hic litem occepſit, aut mortuus eſt.
*Euph.* Crimen fatetur: aut Anthropum aut cutem pro cute
Daturus eſt, quid mi homo Thronicam hic ſolus facis?
Scis ſcelus tuum? Anthropum reſtitue. *Alaſt* Hui! verbero
Scis[illegible] ui loqueris? *Euph.* utinam non corruptori improbo.
*Alaſt.* Auden' ita loqui cadaver cimicis, umbra pulicis.
Ego tè herculè! niſi jam nunc, extempulo, hinc pedem
Extolis, occiſſimus es, plus quàm canis mortuus.
*Euph.* Ampulla viri, Thraſonum Coryphæe, ac fungi caput,
Tu me? emedulate Pepo, tu me? *Alaſt.* eho! minacias
Lepus moloſſo faciat. Ad victimarium ocyus
Jam nunc hoc pecus dabo. At pudet ædepol haſtam meam
Ita ignobilem ſanguinem bibere, ſervo eam lautitiis.
*Euph.* Scies improbe tuo te collo ita laqueum emere:
Hoc facinore, hoc pacto, tibi fabricari patibulum.
*Alaſt.* Ubi dum? quis iſte, qui hic patibula gerit venalia?
*Euph.* Rex Andropater. *Alaſt.* Habes obulum ut reſtim tibi
coemas?
*Euph.* At, quin tu humanius tuos hoſpites accipis?
*Alaſt.* Quos illos? *Euph.* me, qui in hac domo cupiam
divertere.
*Alaſt.* Intempeſtivè ad es, namque elocata jam hoſpitibus
Tota eſt domus, & quidquid circum hortorum ad jacet.
*Euph.* His admitti poſtulo. *Alaſt.* hoc tu noctis crepuſculo
Alienis ædibus turbationem adferre? apage, apage.
*Euph.* Quid tibi in mentem venit, qui hac luce noctem
aſſeras?
*Alaſt.* O inſania? an non animadvertis lunam in terſidera?
Apud Cimmerios hæc domus eſt, raro admittit diem
*Euph.* Dormire ædepol mihi videris obambulas in meridie.
*Alaſt.* Noctuarum hic more vivitur, plus noctu, quam
interdiu
Videtur, dum aliis nox, nobis hic dies eſt. Sic enim uſus eſt,
Ubi ſtrenuè eſtur ac bibitur. Solem exſtertimus,
Noctem perpotamus. *Euph.* Jam mihi bilem concis acriùs
Jam quid hominum intus cuſtodias, ſciendum eſt mihi

*Alaſt.*

*Alaſt* Herclè ſi Euphronimum accerſam, ad Plutonem migras.

*Euph.* Quid inquis? *Alaſt.* Euphronimum aio adfuturum cladè tuâ.

*Euph.* Quis ille Euphronimus? *Alaſt.* Qui Anthropum intus exhilarat.

*Euph.* Quem Anthropum? *Alaſt.* Regis adoptivum Andropatri.

*Euph.* Quem me igitur eſſe aſſeris? *Alaſt.* niſi tu te noveris,
Ego profectò, qui ſis, ignoro. *Euph.* Scio qui ſim equidem,
Novit me Andropater novit Anthropus, neque alium
Uſquam eſſe, aut fuiſſe Euphronimum pædotribam,
Anthropi preter me unum, perſpectum eſt omnibus
*Alaſt.* Abi, abi hinc ad Anticyras, manifeſtum eſt delirium.
Ibiſne à me? an hoc tibi vecte amolier gradum?
*Euph.* Quo ſic moleſtus ſum? *Alaſt.* periculoſa tibi eſt ſtultitia,
Contagionem metuo. *Euph.* Vide ne ſanum accuſet morbidus;
Nam me Euphronimum eſſe, & te armatum incedere
Juxtà certum eſt *Alaſt.* non mentibitur mihi hodie
Uterque meus oculus, utraque auris, quibus vidi, & audii
Intus Euphronimum agere, hæc mihi imperia dare,
Hanc vigiliarum demandare gerendam provinciam.
*Euph.* Admitte igitur intrò, ut hæc meis oculis creduam.
*Alaſt.* Fruſtra es, Jovi citiùs fulmen, quàm hoc mihi extorſeris:
*Euph.* Preces addo *Alaſt.* etiam licet pretium, ſed fruſtra tamen
Hanc tibi rimam indulgebo facilè ut inſpicias.
*Euph.* Sine igitur, num quid videã *Alaſt.* ſi loco hoc ceſſeris
Haſtam illam in ſtomacho concoques. *Euph.* Pol quæ, tenebræ,
Quàm craſſæ exhalant contrà nebulæ. *Alaſt.* infernus eſt.
Hinc, ut tibi benefaciam, ingreſſum tuum arceo.
*Euph.* Non omninò abludis, nam vix minor hæc inſania eſt.
*Alaſt.* Si tamen & homines tu, qui intus ſunt foras elicere
Atque hic tibi præſentes facere cupias, artem habeo,

Quâ

Quâ id poſſis. *Euph.* amabo te, ſi id mihi faxis gratiæ,
*Alaſt.* Hanc tu fiſtulam ori admove ac perfla fortiter,
Ad hoc ſignum convolabunt ad te omnes illicò.
*Euph* Da obſecro, jam inflo. Nihil inaudio, tantum nebulæ
Exſpirant *[a]* *Alaſt.* mirum non eſt, namq; ad fumũ advolan.
Hunc niſi videant, olfaciunt, ſecreta eſt teſſera.
Iterum inſpira, ſtrepitum audio, jam adſunt viri.
Iſtic tu adſta, ne occurſu ſuo in te arietent.

[a] *Fuligine exſpirante per retrogredos fiſtulæ canales facies Euphronimo denigratur.*

## SCENA II.

Andromiſus *cum* Alaſtore *deluſo* Euphronimo, *illum ab* Anthropo Coſmo & Creonte *avertunt.*

ANdrom. Quis importuna turbatione noſtram nobis lætitiam
Abrumpit? ut illi turbatori malo Dii malum creent!
Væ illi qui hodie bilem Euphronimo excierit.
Nam hic, quem teneo manu Oenophorum. illi in cerebro
Natabit. *Euph.* Divi quid hoc hominis eſt, qui illum eſſe ſe,
Qui ſum ego, jactitat? qui eodem habitu, iiſdem moribus
Quibus ego, incedit? quem conſequitur Anthropus meus?
*Androm.* Alaſtor. quid ais? tun' hæc auſus? cur verò dic, age
Iamnunc te immolabo ſtygi. *Al.* Parce: nam iſtic homo eſt.
*Eup.* Anthrope, nũquid te video? *Ant.* quid hoc hominis eſt?
Arcete Divi! *Euph.* Tuum tu Euphronimum neſcias?
*Anth.* Quippe cur tu id quæriras, peregrine Æthiops?
Quid mihi tecum negotii eſt? an hic non habeo meum
Meum Euphronimum? *And.* Inſane morio tu meum mihi
Nomen ac perſonam eripias? ô furis impudentiam!
Quem te aſſeris quæſo? vide ne quid dicas perperam
Quod mox eſſe dictum ne velis. *Eup.* dico me Euphronimũ.
*Anth.* Quid te officii, ais, gerere? *Euph.* curã Anthropi agere.
*Andr.* Anthrope, quid de hoc homine ceſſes? *Anth.* intemperiis

Vexari

Vexari credam. *Andr.* quid tu Coſme? *Coſm.* Inſanire oppidò.
*Andr.* Quid tu Creon? *Creon.* concepiſſe videtur intus Moriam.
Palladem, cum Jove, nunquam pariet. *Andr.* En ut nemo te
Agnoſcit. Jam cùm nemo ſe ipſum noverit ſatis,
Ac tutius ſit ſemper hac in re auſcultare alios.
Te ego nunc quæro Anthrope, quis ſim? *Anth.* quaſi id neſcias,
Qui ſemper Euphronimus fueris, atque adeò modò ſis.
*Andr.* Nolo mihi credatis quis ſim, vos ego judices volo.
In propria ſemper cauſa fallax nobis memoria eſt.
Quæ neq; ſumus, neq; erimus, hæc nos eſſe ſæpe fingimus.
At vero tibi, mi homo, non memoria, ſed verecundia
Deſit hodie. Ac ſi Andromiſum eſſe tu te neſcias,
*Euph.* Andromiſum ego me faciam, qui ſum Euphronimus,
Quem mater quem nutrix, quem Andropater ſic vocat.
Quem Anthropus, niſi nunc mentibitur, ita nuncupat?
*Andr.* At me tu Euphronimum eſſe negas? Nonne ex habitu,
Nonne ex ore tibi ille videor? *Euph.* Fateor id quidem,
Sed & ego talis ſum. *Andr* Falleris mi homo, ſtultitiâ,
Nam ego me album eſſe ex ſpeculo didici, te nigrum
eſſe Æthiopem cernó. *Euph.* me tu nigrum eſſe aſſeras?
Qui uti cygnus à matre prodii. *Andr.* auditin' hominem?
*Anth.* Manifeſtè delirus eſt. *Euph* Eſtne, qui aliud de me probet?
*Andr* Ipſum te faciam probare. Euge Alaſtor huc da ſpeculũ
Nunquid ſi tu nigra omnino fuſcedine oblitus,
Ego albedine delinitus contrà fuero? Euphronimus ego
Et, tu Andromiſus, erimus? *Euph.* aſſentior: quin addes etiam.
Et me deceptorem aſſeres. *Androp.* Addam etiam furſtuarium.
*Euph.* Nil detrecto. *Alaſt.* ecce ſpeculum. *Andr.* Quæro iterum quem te aſſeras?
Euphronimum eſſe? album, an nigrum? *Euph.* Juro eſſe candidum.

*Anth.*

*Anth* Periiſti,tuo te ore condēnas. *Andr.* Euge jam inſpice
Quid de te aſſeris? adhucne Euphronimus permanes?
*Euph.* O portentum! jam me ipſum hercle non novi amplius
Anthrope. Coſme, Creon ita me Divi ament, ut vos mihi
Noti eſtis. Vos ego inſtruxi, vos probis imbui moribus.
Vos me non noviſtis? *Coſm.* ridiculum negotium
Ut qui ſeipſum non novit, is noſci ab aliis poſtulet.
*Creon.* Quid delirum hunc Æthiopem moramur amplius?
*Anth* Ehodum abeamus. *Euph* quid vis Andropatro referam?
*Anth.* Te inſanire oppidò *Euph.* de Anthropo quid adferā?
*Anth.* Vivere illum hilaria. *Euph.* abis igitur ô fili? divellimur?
*Andr.* Abi hinc, ſtultorum, ſemper periculoſa amicitia eſt.
*Euph.* Quod obſecro, veneficium hoc eſt, quo obſeſſus teneor?
Hoc quod ſcio, quod video, quod audio, quod intelligo;
Idem nec ſcire, nec videre, nec audire, nec intelligere
Me poſſe credam? Nunquam equidem ſtultitiæ ſtudui.
Ut quid ſit eſſe ſtultum ſciam proinde metuo,
Ne fortaſſis inſania me imprudentem occupet,
Qui credam me eſſe illum, quem alii eſſe me negant.
Hunc etenim ajunt ſtultorum eſſe morbum proprium,
Ut eſſe ſe autument, qui non ſunt, qui verò ſint, neſciant.
Sapientes eſſe præ omnibus velint, qui deſipiant maximè,
Unde ne quid mihi eveniat ſimile, metuo anxiè.
Quocirca jam nunc Andropatrum recta adeo,
Ut hujus illi diei ludibria, atque portenta explicem.
Et Anthropum perditione perditum eſſe afferam,
Minimi precii juvenem, flagitiorum hoſpitium,
Quem vereor ne hæc ſcelera exitio deponant ultimo.

Modò ni par obſequium adſit,laudem hanc prodigitis
*Anth* Sed pol metuendum eſt,ne periculum facias
Imperatæ antea continentiæ,atque in ea conſtantiæ.
Tum deindè iſta ad Andropatrum callidè referas.
*Andr.* Vanus timor.quid enim iſte apparatus faciat.
Quid impenſæ,quid lautitiæ? hæc enim quibus
Inſtructa,nataque niſi dignis hominibus,creditis?
Quid ſic me obſtupeſcitis? *Coſm.* nihil equidem magis
Admiror.quàm ita mox alium eſſe Euphronimum,
Qui iſta quæ nunc probabar, improbabat quantocyus:
Quæque ante improbat,probabat. *Androm.* ita ſerenitas,
Ab aliqua ſemper tempeſtate exordium facit.
Nulla lætitia amœnior eſt quàm cui inamœnitas
Præluſit aliqua gratiam dulcibus conciliant aſpera:
Veſtra ego improbare deſideria volui,ut probarem magis.
*Anth.* Obſequimur,ne quid imputes nobis pertinaciæ.
*Androm.* Eſtis vos ſemper mihi grati unicè,& lepidiſſimè.
Quodque in terra centrum eſſe aſſolet,hoc veſtri amor
In corde meo eſt,ad eum cogitata omnia confluunt.
Ego vos Senatum gaudiorum convocare velim hodie,
Atque in conſilium adhibere; ut quomodo lætitiæ
Atque amœnitati ſtudendum ſit,teneatis probè
*Coſm.* Quod eſt facillimum poſtulas,ut ſacrificem lætitiæ.
*Creon.* Amamus iſtam tuam lepiditatem, places Euphronime.
*Anth* Modò ne quid fiat perperam. *Androm.* Umbras metuis.
*Coſm.* Innocens nobis gaudium erit. *Creon.* & abſque diſcordia.
*Andr.* Cor vos habere video,ac in eo medullam ſapientiæ.
Si me ſequamini habebitis felicitatem comitem.
Quod Oreſti Pylades,hoc mihi eritis,ſocii jucundiſſimi.
*Anth.* Modò nihil repugnet Andropater. *Androm.* favebit etiam,
Voſque regiè viventes regios ac rege dignos dicet filios.
*Androm.* Subite viridarium,mihi cura erit, ut baſilicè omnibus.
Abundetis, atque hodiè lætitiam ducatis conjugem.

Coſm.

*Coſm.* Eamus. *Creon.* euax fruamur gaudiis. *Anth.* bonum conſilium ſequor.

*Androm.* Subierunt? benè eſt. Jam mihi duarum rerum labor
Relinquitur, primus eſt, ut Euphronimum deludam reducem.
Alter, ut illis voluptatis ſubijciam inſanæ ſtudium,
Ne ex his quiſquam ad Euphronimum ac frugem redeat.
Si illos deinde contra Andropatrum, ejusque familiam
Opportune armabo, meas ulciſcar pœnas hoſtiliter.
Hhbeo famulum, cujus hac in re opus erit induſtria.
Verſipellis is eſt, & mille fraudum artifex egregius.
Sycophantiis homini, atque aſſentationibus ita
Os oculoſque oblinit, ut quid dicat, quid videat, neſciat.
Vocandus is nunc eſt. Ehodum Alaſtor, ehodum, ubi es?
Ita herum tuum deſeris, neque ei pro ſervitio ades?

*Alaſt.* Non audebam interpellare, meâ te præſentiâ. *Androm.* quippe cur?

*Alaſt.* Nam illuſtri perſonæ adſtabas, quicum agebas conſilia.

*Androm.* Quinam ille? *Alaſt.* ipſe tu tibi aderas, viro ſapienti ſapiens.

*Androm.* Laudo obſervantiam. Nunc ego te mihi navum volo,
Atque experiri, an tibi pectus, atque excoctum ſatis ſit cerebrum?
An potiùs fungum pro pectore, pro capite bulbum geras?

*Alaſt.* Facta mea tuis aptabo monitis, ut ſutor pedi calceũ.

*Abdrom.* Novi quàm tu emedullare animos, atque cuniculos
Doctus ſis facere, ad eos clanculum ſubruendos aſtutiis

*Alaſt.* Tenes meam indolem. *Androm.* Antropum face, cum ſuis,
Ut voluptati primùm ſtudeat, ac deinde ſtultitiæ.
Tum ut mihi aures animumque ſuum ubique commodet,
Meumque etiam favorem ambitioſâ diligentiâ occupet.

*Alaſt.* Hoc citiùs equidem fecero, quàm camelùs glutiat culicem.

*Androm.*

*Androm.* Quâ verò arte? *Alaſt.*blanditiiſ,ſuaviis,mulſiloquentia.
Illam equidem habeo,quam vel hoſtis exoſculetur gratiam
*Androm.* Atque hoc etiam ſcies, ut omnia poſt aſtutias verba tua
Solers abſcondas, ne quis conſilium tuum introſpiciat.
*Alaſt* Verſutias ego verſutiis. ut annulum annulo nectere
Catenatim ſcio. *Androm.* Deinde ubi quis pulſaverit
Hoc limen, abeſſe te janitorem atque pro excubiis velim,
Ne iſte coryphæus Euphronimus has valvas ſubeat,
Qui noſtra intus gaudia interpellet turbationibus.
Hujus enim oculis atq; animo nimiùm Anthropus utitur,
*Alaſt.*Utrumque ego illi oculum meis confundam offuciis.
Ut quæ videat,videre ſe neſciat, putet videre quæ non videt
Ut neque illum Anthropus, neque ſociorum agnoſcat quiſpiam.
Hac in fiſtula omnium ego vultuum colores circumfero.
Quam ubi ſemel inflarit, ex Euphronimo Andromiſum faciam.
*Androm.*Præludendum pugnæ eſt levioribus primùm velitationibus,
Deindè omnium exercitus aſtutiarum educendus eſt
Adverſus hoſtem, qui ubi in campum pellectus venerit,
Non omnes ſimul bahiſtæ uno explodendæ ſunt impetu?
Sed ſenſim,& arte agendum;neque primis ſucceſſibus
Utendum ſuperbè,aut ſegniter. Jam in proclivi victoriam
Nobiſque proximam habemus, tantùm induſtriâ eſt opus.

## SCENA MUSICA.

*Serpens Adamum ad pomi eſum invitat, ſenſimque blanditiis ſuis traducit.*

Chorus interloquens.

*Mundi ob ſcelera calamitatem deplorat.*

AH quo cœco proruis auſu
Mortalis homo? quid per[illegible]ræ

Caſtra

Caſtra voluptæ, fædaque ſequeris
Vexilla gulæ ? turpi nimium,
Nimium ſævo proderis hoſti,
Dulce canentem ſequitur vocem
Stulta nimis avis, ſæpe doloſa
Piſcis ab eſcâ, cibus ipſe, perit.
Credula tectis anatem foſſis
Captat vulpes, capienda dolo.
Ludit miſeris fraudibus orbis,
Quas primus homo tulit atque dedit.
Nil ita patrium, cetera natus
Degener, haurit, quàm ſcire dolos,
Et amare nefas. Scelus eſt ſolâ
Virtute regi, diſplicet orbi
Cui ſancta fides pietaſque placet.
Ah quo cæco protuit auſu
Deceptus Adam. Nulla via retro eſt.
Dulce canenti quæ ſemel hoſti
Avis obſequitur, peritura manet.
Qui ſemel hamo piſcis adunco
Ceperit eſcas, ultima vitæ
Pabula carpſit Semel eluſa
Cum jacet imâ vulpes foveâ,
Finem vitæ, fraudumque facit.
Citò falluntur, qui citò credunt.

## ACTUS III. SCENA I.

Euphronimus *perditum Anthropum quærens, ab* Alaſtore *ſubordinato per Andromiſum deluditur.*

EUphron. Res lubrica eſt juventus, ubi nacta licentiam eſt,
Ubi libertati acceſſit copia, ubi copiæ ſocietas.
Facilis eſt, obſequitur magis, cùm nō licet, quàm cùm licet.
Hanc, ubi ad ſuperbiam, ad luxum, pocula, epulas
Voles invitare, nuntii tibi operâ haud erit opus.

Minus etiam impulſoris: non invitata aderit.
Ad cupidinem illam incendas nullo etiam fomite.
Hunc perſuadere illis non eſt opus; cum diſſuaſeris
Nondum abſtrahes, repellendo impelles etiam.
In vetitum ſemper abeunt, curioſum eſt genus.
Explorare nil non cupiunt, præſertim quibus gratia
Opeſque in regno ſuppetunt: namque iis audacia
Ad vitia alitur, & virtutum curatio vilis eſt.
Publicum ſæpè hoſpitium ſcelerum eſt Adoleſcens Regius.
Ipſa porrò fortuna, ſi quos derepentè ſuſtulit;
Hos plerumque felicitate ebrios, prudentia deficit.
Virtutem omnem luxurioſè, aut prodigunt, aut neſciunt.
Ne Anthropus hujus mihi rei teſtis ſit, non inaniter
Formido, vix extuli domo pedem cùm temerè.
Cuſtodiâ exiit, & libertati ſuæ expandit carbaſa.
Quam metuo, necubi ſcopulis proximus naviget:
Ni Sirenum auſcultet carmini, & blandè pereat.
Quætendus ille mihi eſt illis in veſtigiis, ubi
Inſiſtere nuper eſt viſus, ac venari lubentiam.
*Alaſt.* Quid iſtic viri proſpicio? hercule adventat Euphronimus.
Iam hâc armatus haſtâ, pro foribus, ſtabo excubitor.
*Euph.* Ut illis maſtigiis peſſimis ſit ſemper peſſimè,
Qui hanc Anthropi diverſionem faciunt mihi.
*Alaſt.* Quis me contra fecialis haſtam nunc auſit jacere.
Et inimitias denuntiare, niſi amet perniciem?
Si quis ferrum hoc devorare hodie, ſi quis moriri velit,
Ille pedem adverſum me contollere homo occipiat.
*Euph.* Andropater omne fulmen, & Anthropo, & perditis
Illis intentat ſeductoribus, interibunt male.
*Alaſt.* Ne Hercules quidem huic meæ lanceæ bilem creet.
Illam ſiquidem honorari oppido velim hodiè,
Ac purpurâ veſtiri, ab hoſte qui ſeſe obviam dederit.
*Euph* Quid iſtuc incedit hominis præ foribus, quas adeo?
Quid torve immurmurat? *Alaſt.* Haſtam circumfero
Iejunam, ſiticuloſam, & pumice magis aridam.
Quæro hominem, qui mihi eam ſuo inebriet ſanguine.
*Euph.* Figuras loquitur, & audaciam venalem gerit
In

In ore. *Alaſt.* aliquis me arguere auſit hodie criminis.
Et vitalem vitam hinc auferat? lytrum animæ non duit?
Pro Anthropo nemo hic litem occepſit, aut mortuus eſt.
*Euph.* Crimen fatetur, aut Anthropum aut cutem pro cute
Daturus eſt, quid mi homo Thronicam hic ſolus facis?
Scis ſcelus tuum? Anthropum reſtitue. *Alaſt* Hui! verbero
Scis qui loqueris? *Euph.* utinam non corruptori improbo.
*Alaſt.* Auden' ita loqui cadaver cimicis, umbra pulicis.
Ego tè herculè! niſi jam nunc, extempulo, hinc pedem
Extolis, occiſſimus es, plus quàm canis mortuus.
*Euph.* Ampulla viri, Thraſonum Coryphæe, ac fungi caput,
Tu me? emedulate Pepo, tu me? *Alaſt.* eho! minacias
Lepus moloſſo faciat. Ad victimarium ocyus
Jam nunc hoc pecus dabo. At pudet ædepol haſtam meam
Ita ignobilem ſanguinem bibere, ſervo eam lautitiis.
*Euph.* Scies improbe tuo te collo ita laqueum emere:
Hoc facinore, hoc pacto, tibi fabricari patibulum.
*Alaſt.* Ubi dum? quis iſte, qui hic patibula gerit venalia?
*Euph.* Rex Andropater. *Alaſt.* Habes obulum ut reſtim tibi coemas?
*Euph.* At, quin tu humanius tuos hoſpites accipis?
*Alaſt.* Quos illos? *Euph.* me, qui in hac domo cupiam divertere.
*Alaſt.* Intempeſtivè ad es, namque elocata jam hoſpitibus
Tota eſt domus, & quidquid circum hortorum ad jacet.
*Euph.* His admitti poſtulo. *Alaſt.* hoc tu noctis crepuſculo
Alienis ædibus turbationem adferre? apage, apage.
*Euph.* Quid tibi in mentem venit, qui hac luce noctem afferas?
*Alaſt.* O inſania? an non animadvertis lunam in terſidera?
Apud Cimmerios hæc domus eſt, raró admittit diem
*Euph.* Dormire ædepol mihi videris obambulas in meridie.
*Alaſt.* Noctuarum hic more vivitur, plus noctu, quam interdiu
Videtur, dum aliis nox, nobis hic dies eſt. Sic enim uſus eſt,
Ubi ſtrenuè eſtur ac bibitur. Solem exſtertimus,
Noctem perpotamus. *Euph.* Jam mihi bilem concis acriùs
Jam quid hominum intus cuſtodias, ſciendum eſt mihi

*Alaſt.*

*Alaſt* Herclè ſi Euphronimum acceſſam, ad Plutonem migras.

*Euph.* Quid inquis? *Alaſt.* Euphronimum aio adfuturum cladè tuâ.

*Euph.* Quis ille Euphronimus? *Alaſt.* Qui Anthropum intus exhilarat.

*Euph.* Quem Anthropum? *Alaſt.* Regis adoptivum Andropatri.

*Euph.* Quem me igitur eſſe aſſeris? *Alaſt.* niſi tu te noveris,
Ego profectò, qui ſis, ignoro. *Euph.* Scio qui ſim equidem,
Novit me Andropater novit Anthropus, neque alium
Uſquam eſſe, aut fuiſſe Euphronimum pædotribam,
Anthropi preter me unum, perſpectum eſt omnibus

*Alaſt.* Abi, abi hinc ad Anticyras, manifeſtum eſt delirium.
Ibiſne à me? an hoc tibi vecte amolier gradum?

*Euph.* Quo ſic moleſtus ſum? *Alaſt.* periculoſa tibi eſt ſtultitia,
Contagionem metuo. *Euph.* Vide ne ſanum accuſet morbidus;
Nam me Euphronimum eſſe, & te armatum incedere
Juxtà certum eſt *Alaſt.* non mentibitur mihi hodie
Uterque meus oculus, utraque auris, quibus vidi, & audii
Intus Euphronimum agere, hæc mihi imperia dare,
Hanc vigiliarum demandare gerendam provinciam.

*Euph.* Admitte igitur intrò, ut hæc meis oculis creduam.

*Alaſt.* Fruſtra es, Jovi citiùs fulmen, quàm hoc mihi extorſeris:

*Euph.* Preces addo *Alaſt.* etiam licet pretium, ſed fruſtra tamen
Hanc tibi rimam indulgebo facilè ut inſpicias.

*Euph.* Sine igitur, num quid videã. *Alaſt.* ſi loco hoc ceſſeris
Haſtam illam in ſtomacho concoques. *Euph.* Pol quæ tenebræ,
Quàm craſſæ exhalant contrà nebulæ. *Alaſt.* infernus eſt.
Hinc, ut tibi benefaciam, ingreſſum tuum arceo.

*Euph.* Non omninò abludis, nam vix minor hæc inſania eſt.

*Alaſt.* Si tamen & homines tu, qui intus ſunt foras elicere
Atque hic tibi præſentes facere cupias, artem habeo,

Quâ

Quà id poſſis. *Euph.* amabo te, ſi id mihi faxis gratiæ,
*Alaſt.* Hanc tu fiſtulam ori admove ac perfla fortiter,
Ad hoc ſignum convolabunt ad te omnes illicò.
*Euph* Da obſecro, jam inflo. Nihil inaudio, tantum nebulæ
Exſpirant *[a] *Alaſt.* mirum non eſt, namq; ad fumũ advolan.
Hunc niſi videant, olfaciunt, ſecreta eſt teſſera.
Iterum inſpira, ſtrepitum audio, jam adſunt viri.
Iſtic tu adſta, ne occurſu ſuo in te arietent.

[a] *Fuligine exſpirante per retrogredos fiſtulæ canales facies Euphronimo denigratur.*

## SCENA II.

Andromiſus *cum* Alaſtore *deluſo* Euphronimo, *illum ab* Anthropo Coſmo *&* Creonte *avertunt.*

*ANdrom.* Quis importuna turbatione noſtram nobis lætitiam
Abrumpit? ut illi turbatori malo Dii malum creent!
Væ illi qui hodie bilem Euphronimo excierit.
Nam hic, quem teneo manu Oenophorum illi in cerebro
Farabit. *Euph.* Divi quid hoc hominis eſt, qui illum eſſe ſe,
Qui ſum ego, jactitat? qui eodem habitu, iiſdem moribus
Quibus ego, incedit? quem conſequitur Anthropus meus?
*Androm.* Alaſtor. quid ais? tun' hæc auſus? cur verò? dic, age
Iamnunc te immolabo ſtygi. *Al.* Parce: nam iſtic homo eſt.
*Eup.* Anthrope, nũquid te video? *Ant.* quid hoc hominis eſt?
Arcete Divi! *Euph.* Tuum tu Euphronimum neſcias?
*Anth.* Quippe cur tu id quæritas, peregrine Æthiops?
Quid mihi tecum negotii eſt? an hic non habeo meum
Mecum Euphronimum? *And.* Inſane morio tu meum mihi
Nomen ac perſonam eripias? ô furis impudentiam!
Quem te aſſeris quæſo? vide ne quid dicas perperam
Quod mox eſſe dictum ne velis. *Eup,* dico me Euphronimũ.
*Anth.* Quid te officii, ais, gerere? *Euph.* curã Anthropi agere.
*Andr.* Anthrope, quid de hoc homine ceſſes? *Anth.* intemperiis

Vexari

*Anth* Periiſti,tuo te ore condēnas. *Andr*. Euge jam inſpice
Quid de te aſſeris? adhucne Euphronimus permanes?
*Euph*. O portentum! jam me ipſum hercle non novi amplius
Anthrope. Coſme, Creon ita me Divi ament, ut vos mihi
Noti eſtis. Vos ego inſtruxi, vos probis imbui moribus.
Vos me non noviſtis? *Coſm*. ridiculum negotium
Ut qui ſeipſum non novit, is noſci ab aliis poſtulet.
*Creon*. Quid delirum hunc Æthiopem moramur amplius?
*Anth* Ehodum abeamus. *Euph* quid vis Andropatro referam?
*Anth*. Te inſanire oppidò *Euph*. de Anthropo quid adferã?
*Anth*. Vivere illum hilaria. *Euph*. abis igitur ô fili? divellimur?
*Andr*. Abi hinc, ſtultorum, ſemper periculoſa amicitia eſt.
*Euph*. Quod obſecro, veneficium hoc eſt, quo obſeſſus teneor?
Hoc quod ſcio, quod video, quod audio, quod intelligo;
Idem nec ſcire, nec videre, nec audire, nec intelligere
Me poſſe credam? Nunquam equidem ſtultitiæ ſtudui.
Ut quid ſit eſſe ſtultum ſciam proinde metuo,
Ne fortaſſis inſania me imprudentem occupet,
Qui credam me eſſe illum, quem alii eſſe me negant.
Hunc etenim ajunt ſtultorum eſſe morbum proprium,
Ut eſſe ſe autument, qui non ſunt, qui verò ſint, neſciant.
Sapientes eſſe præ omnibus velint, qui deſipiant maximè,
Unde ne quid mihi eveniat ſimile, metuo anxiè.
Quocirca jam nunc Andropatrum recta adeo,
Ut hujus illi diei ludibria, atque portenta explicem.
Et Anthropum perditione perditum eſſe afferam,
Minimi precii juvenem, flagitiorum hoſpitium,
Quem vereor ne hæc ſcelera exitio deponant ultimo.

## SCENA III.

### Androphilus *de Anthropo ſollicitus eſt.*

DE Anthropo noſtro quid fiat,animus mihi meus
Ac ſollicitudo multa indigna cogitata ſuggerit.
Adverſis in hanc mentem rumoribus impellor magis,
Qui de Anthropo,ejuſque ſociis paſſim obambulant.
Nimirum his incitatus Pater Andropater non mediocri
Iracundia iratus æſtuat. Sed eopſe illo incendio,
Quo urbibus quandoque integris excidionem attulit.
Heu metuo malè Anthropo, niſi innocentiæ clypeo
Armatus contrà veniat. Utinam illum præoccupem
Meis conſiliis,ut emendatum reddam juvenem.
Priuſquam ad Pœnam vocetur,& in cataſta gemat.
Clementem ego Patrem habeo, ſed quem ingrati animi
Scelus exaſperare ſoleat. Quibus tarda eſt indignatio,
His plerumque eſt gravis. Anthrope, audi Androphilum
Ubi ubi es tempeſtatem is tibi venturam nuntiat.
Iam venti, jam undæ intumeſcunt furore horrido.
Niſi mox vela verteris niſi portum ſubieris,peris.
Quæram ubique,ad fatigationem quæram, pretium
Laboris eſt amicus, quem ſervaſſe,etiam hac vita,ſat eſt.
Hanc nunc ſubeo,hunc mihi ſuſpicio locum denotat.

## SCENA IV.

### Alaſtor *atque* Andromiſus *cognitâ Anthropi ſociorumque captivitate priſtinum vultum induunt.*

A*Laſt.* Hæc ego pro excubiis hic adſtans ignorare non debeo,
Neque illum neſcire hominem qui,& unde veniat?
Neque Androminus non intelligit ad apicem omnia.
Si illis temeritas eſt audendi,ut Anthropum ſibi
Reducant, Andromiſo reſiſtendi audacia eſt.
Calliditatem in pectore gerit, ut ne Ulyſſes quidem

Quam

Quam ſi in auxilium imploraverit nullum metuit.
Vulpes.ſeu Leo ſit.Illi etenim familiaris aſtutia
Equo Trojano majorem ventrem habet; unde doli
Et fraudes in omnem opportunitatem emicent.
*Andr.* Hinc nunc Alaſtor hinc abi,fervet intus perſecutio.
Rapiuntur ad judicium.Anthropus.Coſinus, Creon,
Furore Andropater in omnes furere dicitur ultimo.
*Alaſt.* Utilem navaſti operam, qui ſic illum ultus es:
Ut jam fidelis ei nemo ſit amplius,hos ſocios
Et ſceleris & pœnæ habebimus. *Andr.* ſic decet, tantùm
nunc age.
Noſtrum ad vultum redeamus ne Anthropus intelligat,
A quibus hanc fraudem acceperit,huc da fiſtulam*
**Inficit ſe fuligine.*

## SCENA V.

Andropater Euphronimo *accuſante* Anthropum *ad Triremium labores condemnat, &* Thanato *tradit.*

*Andr.* ERgo favorem regium & dignum patre
Hactenus amorem,juvenis ingratus,tumens
Faſtidit in me? Tam cito excidimus tibi?
Illiberalis anime, nec capax tuæ
Felicitatis nunquid eduxi luto
Tam verminoſum fætidum,ſpretum pecus?
Aulam ſubiſti; munus hoc Regis fuit.
Gnati tuliſti nomen,accepi patris.
Quo nunc recedis? aula diſplicuit mea?
Caulas adibis. Patris aſpectum fugis?
Tolerabis hoſtis,vilis eſt Regis favor?
Patieris odia. Vindici pœnas dabis,
Poſt gratiam ſpretam Patris,regni decus,
Munuſque noſtrum. Tune ut irriſor mei,
Et Andromiſi fautor,impunis novo
Scelere inſoleſcas? fare nunc rurſum mihi

Euphronime,tantum nonne compertum eſt nefas?
Hoc auſus eſt Anthropus? *Euph.* ah utinam priùs
Licuiſſet oculos perdere, Anthropi ſcelus
Minus ut viderem, ſceleris autorem improbi
Neſcire poſſem, teſtis hoc nunquam malum
Regi referrem, parcerem forſan reo.

*Andr.* Ingrate juvenis, meruit hoc noſter animus
Diviſus in te? cura, quam pro te tuli?
Quàm ſæpe dixi, Anthrope, tu gnatus mihi,
Tibi Pater ero; poteris obſequio tuo,
Meoque nutu creſcere, ordiri genus
Nobile tuorum primus, & pulchris adhuc
Servire fatis, vota deludis mea
Et res tuorum, ſpes meas uno impetu
Evertis omnes. Quid pius meruit pater?
Et quid nepotes poſteri? felix genus,
Niſi noluiſſes. *Anth.* mi Pater. *Andr.* Patris mihi
Titulum abſtuliſti *Anth.* mitis ô Rex *Andr*, fui,
Sed diſplicebam. *Anth.* fateor errōrem meum,

*Andr.* Erat cavendus. *Anth.* fraude deceptum ſuâ
Vafer Andromiſus traxit. *Andr.* Euphronimū dedi,
Illuſus ille eſt; placuit inimicus tibi.

*Anth.* Ignoſce, juſtus corriget dolor nefas.

*Andr.* Quod juvenis audes facinus, audebis ſenex.
Exſpirat ægrè teſta, quod ſpirat recens.
Confirmat ætas ſcelera. *Anth.* gratiam rogo.

*Andr.* Satis eſt dediſſe. *Anth.* ſupplico. *Androp.* indignus petis.

*Anth.* Datur immerenti gratia. *Andr.* inviſum caput,
Spretor parentis. Regis illuſor tui,
Impunis ut tu crimine fruaris tuo?
Beneficia ſcelere redimas? pœnas dabis.
Dabis ultionem, qui pater fueram tibi,
Iudex probabor. *Anth.* Per ſacra obſecro omnia.

*Andr.* Sacra violaſti. *Anth.* perque miſerantem Deum

*Andr.* Abs te relictum? ſupplices aufer manus
Peribis, ipſo ſcelere plectetur ſcelus.
Memorique vindex mente tractabis nefas,

Quam-

Quamvis recuſes. Dira furiarum cohors
Habitabit in te dignus eſt furiis locus
Quem noxa fecit ſceleris hoſpitium improbl.
Addam dolores intus. adjungam foris.
Heus Thanate pœnas vindices nobis para.
Longo labore vigiliis curis fame,
Iuvenem rebellem frange ſubduris tamen
Gemat catenis corpus,& ſecum ſuum
Ferat ipſe vinctus carcerem,ac ferat diu.
Inter triremes atque ſervitia ultima,
Noſtris remotus ſedibus, & aulâ procul
Debet coactus vivere, coactus mori.
Quoſcunque gnatos numerat infelix Pater,
Fortuna ſimilis opprimat. Satis eſt nocens
Quicunque titulum filii ex illo gerit,

## SCENA VI.

### Tanatus *cum* Lydo *ac* Cippo *famulis* Anthropum *ad Triremes rapit.*

*Than.* LAverniones,flagtiones, helluones verberum,
Calicum magis gnavi remiges,quàm triremium,
Adeſte,libertatis ego venalia gero pilea.
*Lyd.* Hoho adſumus quanti emimus libertatem liberam?
*Than.* Labore,ſudore,induſtriâ,hæc veſtra eſt pecunia.
Ehodum Anthrope ſceleris ſartor,marſupium doli,
Perfidiæ barathrum,gratiæ omnis naufragium.
Ehodum ſervitia,mox rapite ſceleratum hoc caput.
*Anth.* Parcite miſero parcite ſonti,
Quem gravis error,culpa levis habet.
*Than.* Etiam obluctaris; veſtium hoc decus exue,
Et ſordidas rurſum exuvias has miſer indue.
Lautiſſimum habes inforrunium.& pingue malum
Miſeriarum affatim, quantum abligurire potis es.
Ab omnibus hiſce flagra devorabis flagrantia,
Atque ad ſatietatem duris onerabere laboribus.

*Lyd.* Talem optavi hominem, qui pro me flagra devoret;
Et pro quo ego cœnem, & prandeam *Cip.* hic meos
Labores, illius ego otium agam. *Lyd* ille excubias
Pro me, pro illo ego ſomnum capiam. *Than.* hunc hominem
Iam veſtris inaugurare vos æquum eſt triremibus.
*Lyd.* Te nunc non callicum ac remorum remigem, hodie
Ego Lydus creo dico facio. Acceptas furcifer?
Verſare, ſudare, noctu, interdiu, æſtate, hieme.
Cogere ad ſaturitatem, ad pleniſſimum faſtidium.
Niſi faxis ſedulò; monſtri hoc naſcetur tibi,
Te vivum incurſabunt hominem mortui boves.
Neque coquo tibi opus pro prandio, merenda, ac cœna erit;
Sic ego quidem affatim, loris te paſcam, undiq; ac undique,
*Cip.* Tibi nunc vaſculum illud utendum porrigo,
Ut aqua triremem exoneres? tum iſthunc laqueum,
Ut ſi quando adlubuerit te ex trabe agas pendulum,
Atque Carnificem iſthac curá, faxis liberum.
*Than.* Laborem habebis fratrem, famem conſanguineam,
Afflictionem conjugem, quæ mœrorem tibi pariat filium.
Hæc tua familia: inſignia in dorſo exſculpam tuo,
Aut nervo bubulo, aut recenti, ſi malis, vimine.
Agedum catenas injicite ſceleſto atque intro date.

*Anth.* Heu quæ miſero vincula nectunt,
Nimis, heu, duro vincula ferro!
Parcite ſonti, parcite ſervo,
Quem perſuaſo dedit in præceps
Errore ſcelus.

## SCENA mixta vocali & harmonia.

*Deus Adamum in Paradiſo quærit, illumque Labori, Bello, Ærumnæ, ac Morti ad pœnam tradit, à quibus fatali ſaltu circumſiſtitur.*

### Chorus interloquens.

*Luget Anthropi ac poſterorum miſerias.*

FLemus caſus Anthrope tuos.
Miſerum flemus miſeranda Patrem,
Turba Nepotum. Nos tuus error
Tua noxa premit, tua felices
Ærumna gravat. Nobile per te
Genus ordiri, per te reliquo
Cœpit naſci gratia vulgo;
Sed vix natum tollis in ipſa
Radice bonum: per te miſerum
Vivimus ævum, cunæ noxis
Feretrumque patent ſoboles Divum
Naſcimur ſro morimurque pares.
Per te verſa eſt fortuna retrò.
Plectitur inſons turba Nepotum,
Anthrope tuum luitura ſcelus.
Sed quid fictâ voce querelas
Noxamque tego? Pater autor Adam,
Quicquid miſeri luimus nati,
Peccavit Adam. Nos ſine luce.
Nos damnatum vivimus ævum,
Primumque decus natalis humi
Patrio pulſi liquimus horto.
Peccavit Adam. Nos atra fames,
Parciſque premit rebus egeſtas.
Nudus ab alvo, nudus ad urnam

Tali parenti filium talem abripis,
Et tradis hoſti ? regio avellis throno,
Plebique miſces ultimæ! privas bonis
Ingentibus, & ingentibus prodis malis.
Quid meruit ille noſter indignum pati,
Quid meruit inſons? cernis hoc? probas pater?
Ecce innocentem filium tradis neci,
Servas nocentem, nulla te pietas movet;
Si parcere alterutri cupis, potior tuus
Tibi gnatus eſſe debet, ac eſſe innocens
Potior nocenti. Nunquid ignoſcam] ſcelus,
Ut utrique fiat gratia! hoc certè nequit,
Jurata pœna eſt, ferre nec temerè licet:
Neque revocare Regis effatum decet.
Decreta maneant potiùs in pœnas ſuam
Vitam profundat gnatus, & pereat priùs
Quam fata periant. Siquid hac tantâ tamen
Pietate mereat, mortuus primùm ferat.
Inter nepotes celeber, & notus retrò.
Juvabit hoc amoris exemplum meæ
Familiæ haberi proprium, & nunquam patrem
Gnatum Patri fuiſſe, nec Gnato Patrem.

## SCENA. III.

Andromiſus *cum* Alaſtore *&* Strobilo *de Androphilo intercipiendo conſilium capit.*

ANdrom. Si ſapientiam, ſi aſtutiam, ſi denique audaciam
geritis
In pectore, manus veſtræ atq; inimici noſtri id ſciant hodie.
Stratagema diſpexi modò, quale nullum vivit ſeculum.
Feram mihi captivandam ſumpſi, quam ſi cepero,
Hoſtem egomeum claudam, uti vulpes pullum gallinaceū,
Intra ungues, intraque dentes ad captivitatem miſerrimam.
Caſſeſne, tendiculæ, indagines, atque venabula

In expedito nobis ſunt? quid moramur? noſtra hæc venatio
eſt.
Venatici vos Ichnobatæ eritis, atque Lyciſcæ: ego
Interea venatorem agam, plagas & haſtam expediam.
*Alaſt.* Grandia herclè loqueris: *Andr.* atque ædepol ex tripode.
*Strob.* Quid igitur tribus inſonuit? *Andr.* victoriam nobis
hodie
De inimiciſſimo homine, prout Anthropatrum ſcitis mihi.
Filium ille habet & amat unicè, unicum Androphilum,
Heredem ſui regni atque in nos pariter inimicitiæ,
Deſtinatum jam olim, quem tamen Anthropi amoribus
Ad inſaniam captum, jam ad triremes mittit peregrè,
Cum Anthropo ut partiatur pœnam, atque ignominiam:
Tum deinde libertate ut gaudere faciat priſtinâ.
*Al.* Meliorem pol occaſionem non vidit unquam Iupiter,
Fulminandi hoſtes ſuos. ſi Androphilus regno abiit,
Noſtramque ditionem ſubiit, vicimus, & nihil
Æquè is eſt, atq; mors ipſa. Vitam ejus obolo non emerim.
*Strob.* Quis ſecretum hoc prodidit? *Andr.* quæris? Iovis
diphthera
Quid Iuno in aurem Iovi dicat Andromiſus intelligit.
*Al.* Habemus herclè prædam præ manibus opulentiſſimã.
Oculi noſtri hodie excubias præ animi foribus agant
Perquam vigilanter neceſſe eſt, ne quid illos effugiat.
Si evadat hæc nobis fera, induſtriæ omnis fecimus naufragium.
Fraude juxta ac vi agendum. Ex noſtra illi audaciâ
Atque verſutia propinabimus hodie fraudium affatim.
Quid Andromiſe ita in animo meditationis excoquis?
*Andr.* Habeo rem peractam. Triremium Præfectum adibo
Thanatum,
Nuntiabo hominem eſſe, qui illius triremibus exitium
Machinetur certiſſimum, qui ipſi adimere regnum in ſuos,
Qui evertere ipſi cupiat omnia; maturè ut præſtruat,
Fraude illum agere, venire ſimplici in habitu; ut dolum
Ut factum, utque ſe celet; donec inter ſervitia latent,
Subdi-

S ◊ bditorum omnium animos traduxerit in partes ſuas.
Tum demum producturum ex ſe,& facinus cũ exitio Thnati.
*Alaſt.* Optimè verò,ita ingenium vidi nunquam,ut tu habes.

## SCENA IV.

### Androphilus *ſe ad Anthropum ex periculis eruendum animat.*

*Androp.* Quid fluctuaris anime? quid toties tibi
Timenda fingis? ſegnis in pœnas nimis
Segnis tn amicum. Poteris Androphile mori;
Poſt fata nil reſtabit horrendum tibi.
Perge anime, perge; pergite ô pedes mei,
Nec ante ſtate, quam viæ Anthropus modum
Juxta ac laboris imperet. Ubi nunc lates
Anthrope? quæ te regio, quæ ſedes habet?
Quæ te triremis? quis, rogo, ventus rapit?
Quis te rudentes inter,& remos labor
Miſerum fatigat, quanta tempeſtas premit
Maris ac laborum? fare, dic modum,& locum.
Quo cumque prævium inſequar,comes tuis
Hærebo fatis. nulla me terrent mala:
Niſi quæ tuliſti quidquid ex inceps tibi
Reſtat ferendum, ſocius attollam malum,
Humeroſqu ſubdam, comite me, leviùs feres,
Dic ubi moraris? nunquid infeſtis procul
Jactaris undis, ſcyllaque infeſtos canes
Laxavit in te; fortè contortis tibi
Inſultat audax fluctibus Siculo in mari
Habitans charybdis, quidquid eſt mali precor
Admitte ſocium ſyrtibus captus ſedes;
Syrtes adibo; fortè properantem incitat
Malea mortem; mortis accedam comes.
Præire potiùs me ſine, oſtendam viam.
Ventum,ac procellas brevia & infenſum mare
Sper-

Futura pietas, nutat Anthropi ſalus;
Strictoque petitur enſe: ſuccurras licet,
Et jam ruinæ proximum eripias caput.
Servetur an ſuccumbat, arbitrii tui eſt.
Utcunque cœpta vetterint, tuum hoc erit
Miſeris fuiſſe pium; alienis in malis
Spreviſſe proprium, dignus auxilio tuo eſt,
Amore quiſquis dignus impenſo fuit.
Bene eſt, placent conſilia nunc ſupplex patrem
Adibo gnatus. Si preces ſpernat: meas,
Lacrymis tenebo, dabitur Anthropus mihi.
Auferte famuli ſplendidum hoc veſtis genus
Saccumque ferte lugubrem, & mœſtum caput
Sparſum favilla priſtinum amittat decus.
Me vilis habitus, parque damnato, decet.
In me dolentem videat Anthropum pater,
Miſereſcat in me, melior hic cultus decet.
Induite. Sic placebit Androphilus patri.
Inſpergite caput cineribus. Nunc tu quoque,
Utrumque vultus lumen in tenebras abi,
Et funde lacrymas; pectus hoc manus meæ
Ferite: totum corpus Anthropum gemat.
En commodum Pater exit, adhibebo preces.

## SCENA II.

Andropater *filium* Androphilum *invitus licet pro Anthropo liberando dimittit.*

*Andr.* Filli quid hoc eſt? ſic tuo occurris Patri?
Indignus iſte quod malum cultus geries?
*Androph.* Natum jacere ſupplicem ad pedes tuos
Permitte genitor, habitus hoc meus rogat,
Hoc iſte ſqualor oris, hoc lacrymæ. & preces.
*Andr.* Non hoc rogandum filio eſt, ſurge ocyus
Remove paternis genibus immeritas manus.
*Andr.* Orare liceat; *Andr.* nemo faſtidit preces

Nati obſecrantis ni ſit immitis Pater.
Expone cauſam, ſupplices tamen manus,
Et indecorum tolle ſqualorem prius.
*Andr.* Hic iſte nempe vultus Anthropi tui eſt.
Hunc me jube deponere, illius dolor,
Squalor, catenæ, gemitus, ac durus labor
Me genitor unà lancinant, urunt, premunt.
Si vis ſalutem filii, Anthropum juva.
*Andr.* Natura, pietas, & patrius amor patrem
Semper benignum filio, ſemper pium
Finxere, niſi cum ratio perſuadet ſecus,
Durumque patrem poſtulat, dignum hæc putat
Ut maneat æquus filiis æquus ſuis.
Lex iſta rerum eſt, merita penſantur bonis,
Et ſcelera pœnis, imputet ſibi malum
Quicunque fecit. *Andr.* error Anthropi fuit.
*Andr.* Quodcunque peccat mundus, errorem vocat.
*Andr.* Clementis obſecro nomen hic ſerva pater.
*Andr.* Æqui tueri, gnate, me nomen jube.
*Andr.* Etiam Leones parcere abjectis ſolent.
*Andr.* Sed & Leones ſternere audaces ſolent.
*Andr.* Mirantur illud plurimi, hoc pauci ſtupent.
Præclara res clementia eſt, vulgus fugit,
Virtuſque Regum eſt. *Andr.* æquitas Regũ quoq; eſt.
*Andr.* Semel nocenti parcere auguſtæ parum
Nocet æquitati, regiè emendat ſcelus
Quicumque terret *Andr.* ſemper impune facinus
Traxit ſequaces, quiſquis indulget nefas
Invitat iterum, ſerpit exemplo malum.
Qui parcere cupit improbis, probis nocet.
*Andr.* Regnum eſt amoris dulcius quovis metu.
Coacta virtus, ſimilis hibernæ roſæ,
Diuturna non eſt. *Andr.* cum nihil potuit amor,
Iuſtas amoris ſuſtinet partes timor.
Metuant nocentes. *Andr.* ſceleris Anthropũ pudet,
Peccaſſe tandem pœnitet. *Andr.* ſero nimis.
*Andr.* Qui ſe nocentem dolet, hic innocens probe eſt.
*Andr.* Laudo dolorem, ſcelera deteſtor tamen.

*Andr.*

*Andr.* Non antecedit ſcelera; ſed ſequitur dolor.
*Andr.* Et pœna ſequitur. *Andr.* pœnitens pœna eſt ſibi.
*Andr.* Non una tantùm eſt pœna, quæ purgat nefas.
*Andr* Quæ cautioni ſervit, hæc pœna eſt ſatis.
Poſthac cavebit. *Andr.* cum mala oppreſſos gravant
Serò cavemus. *Andr.* hoſtium dolo jacet,
Deluſus aſtu eſt. *Andr.* decipi ſemper meret,
Quicunque credit hoſtibus. *Androph.* gratus tibi eſt
Tuuſque quondam filius. *Andr.* Tanto magis
Eram audiendus. *Andr* parcere at amico potes.
*Andr.* Non eſt amicus quiſquis inimico favet.
*Andr.* Fidem repromittit. *Andr.* animæ par eſt fides,
Amiſſa quæ redire vix unquam ſolet.
*Andr.* Sibi miſereri poſtulat. *Andr.* ſemper mala eſt,
Quæcunq; cauſa hæc poſtulat. *Andr.* Iudex poteſt
Paterque *Andr* tolle hoc nomen, abjeci Patrem
Poſtquam ille natum. Iudicis munus gero.
*Andr.* Supplex gemenſque Patris implorat fidem.
*Andr.* Quicunque dignam præſtat exſpectet fidem.
*Andr.* O liceat iterum dicere Anthropus meus:
Ah flectere Pater; flectere, Pater mi! tuus
Te pronus iterum filius, Pater, rogat.
Hoc unicum largire, tum quidvis nega.
*Andr.* Fili, æquitati vim paras, aufer preces,
Decreta pœna eſt. æqua lex tolli nequit.
Qui ſcelera pœnis ſubtrahit, ſcelus fovet.
*Andr.* Unum impetrare, mi Pater, natum ſinas,
Nil deprecabor noxio pœnas ferat;
Sed toleret in me, quidquid admiſſum eſt, luam.
*Andr.* Ne quæſo gnate? ſcelera qui fecit luat.
Quidquid nocens peccavit hoc ferat nocens:
Parcatur innocentibus. *Andr.* liceat dare
Hoc unum amoris pignus, Anthropi ſcelus
Luamus unà, vita communis fuit.
Mortem eſſe liceat, poteris hoc ſolùm Pater
Præſtare gnato munus extremum tuo.
*Andr.* Ah gnate quo me diſtrahis? tolle has manus,
Vultumque Patri ſupplicem cui ſic rogas?

*Andr.* Si ſcœleſtè egi, teſtimonio evincite; ſi bene, cur non abeo!
*Than* Tormenta, flagra, cataſtas habemus atque cruces,
His utimur teſtibus, his veritatis exploratoribus.
*Andr.* Si vi agitur, quid pugno; ſi veritate, cur oppugnor ego!
*Than.* Verberabiliſſime, philoſopharis etiam, & in re peſſima
Fabricaris dilemmata; nunquid tu impoſtor, ac tenebrio
Machinatis adverſum nos perniciem, atque exitium!
Quis ita blennus atque matula ſit, ut iſtud non perſpicias!
*Andr.* Ego vos perditum eo; *Than.* nos, nos inquam, veterator peſſime.
Diſcipulus crucis es perditiſſime. Hem, ſocii, vincula
Inijcite, *Andr.* parcite, ah regio filio parcite! *Than.* quid ais
Trifurcifer, filio Regis? *Andr.* ita, inquam, Androphilo obſecro
*Than.* Impoſtor ac trivenefice, Auditis? filiū ſe Regis in hoc
Centone, in hac mantica, in his ſordibus jactar, Iri poſthumus?
Quin hominem coronamus, quin ſceptrum, & purpuram
Tradimus, ut nobis imperia ac mandata dv...
*Cip.* Habeo coronam huic regi concinnatam aptiſſime,
Exere, mox ipſi hinc etiam ſubnaſcetur purpura.
*Than.* Oho nulla ita, prout hæc congrua eſt, haberi potuit.
*Andr.* Ah popule mi, quid feci tibi? te meo in regno alui,
Defendi, tuitus ſum, bona tibi obtuli mea omnia
Hæc nunc rependis? *Cip.* ut hunc ſplendet Rex noſter, ac ovat!
*Andr.* Eheu iſtuc metui! heu dolor! eheu! *Than.* Salve optume,
Maxume, magnifice Rex. *Cip.* Regis fili ſalvus ſis modò.
*Lyd.* Salve, manus exoſculor. *Andr.* eheu! Anthrope mi, vide
Anthrope, vel ſic me vide, hæc tua ſunt munera.
Andropater, Genitor mi, ah vide tuum nunc filium.
*Than.* Quid moramini! ad crucem, arrogantiam & inſaniam habet.
*Andr.* Ah quid feci impiè? *Than.* ſtringite, trahite ad crucē

Andr

*Andr.* Ah cur morior? innocenti parcite, cur morſor? *Than.* id crucem,
Proſternite, trahite ocyus ad crucem. *Andr.* Ah Anthrope mi, vale
Vale, Anthrope mi, atque ultimam hanc vocem excipe,
Androphilus pro te morte miſeranda occidit.

## Scena IV.

### Chorus & Anthropus *Androphili caſum deplorant.*

*Chorus* Heu! fata nimiùm dura, miſeranda, aſpera,
Androphile deploramus infelix tua!
Anthrope, quantus eripit amicum furor!
Quis primus, & quis ultimus juſtas dolor
Solvet querelas? Nunquid hic coram jaces
Proſtratus atque examinis & ferro gravis?
Strinxere corpus vincula, & linguam dolor,
Riget catenis, lacrymis magis riget.
Miſerande juvenis, redde nunc vocem dolor
Et flere liceat, ferre quæ debet mala.
Nunc ingemiſcit rurſus, & pavido tremens
Singultit ore verba quos queſtus ciet,
Quantoſque fluctus tanta tempeſtas parit?
*Anth.* Androphile. *Chor* medias gemitus in voce ..dit,
*Anth* Androphile. *Chor.* majus viribus tantum malum eſt.
*Anth.* Androphile, ſic peribis? ô pudor! ô dolor!
Per me peribis, abſque me? fugiat dies
Tantumque celet facinus, ac nocte obtegat.
Anthropus iſta meruit, Androphilus ferat?
*Chorus.* Verba opprimuntur rurſus, atque ingens malum
Lacrymæ loquuntur, ponderis & impar ſui
Cervix reclinat languidum in terram caput.
Erigitur iterum, vultus infigitur humo.
Oculis peretrat ſemitam Androp hili priùs
San-

Sanguine notatam. Quid modò loquetur dolor?
Quas lacrymas iſte dabit huic pares malo;
*Anth.* Hæc, hæc cruenta ſemita eſt ſcelus tuum,
Anthrope. Quid nunc refugis; huc oculos tuos,
Huc verte mentem. quicquid horrendum hic vides
Tuum eſt, patraſti. Solus Androphilus tibi, &
Abs te peremptus concidit. *Planctus* modò
Lamenta funde, facinoris notas tui:
Et has cruoris tolle, ſi lacrymis nequis,
Etiam cruore Dura ſociorum manus
Triremiumque probra, quid miſerum modò
Languentem, & invalidum ſub ignotis procul
Deſeriris oris, precibus hoc meis date,
Merui perire: peream, & indignam necem
Digna rependam. Vivere Androphilus meret,
Meus iſte fundi debuit pridem cruor.
Quid adhuc ſuperſum; quin modò Androphilum
ſequor;
Vivendo quem non potero, moriendo aſſequar.
Miſcere cineres liceat, & amorem duûm
Teſtentur urnæ. *Chor.* quanta vis mentem abripit;
Amor eſt dolori junctus & amori dolor.
Quis eſſe par his animus in malis queat?
*Anth.* Ignoſce ſceleri, regie adoleſcens, meo.
Ignoſce, quod non parui. Utriuſque eſt dolor,
Mea eſt voluptas ſola, & infandum ſcelus.
Ingratum amando, crimen ingrati luis.
Hoc erit amici præmium; hæc fides data;
Hoc natus iſto ſanguine, ac patriis bonis
Suiſque felix juvenis, ad ſolium ſimul
Sceptrumque genitus me ruit; exuitur opes,
Perdit & honores, morte miſerandâ cadit.
Hæc cuncta pro me perdito, & mundi probro,
Qui vilis, ac deſpectus, & nullis niſi
Meis miſeriis notus, ac malis fui.
Hæc cuncta [ſine nunc eloquar, pudor, ſine)
Hæc cuncta, pro me Pertulit (cede ô pudor!
Da nunc dolori frena) pro me, eheu! tulit.

Pro

Pro me peremptus, heu! jacet, pro me jacet?
Nunc lacrymas oculi date, & planctum manus.
Mecumque, quiſquis ſentit, in gemitum ruat.

*Chorus.* Eheu cecidit, miſerè cecidit
Columen vitæ, fortiſque tuæ!
Tuus Androphilus, tuus ille jacet.
Anthrope miſer, miſer Androphile.
Quem primùm querar? utraque ſors hæc
Miſeranda nimis, dolor unius
Dolor alterius, geminumque malum eſt
Quod quiſque ſubit.

*Anth.* Quis iſte procul eſt gemitus, & facies viri?
Androphile, quò raptaris, infelix meo
Scelere, tuoque amore? quis adeò ferox
Incumbit hoſtis? ecquid infeſtum tibi
Circumſtat agmen? ecquid hoc ferrum, ac necem
Excipis aperto pectore? Anthrope advola,
Oppone pectus lanceæ, & mortem tuo
Aver[illegible] occumbam nocens.
Quid adhuc tenetis compedes? liceat mori.
[illegible] vivere Androphilo liceat, unum caput
Hoc fulminandum eſt, feriat autorem ſcelus.
Ah! ne opprimatur innocens, vivat precor.
Sed perdo gemitus, verbaque incaſſum fero.
Opprimitur eheu! cecidit Androphilus meus.

*Chorus* Crudele genus, quod nec precibus
Nec lamentis tangeris ullis.
Te vel atroces aluere tigres,
Vel caucaſiæ marmora rupis
Pro corde geris. Si te lacrymæ
Nequeant noſtræ, flectant merita,
Nobile flectat decus, & vitæ
Flos innocuæ. Sed fruſtra precor
Inſons rapitur, tollitur inſons.
Crudele genus! lacrymæ rurſum
Planctuſque ſonent.

*Anth.* Ah dura nimiùm fata! quò vertam preces?
O! ſi liceret ultimum Androphilo vale

Feue

Ferre, ac referre, ſenſaque migrantis animæ
Suprema legere! totus Anthropum darem.
Transfunderemque ſpiritum amplexu ultimo.
Androphile, quis me compotem faxit tui,
Morientis etiam? dura vinclorum mora,
Quid adhuc reſiſtis? anima prorumpe ocyùs,
His non teneris, corpus in vinclis ſinam,
Androphilum adibo mente; ſic etiam ſequi
Juvabit. Audis vita, & abrumpis moras
Luctantis animæ? Venio nunc, venio tibi,
Androphile; ſocium mortis admittes tuæ.
Fallorne, an umbras jungimus? quò nunc abis,
Androphile? curſum reprime, & admitte comitem.
*Chorus.* Iterum recline ſternitur corpus, ſolo
Pondere doloris, & reluctantem opprimit
Gemitus loquelam *Anth.* dulcis Androphile: miſer
Androphile, ſic, ſic occidis? *Chor.* iterum tacet
Mœrore victus, *Anth.* occidis? amice, occidis?
*Chorus.* Quantum doloris pondus, & amoris ſimul!
Vox conticeſcit, oculus in ſommum cadit,
Lacrymæ remittunt, blanda ſeſſo quies
Inſinuat animo. Fortè mœrentem ſopor
Lenire poterit. Sed quid horrorem incutit?
Trepido pavore: cauſa trepidandi latet.
Papæ! quid iſtic ſpecto? portentis locus
Hic obſidetur. Umbra ſe procul admovet.
Heu fugio. Nunquid ſequitur? Anthropum petit.
Iſtic moratur, vincla contrectat manu,
Diſſolvit, ambos liberat ferro pedes.
Quid nunc futurum eſt, horreo flectit genu.
Procumbit ah! ne perdat Anthropum, precor.
Jam prona toto corpore juvenem occupat.
Os jungit ori, baſia affigit genis,
Et captati animam, nunquid & Manes amant?
Juvenis movetur, brachia viciſſim implicat.
Quid hoc? paveſcit umbra, conſurgit, fugit
Anthropus inſtat. *Anth.* ſuavis Androphile, fugis?
Fugis tuum Anthropum? juvat etiam, juvat

Tibi ſociari mortuo, quin ſic redis
Tuoſque Manes jungis, aut trahis meos?
Ubi vincla? quæ tam ſubita libertas mihi
Gradum expedivit? ſcilicet tantum tibi,
Androphile munus debeo, agnoſco fidem
Studiumque amici. morte non potuit mori,
Poſt fata vivit noſter in buſtis amor.
Quid adhuc moraris? ſegnis ô nimiùm dolor!
I quære amicum, nulla jam moras tibi
Catena nectit. Vita ſin obſtet tua
Linquenda vita eſt: meruit effuſus cruor
Cruore repeti. Dic ubi Androphile lates
Vel inter umbras? conſequar, jungam latus,
Jungemus urnas, mortuus amico fruar.

*Chorus.* Ah quanta vis doloris!
O quanta vis amoris!
Quot iſte volvit undas!
Quod ille volvit ignes!
Quot iſte fella melle,
Quot ille mella felle
Dolenti, amanti illinit!

## ACTUS V. SCENA I.

Nuntius *exponit quomodo Androphilus mortem & Latronum manus evaſerit.*

NUnquam ſic hominem, nunquam ſic nuntium arbitròr
Fore aut fuiſſe, qui iſta viderit, iſta nunciaverit,
Quæ ego vidi atquè nuntio mira ſpectacula.
Androphilum quiſquis novit, is nunc aures credat mihi.
Plorant illum Pater, tota domus regia, atque Anthropus oppidò
Qui per eum libertatem ſperavit, atque etiam feret.
Plorat quiſquis hominem novit, atq; plorant, ut mortuum

Sed paſſiſſent illi lacrymis atque oculis etiam ſuis,
Etenim vivit ille vitalem vitam,uti ego modò.
Vivit loquitur, comeſt, ambulat, uti homines ſolent.
Ita res habet. Raptus ille (ut ſcitis) à Præfectis triremium
Ad inter tum, ac necem,quod iſti perſuaſi perperam,
Ab Andromiſo, venire hominem qui illos perditione perderet.
Proin iſti Archinautæ peſſimi, Androphilum opprobriis,
Vinculis, flagris, vulneribus tractant improbiſſimè.
Ac deinde ut mortuum, devolvunt in foveam.
Sed Androphilus, haud multò poſt, vires atque animum
Ex morte revocans, magniſque enitens tumultibus,
Fortiter inter umbras improbós latrones terruit,
Moxque inclamans Anthropum (quem catenis gravem
In via deſtituerant vinctum, dum prædam hanc agerent)
In fugam timidos adegit. Jam Anthropum ſocium
Hic juxtà nactus, mille exultantem ditat gaudiis,
Et mille amplexibus,quibus ſe illi impendit Androphilus.
Modo hic ni fallor adſunt.prævolo ne quis me nuntius
Ad Patrem prævertat; ſcio,quantum illi feram gaudium.

## SCENA II.

### Androphilus *reperto* Anthropo *gaudet*.

*Andr.* ANthrope, dulcis anime, in amplexus ſubi,
Et redde vitam, mortuus pridem fui
Moriente te, ac abſento te. O iterum redi,
Iterumque brachia brachiis, genas genis,
Pectuſque pectori applica, nihil hic meum eſt.
Per te revixi,tuque fugientem procul
Animam tenebas.quidquid hic vitæ eſt,tuum eſt.
*Anth.* Androphile: *Andr.* Frater. *Anth.* Nomen hoc nunquam ſatis
Meruiſſe dicar. *Andr.* amice. *Anth.* ſed nimium hoc quoque eſt.
*Andr.* Nil nimium amanti eſt; frater,& amicus mihi es,
Pretioſa fateor anima. Quid triſti dolens
Meditaris ore verba? *Anth.* Nonne amor tuus

Te video fili mi? video Androphile mi?

*Androph.* O mi Pater! *Androph.* animum hunc meum, Androphilum meum
Amplector? ô qua ſorte diviſus meo
Solio abiiſti? gnate in amplexus redi,
Iterumque Patri jungere avulſus tuo.
Androphile gnate mi. *Androph.* Pater, dulcis Pater,
En ille mecum noſter Anthropus redit.

*Andr.* Anthrope, pretium ſanguinis, quantum mei
Gnatique pretium! quanta libertas tibi
Quamque pretioſa redditur! in ulnas tui
Adſis Parentis. Filius rurſum mihi
Tibi Pater ero, *Anth.* magne Rex, mitis Pater
Ignoſce, pronus genibus advolvor tuis.

*Andr.* Anthrope, quidquid ſceleris admiſſum hactenus,
Satis expiatum eſt; fruere nunc partâ tibi
Rurſum ſalute, gaudiis demus locum.
Redite honori. Gnate, tu meritis prior,
Et genere major, ſordibus ſpretis, decus
Accipe relictum: Purpuræ hunc cultum gere,
Digiti coruſcent annulis, dignâ caput
Indue coronâ: dexterum Patris latus
Poſthac tenebis, ſimilis in regno mei,
Par tibi poteſtas, par honos mecum datur.
Accinite læti, filio plauſum date.

*Aulæ Præf.* Androphile felix vive. felixque impera.
Hoc Patre felix gnate, & hoc gnato Pater.

*Omnes.* Androphile felix vive, felixque impera.

*Chorus.* Pſalle, plaude, vive, gaude,
Plaude, feſto læta ſole.
Magno plaude turba Regi,
Magno plaude turba nato.
Necte ſerta, flecte laurum,
Sparge flores, ac odores,
Regis orna filium.

*Andr.* Androphile ſic nunc Patris amplexum pete,
Ita te juvat vidiſſe. *Aul. Præf.* Sic vivat diu.

*Omnes.* Vivat, triumphet, gaudium noſtrum, Patris.

Veneror amorem. Serus hoc canat nepos?
Duo ſunt ſed unus animus adſtringit duos.
*Anth.* Ah liceat illud pectus amplexu unico
Mihi vendicare totum, & Anthropum dare.
*Andr.* Quid rurſum in ulnas proruis, amore impotens?
Anthrope mi, dulcis anime, ò pretium meum!
*Andr.* Bene eſt amoris veneror exempla inclyti
Plaudite duorum amoribus carmen date.
Eja gaude, vive, plaude.
Par dolentûm, par amantum;
Poſt dolores ac labores,
Stent amores, ac honores,
Quos nec ardor intepeſcens,
Nec vetuſtas obſoleſcens,
Flore primò deterat.

## *EPILOGVS.*

ANthrope, te nunc alloquor quiſquis es homo;
Tu ſervus ille es, qui ſe, quique Dei filium,
Indigno ſcelere prodidit extremis malis.
Infelix nimium crimen, quod tantas dedit
Etiam immerenti clades; ſed fœlix ſimul,
Quod tanti amorem filii, quanti eſt Deus,
Meruiſſe potuit. Nempe te Androphilus movet,
Quem Regis natum vidimus, dum ſervum amat.
Androphilus ille moveat, qui cœlum fugit,
Cœlique gaudia, noſtras ærumnas ſubit,
Perditi amore hominis, quæ mens, quæ vox hæc ſatis
Aut capiet, aut exponet! Nos umbram damus
Ex umbra ſi quid lucis cuipiam admicat,
Utatur. amare amantem nos ratio docet;
Sed amare amantem Dominum, nos cogit quoque.
Hæc ſi aſſequaris, plauſum quem cupimus, damus.

Tantiſper animum quiſque, ſuis cum ſenſibus,
Ne gravetur, reddemus meliorem omnibus,
Atque haud illepidâ oblectabimus fabulâ.
Telesbium, magno genere juvenem inclutum,
Tribus à Patre inſtructoribus concreditum
Per variam vitæ fortunam agitandum damus.
Inconſtantem moribus & ambigua fluctuantem indole,
Ut uſus juvenum obtinet. Seductum à ſuis,
Quos habuit circùm, ducibus ac vitæ aſſeclis,
Hinc vitiorum hauſit affatim, ac virtutibus
Fœda admiſcuit ſcelera, ceu melli toxica.
Hanc ubi luſiſſet diu juvenis Comœdiam,
Denique vitam Comicam tragicâ explet nece.
Si quæritis; hiſtoria ſit, an fabula?
Neutrum eſſe aut utrumque aſſeram, eventus palã
Faciet, niſi quem pigeat eventum cernere,
Quod ſi hic ſint, quorum os ac pedes Mercurius
Inſederit qui neque tacendo quieſcere,
Neque ſedendo queant, jam nunc abeant foras;
Ut ne ſibi, nobiſque hic faſtidium creent.
Qui auditores frugi eſſe cupiunt, auribus
Utriſque naviter utantur, has implebimus.
Deinde ne ſint Democriti, qui riſu omnia
Confundant; nec Heracliti, qui omnia defleant,
Volo moderatos, & Socratis dignos ſcholâ.

## ACTUS I. SCENA I.

Protopater, Telesbium, *ejuſq; vitæ moderatores,* Eubulum, Heterobulum, *&* Thanarum *explorat.*

PRot. Quanta accuratione opus ſit, benè ut agas Patrem
Experior, poſtquam gravida mihi uxor enixa eſt filium.

Enimvero iſto ego conjugis partu intus in animo meo,
Concipere gemellos cœpi laborem ac ſolicitudinem,
Quibus etiamnum prægnans incedo. Si quis mihi
Hac in parte obſtetricari queat gratiam fecerit.
Etenim non levis hic eſt labos. Scimus qua induſtriâ
Iſta excoli ætas ad frugem debeat, ac ſpem indolis,
Sementem iſtic uti jeceris primum, ſic meſſem feres.
Hunc porro ut ad fecunditatem agrum prorſus excolas,
Ut leni pinguedine emollias, quoties vomere tibi,
Ligone quoties raſtro ac ſarculo opus fuerit, vides.
Verſare, ſudare, fatigari fatigatione plurimâ
Niſi volueris, nihil voles rectè, nihil ad frugem bonam.
Nunc ubi ſemen agro credideris, quoties fallit creditum?
Quoties ubi glebam arbitrabere intractabilis petra eſt?
Quoties aduncipes volucris roſtro adeſt cleptico,
Et vel ſementem, vel ſementis aufert propaginem?
Quot tempeſtates cælum inquietum ſæpe parit
Unius exitio meſſis! hiſce obſtruere malis omnibus
Quanti res negotii eſt? quantæ curæ? qualis operæ?
Atlante indigeat qui puerum magis humeris quàm cælum
ferat.
Neſcire quid ſit pater multo quidem meliùs homini reor
Quam juxta mecum tot diſciplinis curarum fractũ diſcere.
Nam patrem eſſe nulla ego voluptate quidem emerim,
Tanti res eſt operis habere firmos ætate liberos;
Eoſdem verò & probos habere negotium abſque otio eſt.
Ubi enim oculum averteris, advertit improbitas ocyus,
Ac pede preſſim ſubintrat, vi, an proditoriè? haud æſtimat.
Hæc quavis arte lucrum ambit, famâ & infamiâ.
Nobilem deinde atque ignobilem quid interſit, negligit.
Hominem quærit Davus an Oedipus ſit Therſites, an Phaõ
Suſq; deque habet: impudens eſt, clientes ambit & aſſeclas
Omni ex gradu, à Codro uſq; ad Crœſum numerum facit.
Proinde Argus ſit Pater, qui nato proſpiciat ſatis.
Operam tamen dedi, ne quid illi obviaret mali,
Ne quo langueſceret otio aut ignorantia vileſceret.
Unde, qui ipſius erudirent juventam bonis artibus,
Qui ſalubri conſilio ducerent, qui defenderent ope.

Illi

Illi tres additi Moderatores ætatis rudis.
Quos ego, ut cum filio inviſerem, huc Coſmopolim appuli.
Ehodum Teleſbi, te tuoſque Pædagogos hic coram
Adſtare cupio, ut experimentum detis patri
Induſtriæ veſtræ, & intelligam, an tibi ſit indoles
Quæ frugi eſſe poſſit? *Teleſb.* En ut mandas pater, exequor.
*Protop.* Ita vos ad nutum eſſe addecet. Eubule quarum artium
Eruditione meum tu mihi filium hactenus inſtruis?
*Eub.* Philoſophiam illam quæ deformandis rectè moribus
Inventa eſt, quæque optimam hominis partem excolit,
Tenere me profiteor. *Prot.* artem calles artium:
Quâ ſi mihi erudieris filium, cetera neſcire poterit.
*Prot.* Heus Thanare, quam tu diſciplinam tibi vendicas?
*Than.* Medicorum apophoriſmata & ſecreta ad apicem teneo.
Nihil Hippocrates, nihil Galenus mihi occultum poſſidet.
Vitam ego hominum, ubi morbi ingruunt, in manibus fero.
*Prot.* Prædicabilem te facis hac tuâ experientiâ.
Quare & hunc tibi commiſi Filium mihi unicum.
Quem hac ab arte, ſi minùs erudire, defendere poteris.
*Thanat.* Scio cui operam meam præſtiterim, nihil deeſſe patiar.
*Prot.* Qho Hetorobule, ex tuis credo oculis Philoſophia proſpicit.
Atque iſto ex habitu, ita barba tibi pendet, ac pallium.
Quarum artium diſcipiinâ natum imbuis? *Heter.* propè omnium.
*Prot.* Ne quid deliret, vide, multâ rerum ſcientia:
Nam qui ubique eſt, nuſquam eſt. *Het.* Illi ingenium
Hereditario jure obvenit optimum. *Prot.* Ut audio
Fundamentum nactus eſt bonum magnæ fabricæ.
*Het.* Huic ſuper exſtruemus induſtria atq; experientiâ plurimum,
Quicquid abſconditum Plato, ſubtile habet Ariſtoteles

Perveſtigatum ibimus,atque illo mentis condemus ſcrinio.
*Prot.* Supra Neſtorem audes etiam. *Het.* Deinde juris & injuriæ
Omnes diſcet articulos,vertere Iuſtinianum, revertere
In mille formas,prout uſus feret,aut neceſſitas.
*Prot.* Præclarus herclè juridicus ſit.qui recta curvis vertere,
Et curva rectis queat *Het.* Ita niſi ſis hodie,nullus es.
Sed & plurium nationum idiomata uſui faciet ſuo,
Uti vernacula , ſic illi lingua nota erit hebraica,
Sic Græca;ſic Romana,ſic Hiſpana,ſic & Gallica.
*Prot.* Unam in linguam tot linguas congeret? *Het.* & muſicum
Quin & Choragum & gladiatorem,ex uſu ubi fuerit,
Agere docebitur. *Prot.* Omnium erit artium compendium.
*Het.* Abs me hæc illi polliceor. *Prot.* Felix es tantis ſcientiæ opibus.
*Het.* Facili naturæ multa debeo,denegatas opes mihi
Et honores hac penſavit gratiâ *Prot.* Et hoc beneficium eſt,
Egere corpus, quam animum mavelim. *Het.* equidem id ſcio.
*Prot.* Eho Telesbi. *Telesb.* Quid me vis pater. *Prot,* alium te quâm qui modo es
Volo eſſe; promptum , obſequentem , docilem bonis artibus,
Et moribus cultum ad eruditionem,ac elegantiam.
Linguas atque inſtituta nationum ut calleas, volo,
Ad hujus ævi genium;ut mihi,& tibi ſervire olim queas.
*Telesb.* Conabor. *Prot.* atque hæc ut poſſis, viros nactus ſum tibi,
Quos naviter audias, quorum, ſub oculis agas ac ferula.
Neque tibi quicquam patiar deeſſe, pecuniarum quantum ſatis
Impertiar,quas tu in uſus diſpenſabis utiles.
*Telesb.* Nervus iſte vitæ eſt,quæ peregrè agitur, ſine opibus, nihil eſt opis.
*Prot.* Scio;proin te Oeconomum facias, ut neceſſitati præ venias,

*Telesb.*

*Telesb.* Si quid mandas pater, meum eſſeſcio, mandatis obſequi.

*Prot.* In herba cùm ſis, feris amoliendis cuſtode eſt opus:
Ne quæ luxuriem depaſcant ſegetis. *Telesb.* Quid deinde opus?

*Prot.* Quid? ulmeos uti ſtipites adhibeant, ſi quid incommodi
Irrepat uſpiam: hoc vallum erit tuum, ut caveas.

*Tel* Intelligo mi Pater, faxo ne his munimentis ſit opus mih

*Prot.* Siquidem id præſtes, aurei ego te prædicabo ſæculi,
Ubi alio in hoſtem vallo nemini opus, niſi moribus bonis

## SCENA II.

Moria *ſuum in orbe regnum jactat, ſperatque ſe in Protopatri familia locum reperturam ſuffragante* Heterobulo.

MOria. Quis mihi Deorum. quæ dearum par inceſſerit,
Ita culta baſilicè, ita latus ſtipata ſatellitio,
Quæ prout ego, peræque abundet cultoribus?
Cui ſummi in aulis, imi in caulis, ubique medioximi:
Cui Americani, Indi, Æthiopes, Perſæ, Arabes, Scythæ,
Romani, Hiſpani, Galli, Poloni, Bohemi, Teutones:
Cui feminæ, viri, ſervi, domini, inopes, divites:
(Iam anima cum voce intercipitur) verbo abſolvam, cui
Quanta eſt orbis machina, quotquot intus hominum,
Aliquod tributum debent. de me perhibent Sophicati:
Stultitiam in loco potiorem ipsâ eſſe ſapientiâ.
Neque alios ſtultitiæ ad ingenium formatos magis,
Quàm qui ipſam ſeſe medullam ſuxiſſe ſapientiæ
Videntur ſoli. Stultorum plena, ajunt, omnia
Innumero hos numero eſſe. *Her* verum qui hæc aſſerunt,
Seſe iidem exemptos volunt, & Thaleti proximos.

*Mor.* In Stoa, Lyceo, porticu quotquot olim nomina

Sapientum cenſuere, in albo hoc tenentur meo.
His equidem ſtultitiæ propinavi affatim.
Platonem, Socratem, Diogenem diſcipulos mea
Sub ferula habui, mihi didactrum debent ſuum.
Iam reges ego ſi putem, ſi adminiſtros Principes,
Si nobiles ſi ignobiles, nec finis erit nec modus.
Bibliothecam hac ego nomenclatura confecero
Qualem Vaticanus vix capiat, ſi ſtylo hæc capiam.
Modò ut præſens ex me concio officium habeat
Huc pedem intus. Eſtne qui nomen his tabulis ſuum
Concredere geſtiat, quique ſtultorum in cenſu cenſerier?
Is propalam enuntiet, ne quid ſibi dividiæ poſtea,
Ne quid creet doloris, cum præteritum ſe viderit.
Nolo cujuſquam ingratiis id fieri ſed volentibus.
*Het.* Prodiga officiorum hæc domina eſt, liberali eſt indole.
*Mor.* Quippe ſtultorum in cenſu numerum facere, beneficium eſt,
Quale haud omnes agnoſcunt. Socia his jucunditas,
Riſus, facetiæ, lepores, alta animi malacia
Nil ſapere. hujus quidem vitæ quædam eſt beatitas.
Nil adverſitatum hoſpitatur in animo, qui nil ſapit,
Quin etiam arridere hic aſſociet malis venientibus,
Amico hæc dimittere vultu, jocis abſtergere,
Opulentiam huic offeras, ridet: rurſum auferas
Ridet. Honoratam ridet ille ad purpuram,
Iuxta & centones. Laudes ridet, ac ridet minas,
Unus omnem fortunam uno vultu ſtultus excipit.
Verbo dicam malum ſtultitia eſt carens malo.
*Het.* Num quid obſtat, quo minus utendum Sapientia
Suum deinceps nomen tam fauſtæ porrigat Stultitiæ?
*Mor.* Siquid mecaſtor fidei mereat, hic detis velim.
Non ita ſapiens prodeſt fatuo, ut ſapienti fatuus.
Etenim illi hic exemplum duratæ offert patientiæ,
Nivei fidem pectoris, ac labyrinthum cordis pervium,
Duplicitatis evolutum latebris, planè planiſſimum.
Demiſſionis excavatum fovea: Parſimoniæ
Scopis expurgatum, frugalitatis imaginem.
*Het.* Ego Moriam non eſſe Moriam dicam amplius.

Ita ſapienter deſipit. *Mor.* Nemo ſat ſtultum laudaverit
Quantumvis ſapiens. Nil peccat, ſceleribus caret.
Nec ſtulto quiſpiam invidet, niſi ſtultiſſimus.
*Het.* Ita hodie mos eſt. Sapiens ac ſtultus laudem volunt,
Et ſæpè qui alios præcones non habet, eſt præco ſui.
*Mor.* Iam igitur exſpecto, ut me conveniat hic quilibet,
Ac felicitatem ex me nundinetur. Nemo hic adeſt?
Fortaſſe profiteri pudet quod eſſe non pudet.
Eſtne hic aliquis? Iſte immerſus ocreis Pamphilus
Platearum & puerorum obtritor, gravius qui gradum
Grandire quam Elephas ſolet, quin ſeſe aperit?
An neſcis huic ſeſe deberi Diphtheræ? At enim
Vallum aliorum poſt humeris quærit. Parcam nomini,
Sed ut his ſe eripiat tabulis nomen eſt: non inſeram.
Ille deinde Chlamydatus gladiator in toga,
Qui in pace cædes ſpirat, qui vibrat calcaria,
Etiam dum ligneo hic nobis in equo bipes aſſidet,
Quis huic illum ordini anteſignanum non cenſeat?
Sed tamen Romanos inter habeatur Scipiadas.
Quid perinde ſtultum, ac bello vitam prodigere,
Leviculæ prædæ irritamento aut ſtipendi gratia?
*Het.* Hæc inſania regiones integras vertigine abripit,
Tanquam ſi Strychno omnes biberint amentiam.
*Mor.* Loco quemque ſuo, ut hæreat, moneo, namq; nevelim
Abs tam inquietis hodie ingeniis turbellam dari.
Quis illic hominum ſedem intercipit ſapientum inſipiens,
Imberbis, voce emaſculatâ vir an mulier?
*Het.* Muſicorum e choro Eunuchus *Mor.* Huc helleborum:
Neque enim mihi uſpiam tantum honoris cernitur,
Quam ubi viros dimidiant, ut ſervent muſicos.
Et iſte illic acugerulus ſartorum ex tribu Levi,
Homo dupondius qui cum Iphiclo ariſtas transmeet,
Qui tot ſuperbiæ plumas addit, novarum indies
Conſarcinator veſtium, totque carnufex lendium,
An Moriæ album effugiet? *Het.* Pictore haud indiget,
Ita ad depingendos homines illa abundat coloribus.
*Mor.* Iſte arator, ut huc ſe penetravit? dedolatus herculè

Ad ſtivam ac raſtrum, calceamentum Colophonium.
Incoctum atque inſulſum olus, Abderitarum prodromus,
Qui ſementem facit ac meſſem, fiorem vendit tritici,
Vix ipſe paſtus furfure ac fabarum ſiliquis.
Ecaſtor quantum delirat & hic noſtro in numero eſt,
Quis mihi nunc omnes hic coram in digitis putet,
Catalogo dignos noſtro? finem non reperiam.
Nunc aliò mihi eſt itio ut gymnaſium erigam
Stultitiæ principale, quale Europa vix habuit.
Protopater familiam peregrè inſtituit ampliſſimam,
Iſthic jam mihi ſedem præripio, ſpebus lautiſſimis.
*Het.* O mea oportunitas, ut te mihi fers obviam!
Huic anguillæ ne mihi elabatur, herbam porrigam.
*Mor.* Nam quis hic ſibilus aurem ex occulto terebrat?
Satin' ſanus, mi homo? huc contra ne contollas pedem,
Nam cornuta mihi frons eſt, mox erit cornupeta.
*Het.* In ſtimulum malo exerceas. *Mor.* ni jam mox audiam,
Sapiens an ſtultus venias, fies cornuvora, & tibi
Illic plantari cornua ſenties, ubi nata ſunt mihi.
Ehem quis es? *Het.* Equidem qui ſim neſcio. *Mor* at ego jam ſcio,
Illud γνῶθι σεαυτὸν qui neglexit ſtultus eſt.
Principium ſapientiæ ſeipſum noſſe, ignorare ſtultitiæ eſt.
Heus ad hoc album meum. *Het.* Honorem hunc non ambio
*Mor.* Tantò illo es dignior, debetur non poſcentibus.
*Het.* Te Diva ſupplico. *Mor.* Cuja vox eſt, quæ mihi ſupplicat
*Het.* Heterobuli. *Mor.* dignus ecaſtor qui occurras Moriæ.
*Het.* Operam mihi tuam tantiſper ut mutuam eloces,
Huc oratum veni. *Mor.* Ultro illud volentem poſtulas.
*Het* Telesbium habeo juvenem, quem tuæ ut aptem indoli,
Hoc mihi curarum eſt. *Mor* Figulum rogas, ut is rotam
Formando verſet operi. Non rogata operam dabo.
Meum hocce molendinum eſt, quod verſo Anticyris;
Ut ſtultorum in orbe numerus augeſcat indies.
Tuum ego habitabo ingenium, vires ſufficiam,
Ut Telesbium, ceu molarem rotam, undique verſabilem

Tuum

Tuum ad nutum habeas, modò muſtum illi muſteum
Pro aqua affuſum fuerit, quaqua impelles fa ilè.
Mira vis vini eſt quodvis quovis ingenium rotat.
*Het.* Experientiæ mihi ad hanc rem parabo ſubſidium.

## SCENA MUTA.

*Angelus bonus & Dæmon, Vita & mors circa hominem choragium inſtituunt, propellunt, ac pelluntur mutuò.*

## ACTUS II. SCENA I.

*Eubulo Telesbius invitè & non niſi ad imperium* Protopatri *Patris obſequitur.*

*EVb* An me conſequeris Telesbi ad gymnaſium ocius?
*Telesb.* Nolo. *Eub* Ubi hæres teſtudo? cochlea ubi es? herculè
Nondum braccatus integrè ès. Nuuquid gradieris hinc?
*Telesb.* Nolo. *Eub.* Dromonum Imperator, Rex ſomniantiũ,
Lavaris, an non? Niſi jam mox: pugnus hic hodie
Pro mantili atque oritergio futurus eſt tibi.
*Telesb.* Nolo per Jovem lapidem, nolo. *Eub.* Obſequeris Lentule?
Jam nunc hinc exi de cubili denique in meridie.
*Teleſ.* Nolo. *Eub.* Pol niſi ita mox gymnaſium properus adis
Flagrorum ipſus gymnaſium fies, plenum literis,
Quas probè conſcribi latus, utraque rades manu.
Arma ego te volo ſumere, ut in arena te exerceas.
*Teleſ.* Nolo *Eub.* Equidem hortor paleſtra otioſis non patet.
Hiſce ego te loris exorabo, niſi hortantem audies.
*Teles.* Nolo, ædepol, nolo. *Protop.* Quid tibi iſtic clamatio eſt?

Iam in viam abſceſſeram, tute hinc revocas patrem.
Quid agis? *Telesb.* Non ago, ſed agor verberibus. Mihi
Malè Eubulus minatur. *Eub.* Refractarium ſe facit,
Quidquid ſuaſero, juſſero, oravero; nolo mihi
Nolo identidem in os regerit, tanquam nola ærea
Quæ ubique eadem ſonat! *Prot.* Itan' verò ſtatua vervecea,
Id docui ac juſſi pater? Eubulo ego te obſequi
Me volui abſente. Scis te id ætatis adoleſcentulum
Etiamnum rudem atque impolitum bonis eſſe artibus,
Lignum eſſe incultum, unde exſculpi poſſit Mercurius.
Sed ferro, ſecuri, dolabra, runcina opus ut niteas.
Tuo proinde ſi artifici obluctèris, ſi ignaviâ,
Ut putre lignum, diffluas, ac pertinacia
Rigeſcas intractabilis, quæ ſpes operis erit boni?
Nam, ut tam ſubitò in te agreſcant mores probi?
Niſi jam extemplo exædificatam ſocordiam deſtruas,
Teque ad virtutum culturam transferas, obſequens
Reverenſque Eubuli, quidquid aut vetat, aut jubet,
Pro liberali ego palæſtrâ carceres pandam tibi,
Et ſtultorum temet ergaſtulo emancipabo perpetem,
Ubi intra cancellos, uti murem in muſcipula,
Concluſum betulis paſcam & nervis bubulis.
Audin? *Telesb.* emori quidem hei clè multò mavelim,
Quam iſtâ ſervire ſervitudine inclementi homini.
*Prot.* Iſthoc ego eſſe volo ætati tegumentum tuæ,
Infraque diſciplinæ regem ſtare, ut ſatta tecta indoles
Tibi accuretur, necubi libertatis rimas agat,
Mores putreſcant, perpluat pietas, ruat conſtantia.
Huc jam te mihi propius adfer, etiam proprius, etiam adhuc.
Sic te volo Eubulum conſequi, ut paſtorem ovis,
Si contra dein mutiveris, jam cladem auferes.
In mortario remet comminuam, ut piper Indicum.
Cave ſis deinceps præterquam volo ex te prodeat.
Vis tu te Pædagogo patri obſequentem facere?
*Telesb* Volo mi Pater. *Prot.* Vis artes tractare gymnaſticas?
*Telesb.* Volo. *Prot.* Vis diſciplinis te prabere docilem. *Tel.* volo.

*Prot.*

*Prot* Somnolentiam abdicare manè atque interdiu?
*Tel.*Volo. *Prot* Potorum & helluonum vitare conſortia?
*Tel.*Volo. *Prot.* Amare pietatem, venerari cælites?
*Tel.* Volo. *Prot* Ita niſi mutatâ canas impoſterum muſicâ,
Ex vocali ego te mutam faciam in furcæ literam.
Vide ne quid mihi querelarum bilem concitet,
Aut ad te huc revocet, noxia impunis haud erit.
Ubi rectè ſementem feceris, tu fructum colliges.
Prout intriveris, ſic erit exedundum tibi.
Nunc domum redeo ad quam tu aliquando reviſe melior.

## SCENA II.

Heterobulus, Thanatum *ad partes ſuas contra Eubulum & Telesbium traducit.*

HEt. Oho Thanate, tantiſper hic morare mecum in veſtigio,
Dum curioſis auribus atque oculis hic vacet locus.
Vides opinor fortunam noſtram, quo in cardine pendeat.
Præclara ædepol eſt ſi verſare eam noverimus.
Namque exenteravimus rurſum iſtius boni ſenis loculos,
Videndum igitur nobis, ne aurum atque opportunitas effugiat.
Me ſi conſulis, Eubulum devitabis, hominem
Moroſitate ſuâ nimis infacetum, atque illepidum.
Catonem is ubique agere, ac Lycurgum in re publica:
Tabulas decem vitales conſcribere ac Leges Fannias,
Quibus Telesbium ad ſudorem oneret, atque eviſceret.
Quid enim nos ſervitute exhaurimus, ubi lepidè
Conceſſum eſt vivere? Eubulus in malam abeat crucem,
Dum tu mecum fueris, & Telesbium noſtrarum partium
Noſtrâ retinuerimus induſtriâ, hactenus bonis avibus
Negotium volat; nunc rurſus pecuniæ habemus affatim.
Opportunitatem præter hanc atque tempus nacti ſumus,
Si negligimus, inter fungos meritò cenſebimur
*Than.* Intelligo Philoſophiā tuam, ex Epicuri ſchola prodiit.

*Het.*

*Het.* Neq; verò eſt, quod nobis aut ab Eubulo, aut Telesbio
Malè metuamus, tu cùm medicus Telesbio ſit datus,
Uno cum poculo, ſi opus immolabimus ſtygi
Medicis enim impunè occidere ſemper licitum fuit.
*Than.* Equidem fateor nullâ me viâ hominem expeditiùs
Ab omni abſolvere morbo, quam hoc pacto noſcere.
*Het.* Hoc ſi feceris, nobis deinde omnem Telesbii,
Nos inter partiri ſubſtantiam, quis negaverit?
*Than,* At neſcis quot Eubulus utatur oculis? ipſum occiput
Cum Iano illi occipatum eſt. *Het* Illi occiput ac ſyncipat,
Noſtris effodiemus aſtutiis, talpa erit cæcior.
*Than.* Id ſi feceris, Ulyſſem te prædicavero alterum.
*Het.* Equum Trojanum fabricabimur, modo manum mihi
Accommodes ſtrenuam, Epæus ac Sinon uterque erimus.
Armatura noſtra ſcyphi erunt & pocula,
Pulvis tormentarius, vinum erit Creticum ac Maſſicum.
*Than.* At ſumptuoſa hæc militia eſt, pingues enervat loculos.
*Het.* Non neſcio, ſed artificio denique nobis erit opus,
Ubi omni jam arte patrem emunxerit Telesbius.
Nos contra illum ad trientem ſtrinxerimus ultimum.
Laconum ipſi legibus vivendum ex communi erit,
Aut ad Martis palæſtram tranſeundum, ubi liberè
Ex rapto vivat, non deerit noſtræ effugium audaciæ.
Ita Patrem miſeratione tactum periclitantis filii
Noſtriſque offuciis delinitum, ad novas damnabimus
Auri argentique impenſas? nihil negabit unico;
Extremo illum amore deamat, ſcit eſſe ſe Patrem.
*Than.* Sed iterum non meminiſti Eubuli, incorruptibilis eſt.
*Het* Memini, huic tantùm, ſi apud Telesbium invidiam
Conciliemus, actum erit. Spretus ab hoc nihil faciet.
Deinde vulpes ille licet fuerit, tamen & vulpibus
Sua, quibus intercipi poſſint, fodiuntur foveæ.
Abducendus ille à Telesbio tantiſper erit:
Nam hunc ego modò voluptatis ita captavi laqueis,
Ut jam animus illi ad omnem occaſionem pruriat.
Mihi de Telesbio tantùm relinque negotium.
Tu ô Thanate, ut Eubulum ab illo amoveas age:

Ipſi tu te amicum face am icitiâ auliâ.
Quæ omnibus favet, & nemini, præterquam ſibi.
Interea, ego cum Telesbio noſtris velis ibimus.
*Than.* Video quò tendas, lautis vos certabitis patinis,
Paterisque ad ſiccitatem expugnandam & famem,
Dum ego jejunus aridusque apud Eubulum excubo.
*Het.* Tua tibi portio duplicato ſervabitur fenore.
Tum deinde & ſtationem vigiliarum mutabimus,
Ut ego pro te eſuriales ac ſiccos agam dies;
Tu pro me falerno, & pinguibus dimices caponibus.
*Than.* Accipio conſilia. *Het* ego hac Oenopolam & Compediarium
Accedo proximè; tu illac ad Eubulum viam accipe.
*Than.* Medius fidius iſte Heterobulus propola omnis doli,
Omniſque audaciæ eſt artifex, ſi ſcite hæc egerit,
Quantum tibi deceptionis molimur ô Protopater!
Chironem ſe reperiſſe Achilli is putat ſuo.
Sed neſcit vulpi ſe gallinas, oves commiſiſſe Lupo.
Nunc illum video juvenem, uti teneat vafriloquentiam,
Non viſcus avem ſtringit tenaciùs, blanditiis ei
Velut ſale orationem condiet, ut verba ſapiant.

## SCENA III.

Oeconomus *ſervum* Ciniflonem *deſtinat ad coemenda hoſpitibus neceſſaria.*

*OEcon.* Ehodum Ciniflo, ehodum ocius flagrantiſſime flagrio
Iterumne dicam, ehodum? an ad carnificem mittam internuncium?
*Cinifl.* Quid vis? *Oecon* Quid vis? ſtupide, inurbanitatis gymnaſium,
Et ruſticitatis pagus integer, quid vis? ita Domino tuo?
Quid equidem velim, tuâ nil refert, quid loquar te oportuit
Jam pridem & ſcire, & exequi. *Cinifl.* Sine priùs audiam.

*Oecon.*

*Oecon.* Nunquid audiſti triverbero? Jam prævertere mentem meam

Tuis cogitatis debebas, furcipendule, nunquid hoſpites

Domi obſervaſti noſtræ? an talpâ cæcâ cæcior es?

Ad lanionem ites ocyſſimè, pernas inde geminas,

Ovillum caput, coſtas vituli & bovis armum adferas,

Tum & pedes ſuillos, atque ſuis filium nefrendulum.

Si quos deinde in foro pullos videris gallinaceos,

Perdices, ac bene paſtos capones, hos ne negligas

*Cinifl.* Audio, ſed hæc me comitabuntur omnia, an humeris feram?

*Oecon.* O auritiſſimum animal! clitellas etiam addam tibi?

An tu hæc in macello pendula alienis pedibus quam tuis

Hæc ire credas? Ambulas? an ex ulmo tibi exſculpam pedes?

*Cinifl.* Jam volabo *Oecon.* Uti cochlea, ſcilicet. Sed hem, eſt quod amplius

Curatum velim. Cupediarium eadem inviſum ibis viâ.

Placentas ibi umbilicatas ternas artolaganos decem.

Artocreas binas, ſcriblitas quin denas, totidem dulciarios

Panes volo. aut ſi quid ſcitamentorum iſtic fuat rariùs.

*Cinif.* Permitte rurſum adero. *Oecon* Quippe cur hinc abeas funge? *Cinif.* Ut Notarium

In ſubſidium advocem, qui hæc tanta mandet tabulis.

*Oecon.* Tu ſcriptorem poſcas, virgarum helluo? ſcriptorem herculè

Quam mox agam tua in cute, ut utraque expungas manu.

*Cinif.* Eo, eo. *Oecon*, parcis virgis meis, & cuti tuæ. Hæc pro cœna erunt.

Hoſpitibus, qui adipali modò interſunt inibi prandio.

Ita lautitiarum avidos, ita exquiſitæ homines famis

Vix novi alios. Principes ſunt viri, aut Principum filii,

Uti Germani vinum tractant, carnes ut edaces Sarmatæ,

Meliora interim in multis ſeligunt; quod & Græcis cognitum.

Oho! jam nunc intus lepidè muſicam ac choreas inſtruunt.

Adibo, ne quid incurius peccem in ærarium meum.

*Cinif.*

*Cinif.* Here, here. *Oecon.* Ciniflo ubi carnes; ubi cupediæ? *Cinif.* auri herclè

Nil mecum aſportavi,ut mihi foris eſſet emptio.

*Oecon.* Aurum, verberabiliſſime,aurum? an neſcis creditò emi?

*Cinif.* Emerem equidem, ſi alii venderent creditò. *Oecon.* Dic eſſe me,

Qui id cupiam *Cinif* Si renuant? *Oecon.* Tunc ædepol faxo, ut ſis pendulus.

Abeo intrò quo vocor. *Cinif.* ah ſervi hominis miſera nimis ſervitus?

Æquum an iniquum ſit,quod lubet, heri imperant.

## SCENA IV.

### Telesbius *inebriatur,* Heterobulo, Coſmo *ac* Creonte *ſociis,quibus famulatur Syrus.*

HEterob. Si unquam Magiſter hactenus Diſcipulum docilem nactus eſt,

Ego illum hodie,ita epotandis calicibus ſtudet oppidò.

Ita deliciis delicatè fruitur, ita genio ſuo favet.

Ita ſocietates lepidas exoſculatur animo lepidiſſimo.

Eccum,conclavio abſcedit,ſequitur hoſpes cum Cretico.

Telesbius herclè pedibus vix nititur, cerebro etiam minùs.

O Plato! qualis iſte mathematicus format circulos.

*Teles* Coſme,& Creon ubi eſtis modo collegæ jucundiſſimi?

*Coſm.* En hic juxta ad ſumus Telesbio noſtro belliſſimo.

*Tel* Amicè facitis. *Cre.* amicè ſemper amicis fieri addecet.

*Het* Hem Syre affunde hoſpitibus madidã ex Lyæi fontibus

*Syr* Nunquid dilutum Nereo Bacchum vultis? *Het.* non; ſed Deos

Nos impermixtos colimus: *Het.* Citharœde, excita chelyn,

Ne ſomno indormiſcat nimio. At ſiccitatem priùs

Hoc merge poculo,lepidos demulcemus oleo hoc muſicos,

Nunc periculum artis face? *Telesb.* Ecaſtor,me hecule,

Ædepol,

Ædepol, mediusfidius. *Coſm.* Quid omnes Teleſbi obteſtaris Deos?
*Telesb.* Si ſic in Græcia facetè vivitur, quin hic citiùs adfui?
*Creon.* Sancta ſaturitas quantum lepiditatis nobis facis?
Sacrificare ego tibi hodie vitulo cupiam pinguiſſimo.
*Telesb* Mihi fauces arent. *Het.* Syre iſtic incendium reſtingue ocyus.
*Syr.* Ubinam flamma exarſit? affundam. *Coſm.* O calicum remigem!
*Telesb.* Vinum herclè juvenis non bibit, qui eſſe illud lac ſenum,
Juvenum venenum dixit. *Het.* Guſtus, aut palatum hinc defuit.
*Tel.* Ætnam in meas hodie ſeſe fauces exoneraſſe arbitror
Ita incendio æſtuat, equidem mihi hunc præbibo.
*Het.* Fac animum tuum. *Coſm.* Pedes mihi ad ſaltum dudum pruriunt.
*Het.* Oho Citharœdi, friget hæc ſcena abſque interludio.
*Coſm.* O feſtivum ſaltatorem Telesbium! an Saliis
Iſtum annumerabimus? ita artem novit, ho ho terram occupat,
Pileus, canthatus, ſcypus ſuâ quælibet abeunt viâ.
*Creon.* Pol lepidum ſpectaculum, en ut oculi in ſomnum coeunt,
*Het.* Cornutus herclè Bacchus eſt, Telesbium ſtravit humi.
*Coſm.* Eho Telesbi, ubi es? *Het.* Sinite enthuſiaſmum patitur, mox vates erit.

## SCENA. V.

Oeconomus Heterobulo, Coſmo *ac* Creonte *fugientibus*, Telesbium *attinet, eumque veſtibus exuit, famulatur* Davus.

*Œcon.* Ain' tu perſoluta omnia Heterobule, abs Teleſbio affatim?

*Het.*

*Het.* Aio verò, quid enim aliud abs eo exigas, qui effudit omnia ?
*Oecon.* At parciùs vivendum fuit, cum languerent ita loculi;
Ne cruditatem aliquam vobis, aut lautum infortunium
Tam lautis faceretis epulis. *Het.* Etiam hoſpites de jejuno
Concionantur nunc hoſptibus. *Oecon.* Pecunias volo. *Het.* ego magis
Illas quidem volo. Quod ſi voluptas mea eſſet pro a uro mihi,
Ditarer herclè quantum ſatis, ac tibi etiam facerem ſatis.
*Coſm.* Bono eſto animo, ubi navis ex India aurum huc vexerit,
Potibere partem tuam. *Het.* Tantiſper patientia utere.
*Oecon.* Patientia nullum mihi debitum foris exſolvitur hodie,
Aurum amant, hoc mihi Coemam patientiæ, quantum volam,
Pendere vos oportet, aut pendere. Eho Lyde, Dave, Syre,
Vi hic agendum eſt, pol, fugiunt *Telesb.* Quo nunc appuli
Ad vivos homines, an ad inferos poſt vitam venio?
Ixionem hercle in rota vidi, Tantalum in aquis,
Et Cerberus mihi immiuebat repandis faucibus.
*Oecon.* Ubi latent hæc furcæ cimelia, ac decoctores perfidi?
*Telesb.* Quænam hic turbatio naſcitur? *Oecon.* Hem iſtic Telesbium mihi
Inter manus compingite, nequid effugii lurconi pateat.
*Telesb.* Heu me ! quid agis? quo deveni? nondum emerſi Styge?
*Dav.* Jam mox ad ſtyga te mittam, orci jam eris victima.
*Telesb.* Nonne te novi Dave? Tune igitur tortor mihi Diabolus es?
*Dav.* Ad quadrantem exſolves ultimum. *Oecon.* Bibere vos edere,
Atque alienis impenſis luxuriarier, nec hilum ſolvere?
*Teles.* Oeconome, etiam te video? quis te damnavit inferis?
*Oecon.* Præ vino inſanit hic juvenis, ſobrietatem incutiam,

*Telesb.*

*Teleſb.* Quid ita in me ſævis plagis? nunquid amicè viximus,
Dum vita manſit? parce jam miſero inter mortuos.
*Oecon.* Adhuc inſanire pergis? hem *Dave*, lota intus appropera.
Si mortuus es ſenſum tibi evigilare faciam in corpore.
*Teleſb.* Sentio.heu dolor! ſentio nimium crudeles inferos?
*Oecon.* Stultitiâ mihi non ſolvitur, & mortui naulum exhibent.
*Teleſb.* Ergon' ad Charontem appuli? *Oecon.* Ceſſatis, Lorarii
Huic homini vitam reddere? *Teleſb.* Vivo ædepol vitalem diem.
*Oecon.* Aut pellem hanc, aut æs poſtulo, quod cum Coſmo ac ſociis,
Potando, helluando, ludendo contraxi. Quid ad hæc ais?
*Teleſ.* Agnoſco. *Oec.* Id ſolvendum tibi jam nuncè veſtigio.
Vivus fueris, an mortuus, parum meâ intererit,
Modò rem ſolveris. *Teleſb.* An non ſolvimus talento propè integro?
*Oecon.* An non consûmptis plus talento integro? ſymbolum uti ſit.
Duo exiguntur utrobique paria, acceptio atque datio.
*Teleſb.* Prædem tibi patrem meum ſtatuam. *Oecon.* Dabis Telesbium,
Quem hic coram in oculis atque manibus fero. *Teleſb.* Nihil is habet.
*Oecon.* Cutem hanc dabit, famuli has veſtium exuvias diſtrahite ocyus.
Decorticate hanc cœpam ad ultimam uſque cuticulam.
*Teleſb.* Ah miſertimo homini parcite! *Dav.* Dignus primum es, qui ſis miſer.
Iſtam talarem togam ſuperinduite, Iri olim patrimonium.
Quod hereditarunt poſthumi ad generationem uſque tertiam.
Applicate ſuſque deque ulnas ulmeas; ut ſatiſne quadret, appareat.
*Teleſb.* Væ miſero mihi! ita tractatis hoſpitem inhumanitate barbarâ?

Oecon.

*Oecon* Hæc nobis ſolutio illis eſt, quibus ſua deſit ſolutio.
Iſthâc deinde, tibi quod fruiſci vitâ liceat, debes gratiam.

## SCENA MUTA.

*Dæmon hominem veſte alba ſpoliatum, captivum trahit, Angelo flente, Mors Vitam ſub jugum cogit.*

## ACTUS II. SCENA I.

Heterobulus *cum* Coſmo *&* Creonte Teleſbium *ad graviora ſcelera diſponunt.*

H*Eterob.* Mitte querimoniam, fortunæ hæc, quam que- reris, inſolentia eſt,
Ad magna exerceris, namque illa imbelles vitat oppidò.
*Coſm.* Ità uſus mundi habet, dulcia amaris temperat, ut poſtea
Tanto rurſum illa meliùs ſapiant. *Creon.* Alterna delectant magis.
*Teleſb.* Ita verò, cui cutis ad fuſtem prurit, is alterna hæc amet.
Præclari herclè vos duces mihi ubi patinis ac ſcyphis
Pugnandum; at ubi de cute decertatio primi in fuga.
Quid nunc agam nudus, denummatus, detonſus ad cutem?
*Het* Nondum hoc tibi ſpem omnem decolavit infortuniũ,
Nunc opus arte eſt. Sequere me, conſilio meo ditabere,
Et veſtiere uti voles denuo, pectus equidem aſtutiis
Gero opulentiſſimum: inde nobis depromam quantũ opus.
Militarem auſpicabimur vitam, ut quæ magis licentiæ
Et impunitati faveat, colloquia meca ſtor, atque arma ocyus
Jam hinc comparatum nobis abeo. Vos unà ad forum

Con-

Concedite,atque emiſſitiis hinc & hinc oculis venamini,
Quæ & quibus crumenæ craſſiores,hiſce ego poſt muribus
Decipulas locabo opportune ad captionem accommodas.
*Telesb.* Aliquod vulneri accepto oleum allinis, fors ſic medebere.

## SCENA II.

Heterobulus *cum* Telesbio ſociiſque *per Chirurgum* propolæ *veſtium,ejuſque ſervo* Meſſenio *lepidè illudunt.*

HEt.In hoc axe rota aſtutiarum mearum vertetur hodie,
Chirurgum adibo,atque mihi ſervum illum eſſe, qui veſtiarii
Modò eſt hominis, comminiſcar: lepidè tum deinde agam,
Atque dicam,quæ vos omnes videre cupio, dicere tamen
Non velim quenquam; ne quod mihi detis ſuſpendii periculum.
Iſt hæc Chrirurgi domus eſt; pulſabo fores. *Chir.* Quid hic viri?
*Het.* Chirurgum quæro. *Chir.*Ne quære, nam vides. *Het* Scio te artificem
Qui reficere & facere noſti vulnera, ut ſanes. *Chir.* & hoc artis eſt,
Bene ut fiat. *Het.* Novi equidem; proin ſervum meum tibi credere
Animus fuit, qui dentium dolorem ad inſaniam uſque domi
Ita obſtinatè perfert, ut evelli ſibi hunc ex ore peſtiferum
Dentem atque dolorem nevelit,interim lamentis domum,
Me,Conjugem,liberos,noctu, interdiu turbat miſerè.
Huicce ego malo occurrendum operâ cenſui nunc tuâ.
*Chir.*Equidem iſti ego incommodo obviam ibo ſine clave Herculis,

Una

Unà tantùm armatus forcipe.*Her.*nervi, contendet omnib'
Adverſum.*Chir.*nil morabor. *Het.* Fortitudinem habet.
Chir.contra & ego,
Famulum etiam ſi opus, habeo *Her.* Hem præcipias pecuniã
Regalis eſt.*Chir.*nimium eſt.omnes ipſi hoc pretio extrahã
Dentes.*Her.*ſiniſtræ malæ maxillarem primum dolet.
Quod ſi ſecundus dens aut tertius adhæreat,ne æſtimes.
Edentulum ipſum,quàm inſanũ malo. *Chir.* intelligo ſatis.
*Het.*Signum pugnæ datum ſcies, ubi dixero: numera huic pecuniam.
*Chir.*Cautè præmunis omnia. *Het.* vociferabitur,ſcio,pro ut dolor
Suggeſſerit;at tu rem pro condicto age ſedulo , nec magis
Hunc audias,quàm Oreſtes matrem. Ego memet ſubtrahã
Ut tantò magis pateat clamoribus,& ſtomachetur minus.
*Ch.*Curatorẽ habebis uti voles, qui iſthoc dolo uti noverit.
*Het.*Vale,dũ rurſum adero.*Ch* & te valere jubeo vir optime
*Het* Fundamentũ hujus poſui fabulæ,jam ædificium cogito
Hem Telesbi & collegæ,meo juſſu & itu agere,vos,& ſequi,
Me velim hodie,cum ſtabo,ſtabitis; fugietis, fugam ubi ſequar.
*Tel* Audimus.*Het.*Fabam huic veſtiario cudam, illi veſtium
Eſt affluentia,nobis inopia.Cambium ego cogito.
Quo inopiæ hujuſce aliquid trans Thulẽ mittam ultimam.
*Teles.*Opportunè agis.*Het.*Oho propola hujus tabernæ ubi ſeſſitat?
*Prop.* Adeſt. Subite,hoſpites ſuaviſſimi,num quid mercis meæ placet?
*Het.*Oppidò iſtæ quidem; nam militiam cogitamus ſinguli.
Scimus tibi eſſe armaturam coriaceam, pro pectore collobium
Pro pedibus ocreas. prome; ut exploremus quid, cui deſerviat?
*Prop.*Vobis hæc apprimè ſervient. *Het.*Scio, ubi tamen aurum ante tibi
Numeratum fuerit.*Prop.*verùm ædepol; nam nihilo, emitur nihil
*Het.*Quatuor omnes ſumus;ſingulis ſingula defer collobiar

Par ocrearum unum alterumque.pro Coſmo acTelesbio.
Mihi tibiæ tam anguſtè habitare nolunt. *Prop.* eccum ſingula.
*Het.* Quivis quod aptum ſibi credat magis, humeris ſuis applicet
*Prop.* Velut de induſtria,ita cuique ſuum convenit. *Het.* miror equidem,
Ac ſi nata nobis eſſent. Vos de ocreis facite nunc periculum.
Dum ſingula licitor, quanti verò? *Prop.* durus non ſum militi,
Hic patriam tuetur *Het.* pro more id fieri ſcio,expone pretium.
*Prop.* Denis aureis collobia ſingula æſtimo, quaternis tantum ocreas.
*Het* Æquum te facis;mihi ut diu liciter, mos non eſt, tantùm rogo,
Servum uti tuum ad hoſpitium nobiſcum deſtines, in foro
Apud Chirurgū divertimus,iſtic rem habemus pecuniariā,
*Prop.* Benè habet, hem Meſſenio, iſtos ego te hoſpites comitarier
Ad Chirurgum in foro velim,iſtic octo & quadraginta aureos
Habiturus es. Monetam explorabis probè, cutis tuæ periculo.
*Meſſ.* Novi quid facto opus *Het*,ſequere nos. Ni fallor, iſta ædis eſt,
Iuxta quam adſumus ho,ho,homines hic quæro. *Chir.* In luce media?
Ita olim Diogenes. *Het.* Veni ad te, atque iſthoc rogo;huic uti numeres
Pecuniam ſervo. *Chir.* Bene eſt, id equidem facilè poſſum, ſeſſum hic cape.
*Meſſ.* Mihi ædepol ſeſſione haud opus eſt. *Chir.* ut facilius pecunia
Tibi in ſinu numeretur. *Meſſ.* ſiquidem ita vultis, parum moror.
*Chir.* Sine tuos dentes videam. *Meſſ.* inſanis? quod dentes pro pecunia

Mihi numerate expetiſſis. *Chir.* aurũ nobis hunc ad lapidẽ
Lydium explorandum. *Meſſ.* Dii te verberent. *α α* *Chir.*
Euge famule
Manum adhibe. *Meſſ* Divi [illegible]dem! *Het.* hem ſocii nos hinc
ocyus ratem
In tutum verſis velis ſubducamus, dùm tempeſtas abeat.
*Tele:b.* Lepidiſſimus es Heterobule *Meſſ.* in urbe libera hominis
liberi
Ita tractare libertum? ah dentes mei! *Chir.* hi ſunt ædepol.
*Meſſ.* Quid inquis? *Chir*, hi ſunt, nunquid tibi iſto gratularis
exitu,
Quo doloris abiiſti càrnificinâ? *Meſſ*, tibi inquam hercle,
tibi
In patibulo gratularet aut rotâ, bipedum ſceleratiſſime
Lues, mehèrclè, lues. *Chir* abit? intelliget poſt beneficium
Ubi herum acceſſerit, atque iſto ſe dolore ſentiet liberum.
*Meſſ*; Heus mi homo? *Chir.* quid? *Meſſ.* pecuniam exſolvendam
nunquid dabis?
*Chir.* Nondum ſatis perſolvi? hem reliquos dentes eodem
tibi pretio.
*Meſſ.* Iſta eſt pecunia? *Chir.* Sanitas reddita omni potior eſt
pecunia.
*Meſſ.* Hoc ſolvere eſt? *Chir.* Dentes hercle ſolvi affatim, viſne
amplius?
*Meſſ.* An Dii Coſmopolim habitant; qui procacitatem
hancce videant?
Dentes homini homo ſolvere, ubi ſolvenda ſit pecunia?
Prô here! quid ego tibi, quid tu mihi verborũ rurſum dabis!

## SCENA III.

Heterobulus *cum* Coſmo *&* Creonte Mercatore *ac* Nuntiatore *ſpoliato* Telesbium *à* civibus *captum in carcerem ac periculum vitæ adducunt.*

HEt. Si venatio inſtitui poſſit naviter, lepidè, utiliter,
Iſta eſt hodie noſtra. omnes caſſibus induimus feras,

Ubi lubitum fuit. Aptū herculè cepimus, at lepores modò
Hac eadem in ſilva cautè iiſdem irretiemus retibus.
Vos Venatici eritis ichnobatæ, ego venarorem agam.
Pol foro propiùs adſumus. iſtic opportunitas naſci poteſt.
*Coſ.* Profectò hominem obſervo loculis auro pinguiſſimis;
Sed catus eſt. *Teleſb.* quid igitur? *Coſm.* ubi quid auri loculis intulit.
Hos protinus induſii in ſinum propter cor regerit.
*Creon.* Inſanè amet argentum neceſſe eſt, quod ſic cordi applicat.
*Het.* Quod perditè amatur, benè id amāti ac piè ſubducitur.
*Teleſb.* Sed vereor pietate iſtâ hoc in homine uti queas.
*Het.* Ne deſpera, priuſquam, quá id arte exequar, videris.
Me ponè ſequere, tum ſi tibi crumenam porrexero manu,
Tu acceptâ abi. quantum potes teque turbæ inſinua fori.
Vos propter latus utrumq; ite, tantò ut clepamus tectiùs,
Te, ſalvum eſſe volo, vir optime. *Mer.* paria tibi apprecor.
*Het.* Venalis iſte eſt pannus? *Mer.* ſi vobis pecunia tradibilis,
Mihi pannus vendibilis eſt *Het.* novi morem veſtrū, vetus
Is eſt nihil daris niſi detur. *Mer.* ſed & ego milirum ſcio
Qui dare activum ſua eliminant ex grammatica.
Paſſivum dari per omnia inflectunt ad infinitum tempora,
*Het.* Et decipere activum Mercatores amant magis, quàm decipi.
Sed extra forum hoc eſt, quamvis in foro. Pannum velim
Quantum ſatis femoralibus *Merc.* pro tibiis nihil petis?
*Het.* Veſtire me à capite incipio, pedes mihi ſunt ultimi.
Et ne quid audeam amplius crumenæ facit imbecillitas.
Quanti triulnium pañi æſtimas? *Mer* expende, optimus eſt.
Magno eum periclo peregrè advexi. *Het.* Præmiſſas intelligo
In Dabitis erit concluſio, perge audiam, *Merc.* aureis
Tribus ulnam facio. *Het.* duo ſufficiunt. *Mer.* malim ædepol
Hinc porcis lectum ſternere quam ita venum pannos dare.
Fruſtra es, niſi aurei dimidium adjeceris. *Het.* cape ſis modò,
Odi diſceptationem nimiam, monetæ nullum eſt vitium.
*Mer.* Benè habet en pannū &(quod antè huic deerat) tuum.
*Het.* Amabo te, hodie longiùs hinc abire decretum eſt mihi,
Pro n ut in via extra periculum loculos habeam meos,

Hu

Huc juxta'colſum, dorſum inter & thoracem colloca.
*Mere.* Conſultè agis, incurva ſubter caput? *Het.* nil potuit
aptius.
Iam in tuto adverſum fures hanc mercem locavimus.
*Merc.* Quid hoc? mei loculi ubi ſunt? furem ne agis? furem,
nebulo?
Aut loculos mox, aut vitam herculè. *Het*, audacia, falſilo-
quentia,
Hominem hunc vos infediſtis? an furit ex conſuetudine?
Ego tuos loculos improbe? *Merc* Tu, tu, inquam, nondum
redduis? (niam.
*Het.* Heus homines, noti, ignoti, prout eſtis, audiſtis calum-
Vos teſtes cupio mihi hodie meæ fieri innocentiæ
Et proterviæ hominis, qualem non vidit ante Coſmopolis.
Meam mihi famam, ut ad hunc diem, locum, hominem,
Portavi hactenus integram, aut illius dari vitam volo.
Marſupium, veſtes, me totum à planta ad imum verticem,
Hic coram excuti poſtulo, teſtes hodie volo mihi
Quotquot habet urbs hæc viros. *Merc.* parce; ſi erraverim,
obſecro. (mihi
*Het.* Ne quidquam iſtuc poſtulas, depeculatus es omnem
Famæ ſupellectilem. Ut impune hoc feceris homini probo,
Qui honoris pugillum unum talento non vendat integro?
*Merc.* Ah te, mi vir optime? *Het.* iſthæc jam antè dicere te
oportuit,
Cùm furis impingeres calumniam; nunc pol vitam dabis.
*Mer.* Te oro, imprudens fui, revoca dicta, tum iſta tra-
do omnia,
*Het.* Hos pannos, inquis? *Merc.* ita obſecro. *Het.* niſi tua pœ-
nitudine,
Et belli odio ducerer, nihil ageres iſtoc diſpendio
Ita perlevi. Da nunc pannos ut abeam. *Merc.* grates ego tibi
Pro iſta facilitate tua habeo *Het* facis uti debes herculè
*Merc.* Ita Medius fidius forum adire ſæpe, me cedere face-
ret foro.
*Het.* O matulam hominis quem latrinæ purganda aptavero
Ita ſtultitia deſipit. Hem feci, prædam hanc defer Creon.
Telesbi juxta huc adſis, obſervavi iſtic hominem dignum
fraudibus, V 3 Qui

Qui morſicatim ſuos dentibus loculos uſque attinet,
Uti vulpes captam gallinam. Ita antivoro homini
Materiem avaritiæ adimam, necubi exorbitet affectibus.
Telesbi, I præ, & pernam licitare, tum ſi loculos
Concidere abſque arbitro videris, incauto celer ſubtrahe,
Et pedibus utere, atque tuâ, quam habes, confidentiâ
*Telesb.* Mirum ſi iſthuc fieri poſſit. *Het.* quid fieri Telesbi
queat.
Meum hoc eſto, tu quid fiat animum adverte ſedulò.
Et fortuna utere dum potes dum non potes neglige.
*Telesb.* Aggredior *Het* poſt ego virum adſtabo, ut incautum
vellicem.
Quam poſſim ſtrictim unguibus, & clamore os exporrigat.
Ubi vultum averterit, loculos collige. *Telesb.* video ingenium
tuum.
Adibo. Salvus ſis mi homo. *Nund.* Et tu mi Adoleſcens.
*Telesb.* pernas habes.
*Nund.* Et tu me herculè oculos, qui iſthuc vides. *Telesb.*
Merx hæc bona eſt
Ex Bœotia, credo, advecta *Nunt.* cur non ex America ais?
*Telesb.* Quo pretio emuntur? *Nund.* facili. Va vǎ, quis hic
dæmonum?
Ubi nunc Loculi? ho ho tenete trifurciferum hominem,
Furem tenete furaciſſimum *Het.* vos iſthac currite,
His ego pernis ſedulam adhibebo cuſtodiam,
Ne meis manibus evadat quæpiam. Coſme tu lucanicas,
Ego pernas curabo. *Civ.* I. quo vos hiſce furtivis mercibus?
State, agedum ſtate. *Het.* ne te vexet, mi homo, intemperiæ,
Pietatis officium agimus, homini hinc ob furem profugo,
Suam hæc aſportamus domum, ne quis fraude hic quidpiã
Ipſi intervertat. *Civ* I. amicè factum. *Het.* Dolum expedivi
dolo
Quidquid porto meum eſt. *Nund.* prehendite furem,
ſtringite,
Iſtic herclè, iſtic eſt *Civ.* furcæ pabulum, hic pedem ocyus.
Hic ſiſte, *Telesb* per divos parcite. *Civ.* I quos tu violas improbe?

*Telesb*

*Teleſb.* Aurum dabo. *Civ.*1. Et collum ædepol. *Teleſb.* homini juveni parcite.
*Civ.*2. Scelus amputandum, priuſquam matureſcat, in juvene eſt.
*Teleſb.* Emendatum me faciam. *Civ.*1, licebit, carcer tua erit ſchola.
Magiſter carnifex, diſcipulus mox fies crucis.

## SCENA IV.

### Eubulus Thanati *ſpreto conſilio*, Telesbio *ſubvenit*

E*Vbulus.* Iam denique eventus Heterobuli malitiam perit.
Ut conſilia arteſque ad Telesbii interitum applicet,
Hic ad cataſtam modò, equuleum, & furcam abit.
Præclara verò diſciplina eſt ubi huc fit promotio.
*Than.* Quid mirum, ſi in vita aliquando obviet infortuniũ?
*Eub* Quod ſi malis malum occurrat ſi furi patibulum,
Mirum id paucis videbitur; ita enim uſus obtinet,
Hujus ut artis magiſtri, promotorem habeant carnificem,
Ac pro torque aurea, reſtem cervicibus induant.
*Than.* Furandi herclè peritus ſi eſſet, latuiſſet ſcitiùs,
Ignorantia illum prodidit *Eub.* nil DEI oculum latet,
Qui ſæpe lictorem fallit, aliquando fallitur.
Hunc præceptorem audire immorigerus cogitur.
*Than* Moriatur. nobis lauta obveniet juvenis hereditas.
*Eub.* Mortem illi haud deprecor, tantum emendatus occidat.
*Than* Qui vivere nocens voluit, etiam nocens occidat.
Sibi, quæ quiſque intrivit, ſi excedat, noſtrâ quid refert?
*Eub* At illum mihi commiſſum ſcio, ut probis moribus
Ad virtutem erudirem. Fruſtra hactenus cum fuerim
Deinde deſperandum nondum cenſui. *Than* patibulum,
Et crux & rotæ haud paucos emendatos faciunt.
Nil, ubi ſemel multati fuerint, peccabunt denique.
*Eub.* Funeſta ſemper conſilia inis, famam, ſine infamia,

Virtutem, ſine coactione quatimus, juvat aggredi
Inter ipſa juvenem vincla forte hæc calamitas
Illi ad ſapiendum proderit & ſepeliendam inſaniam.
*Than.* Tu hoc age, mihi aliud modò negotium in manu eſt.
*Eub.* Diſceſſit? equidem uti Heterobulo, ſic neque Thanato
Satis favente utitur noſter Teleſbius. eunt perditum,
Incautum ac ſtultè illis obſequentem juvenem.
In felicitate applaudunt, in adverſis ſe ſubtrahunt.
Ad ſcopulos, ubi alliſum juvenem viderint, enatant.
Ipſoque inter fluctus deſtituto opibus inhiant,
Totamque ſibi adpromittunt hereditatem mortui.
Nunc hoc in carcere ſubterraneo conſtrictum juvenem
Compellabo. Telesbi, ubi es? audiſne? *Telesb.* quis me miſerum vocat?
*Eub.* Noſtin' Eubulum tuum Telesbi? *Telesb.* potin' ut mei memor
Eubule adhuc vivas? *Eub.* Unde in hanc ſentinam mali
Miſer Telesbi incidiſti? *Telesb.* Heterobulum interroga,
Seductorem improbum, autorem omnis, quod fero, mali.
*Eub.* Quippe cur id abs te ignoratum tam diu fuit?
Cur ad mea olim conſilia obarmatis ſtabas auribus,
Illi utramque pandiſti? obſecutus ad omne es ſcelus?
*Telesb* Eventu perfidiam cõperi: latuit incautum hactenus.
Ah ſi ex his ego vinclis unquam extulero pedem!
Te, Eubule, omnibus ego ſequerer autorem viis;
*Eub.* Verba dediſti ſæpius, ac promiſſis me lactaſti melleis:
*Tel.* Sacramento me obligabo Divis, hominibuſq; omnib'.
*Eub.* Cui vilis omnis probitas eſt, Sacramentum eſt vilius.
*Telesb.* Superos ego teſtes habeo abjuratæ prorſus noxiæ.
Si quem malè deinceps fallam, nullam pœnam deprecor,
Sacer ſim, Diviſque juxtâ exoſus, atque hominibus.
*Eub.* Age ſis igitur, hanc, tibi, quam exaravi, ſchedã inſpice,
Ne quis meum conſilium auribus hauriat, clam porrigo.
Deinde & laqueum tibi ſubminiſtro, cautè utere.
Abeo nunc hinc, quanquam & abſens abſenti curæ eris.

SCE-

## SCENA V.

Thanatus, Heterobulo *Eubuli factum aperit.*

*THan.* Nimirum hæc ego ignoro, quid iſtic Eubulus fecerit.
An non ſubmiſit Telesbio ſchedulam? an non laqueum?
*Het.* Ain' ita eſſe? *Than* niſi utrumque mihi cœcitas oculum
Everterit hodie, vidi egomet. *Het.* factum optimum.
Deſperat herclè, qui deſperantem laqueo adjuvat.
*Than* Niſi fallor publicam juvenis ita præveniet infamiam.
*Het* Conſilium ædepol quale vix ab hoſte exſpectari potuit.
*Than.* Nos lautis potibimur ex juvene ſpoliis. Eubulo nihil
Faciemus reliquum. *Het.* ſuſpecta mihi machinatio eſt:
Nam ut ita Eubulus Telesbio adverſarius fiat hodie,
Ut ejus mortem infamiæ metu prævertat, vix creduam.
*Than* Ut ut ſit, laqueum Telesbius ab Eubulo ſuſtulit.
*Het.* Equidem gratulabor homini quantumvis adverſario,
De tam felici hoc facto; favebo etiam ſucceſſibus,
*Than,* Si ipſe ſe hoſtis proſternat, quid noſtris telis eſt opus?
*Het.* Ut video noſtra nobis ſors brevi felicitatem pariet:
Nam nihil erit, quod apud Protopatrum criminis
Nos accuſet, aut de neglecto arguat Telesbio;
Cum juveni ipſe ſubminiſtret laqueum, ut malè intereat.
*Than.* Hem iſtic illos inaudio, qui adſiſtunt pro excubiis.
Ex inſidiis exploremus, quis illic de captivis ſermo ſit.

## SCENA MVTA.

*Angelus bonus homini, poſt Dæmonem & Mortem per injecta vela excœcataum, oſtendit è vinculis illorum exitum.*

## ACTUS VI. SCENA I.

Teleſbius, *deluſis* Cuſtodibus, Oeconomo Præfecto Carnifice *atque* Auriga *mortem evadit.*

CVſtos.1. Mirum quantum in carcere natum hodie ſit ſilentium,
An taciturnitatem iſthic captam induxere, quæ nupſerit
Iſti intus homini? Cuſt.2. Pythagorã magiſtrũ intus audiet.
Qui primo quinquennio ſileri voluit. Cuſt.5. Non illũ ego
Prandii ac cœnæ lautitiis nimis occupatum rear.
Nam iſti mihi homini temporis iſtius facere compendium
Videtur Oeconomus, ac pro cœna, & prandio merendam dare.
Quæ mucidi panis fruſtulo. & vix aquâ, quantum ſatis
Homini abſolvatur. Cuſt.2. Bacchanalia vixit antea.
Nunc jejunium agat Cuſt.1. Eccum Oeconomus adeſt, pol quanto onere?
Offam Trevirenſem de Neptuni hauſtam cellariis
Miſello deferr, cum Cruſtulis ſimilæ & panis emortui,
Quæ prorſus innatant; ubi balneator in Moſella juvenis;
Hanc Maro offam olim videns, his verbis ſcripſerit.
*Apparent rari nantes in gurgite vaſto.*
*Oecon.* Mirum iſthuc ſit ſomnum dormit hominis, an cadaveris?
Nihil movetur, uti canis mortuus, ſic totus ſilet.
Medius fidius animam laqueo extorſit; *Cuſt.*1. fame magis creduam.
*Oecon.* Fame? qui iſtam exhauſit patinam indies, uti ſus Bœotica
*Cuſt.*1 Mare exhaurias, antequam famem expleas. *Oecon:* huc te ſodes
En guttur, & circùm laqueũ. *Cuſt.*2. nobis curam ſibi famẽ
Compendio abſtulit. *Oecon.* Præfectus monendus ocyus eſt mihi,
Ut infortunio eatur obviam. *Cuſt.*1. puer ubi ſubmerſus eſt
Clauſum ibunt puteum, ſemper *Phryges* ſumus. *Cuſt* 2. ne querere,

Anno-

Annona nobis erit pinguior ſi multi laqueos devorent.
*Cuſt* 1. At durus iſte cibus eſt,ut deglutiatur,hæret gutturi.
*Cuſt*.2. Miſeri fures qui perire ſuis ipſi volunt manibus.
Nec ſuperis gratum,nec hominibus hoc eſt officium.
*Cuſt*.1. Favit Carnifici,eum hoc onere ſublevatum voluit.
*Præf*. Ain' illaqueatum laqueo *Oecon*. mortaliter mehercle.
*Præf*. Heus lictor tuo hic fungere munere, furem extrahe.
*Carnifex*. Ehodum auriga equum adduce,& traham. *Aur*. præ foribus adeſt.
*Præf*. Triumphum celebrabit hodie,patibulum erit capitolium.
*Carnif*. Huc ſuper extendatur. *Oecon*, ut hoc livet caput nigredine?
*Præf*. Provehere,caput dabit carnifex rotæ,corpus humo,
Utramque cleptricem manum cruci ſuffiget propalam.
* *Teleſb*. Vos me? *Carnif*. O monſtrum! *Teleſb*. nondum tempus, nondum herculè
*Teleſb*. Fugerunt? bene eſt. at acce equus pol! ſubſidium viæ eſt.
Fugiamus oppidò,fugiamus, ne hoſtis in me copias
Iam ſparſas recolligat in prælium. *Carnif*. Divi,quid rei?
Atque ipſe mortuus ubi eſt? cives cives inſtate ocyus,
*Teles*. Mortem expugnavi,atque ipſum tricipitem cerebrum
Iam Eubulum accedo multis ditatus infortuniis.
*Aur*. Ah equum meum nemo hac abeuntem & exterritum
Terrore vago reperit? nemo, inquam,meum helcyarium?
Ah equulee mi,eſſe darie,atque onerarie fideliſſime,
Redi ad domini tui præſepium,non ego te ſternuum,
Non calcitronem dicam amplius,non paſcam ſtramine,
Aut gramine,ſed delicato fœno,& avena avenacea.

## SCENA II.

Teleſbius, *contra* Heterobulum & Thanatum, Eubulo *adhæret*.

THan. Ergone hunc evaſit carcerem, & hæc vincla Teleſbius?
Portentum! *Heter.* Ne tu Eubulum fungum putes; illius aſtutia eſt.
Niſi rurſum occupemus juvenis animum cautè blanditiis,
Noſtræ res intercident; favorem omnem amittimus.
*Than* Præveniendus nobis Eubulus eſt, ne invaleſcat gratia.
*Het.* Eccum Teleſbiū, ſed à latere incedit Eubulus comes.
*Teleſb.* Eubule, te amplector. *Eub.* quidquid poteſt Eubulus, tuum eſt.
*Teleſb.* Agnoſco; afflicta denique fortuna amicos probat.
*Het.* Heus Thanate, abrumpendum hoc filum amicitiæ eſt.
*Than.* Aggredere, conſequar. *Heter.* Hem Teleſbi, te gaudemus incolumi.
*Than.* Amaſſe hodie te noſque ipſa videtur felicitas.
*Teleſb.* Perſæpe mentiuntur vultus, & verba hypocritæ.
*Eub.* Doloſum evitaſſe amicum, eſt præſens fugiſſe naufragium.
*Het.* Vide Eubule, ne tuomet te naſo imprudens vellices.
*Eub.* Sunt quibus neque naſus, neque frons ad pudorem reliqua eſt.
*Teleſb.* Sunt quibus, neque os ad veritatem, neque ad benevolentiam
Mens ulla reſtat, omnia inficit fraus, & livoris toxicum.
*Het.* Si de hoſte tuo diſſeras, Teleſbi, bona eſt oratio;
Si de amico, malevola. *Teleſb.* quos ſæpe amicos fingimus
Experti hoſtes diſcimus, neque longè exempla quærimus.
Iam nunc dediſti. *Heter.* Heterobulus aliquid hoſtilè uſpiam,
Ut in te molitus ſit? *Teleſb.* nimirum corvis, ac patibulo.
Per te devotus: nihil huc dum abs te paſſus ſim malevolè?

*Eub.*

*Eub.* Amicitia hæcc ertè fuit uſque ad mortem. & laqueum.
*Het.* Quod ſors tulit Heterobulo nemo imputet, ſed feras impigrè.
*Eub.* Accuſanda ſors non eſt, ubi malitiâ accerſitum eſt malum.
*Het.* Meane? *Eub.* tuâ, cum furto autoritatem ſuadendo faceres.
*Than.* Saltem Thanato nemo unus quicquam adſcribet mali.
*Eub.* Qui laudat, ſuadet, diſſimulat, lætatur: participat ſcelus.
*Telesb.* Quid immoramur argumentis? argumenti ſum ſatis:
Inter vincla conſtrictus jacui, vix à Charonte adfui
Veſtris ego conſiliis jam nunc remitto nuntium.
Abeſſe vos meo lateri cupio. *Het.* non ita diſceditur,
Hoſpitibus alia lex eſt, ſolvendum ante eſt ſymbolum.
*Telesb* Malè impenſa opera, pœnâ magis penſanda eſt, quàm præmio.
*Than.* Protopater nos tibi ſociavit, niſi hic ſeparet, nihil eſt.
*Telesb.* Frugi vos eſſe voluit. *Eub.* ita infrugiferos amove.
*Telesb.* Abeſte hinc ocyus. *Het.* ſic igitur penſantur beneficia?
*Than.* Adjicis amicos? *Telesb.* non; ſed hoſtes, abeſſe vos hinc volo.
*Het.* Revocabis. *Than* ubi volueris me, deero: ubi nolueris
Contra tibi adero, ſemper importunè me feres.
*Het.* Meis nunquam temet machinis ſubduces ſatis.

## SCENA III.

### Eubulus Telesbium *ſanctis præceptionibus ad probitatem inſtituit.*

*Telesb.* Abière jam nunc Eubule, tuo me committo arbitrio.
*Eub.* Hem Telesbi, inter bonos benè oportebit agier.
Rationem vivendi inibimus, frenum ſceleri fabricabimur,
Virtuti calcar: morum regulas, virtutum placita.
*Telesb.* Tuis me conſiliis aptabo morigerum, prout voles.

*Eub.* Manè ſurgendũ tempori cum gallus, aut dies monent,
Cùm campana excitat & opus provocat; aurora ſiquidem
Uti muſis, ſic apta pietati eſt, porro cùm opus ordibere,
Abſq; methodo nihil, ac conſilio fiat. Primùm prima pietas
Locum occupet. Divis te vitæ ac ſanitati gratiam
Debere ſupplex agnoſce, atque actionum pende decimas
Tuarum in dies, ac horas ſingulas, nequid ambitio ſibi,
Neque inverecundia hinc decerpat; aut inertia.
*Telesb.* Intelligo, cuſtodias omnibus apponam ſenſibus
*Eub.* Ne per rimam alicubi irrepat in animum ſcelus.
Obire compita, ſocietatem ambire, ſectari otium,
Eſt floridis moribus tineas, virtuti erucas aſpergere.
Qui ſolus eſt, plerumque comitatus incedit virtutibus
Præ quam Cæſar aſſeclis: hæc prætoria ipſi eſt cohors.
Quæ in foribus, pro vita hominis excubat, ac ſtipat latus.
At comitari qui volunt, & comitati ab aliis eſſe nimium
Hac ſocietate indigent Proin vide quibus eſſe tu comes,
Quibus haberi velis. In templo, ſchola, ſodalitiis,
Præclara res ſocietas eſt, talem virtutibus alas.
*Telesb.* Ut video, multùm refert, quicum amicitiam ineas.
*Eub.* Adſtandum ſacris indies ſeriò, ſedulo, nec animi
Quicquam relinquendum foris inter ſocios, patinas,
ſcyphos;
Sed totum apportandum precibus, ut rectà tangant ſcopũ
Magnis emiſſæ viribus Siquid exorbitet affectio
Bile incitata, inflammata Venere, ambitione tumida,
In ſemine cupiditatem opprimas, ne ſerius malo
Adulto obluſteris, & Lubentia tradas manum.
Arbuſcula flecti poteſt; arbor non poteſt. Seriùs
Malè molimur grandia. Ceterùm poculis ſitim: famem,
Cibis parcè explebis, non obrues, quicquid neceſſitas
Debiti expoſcet ſolve, gulæ amplius debes nihil.
*Telesb.* Magnum herclè ac difficile imperium eſt ſeipſum
regere.
*Eub.* Ubi ſic agendo veſperi pulcrum enavigaris diem
In portum animi navem ſubduce, & factorum vela replica.
Ac quibus remigaris cogitatis, quibuſque actionibus
Sus deque mundi per mare, ut prudens navarchus, excute.

Nun-

Numquid præter artem recti,aut æqui? nunquid periculi
Crearit tempeſtas animi? quos declinaveris,quibus
Alliſeris ratem ſcopulis? num quæ voluptatis blandior
Mentem incantaverit Sireu?quomodo itum malo obviam,
Quomodo eundum? ſi quid malè, plange errorem
Et emendatum propediem face:quod ſi nil perperam,
Applaude Divis, iſta te felicitate beantibus.
Hoc Philoſophiæ compendium eſt,& vitæ norma optima.
*Teleſ.* Adverto animum, pulchra hæc oratio eſt,& perplacet
Si uti auditur facilè,ſic fieri queat *Eub.*animo priùs tuo
Hæc adwittenda,dein ex hoc vitæ fonte & capite boni
In totum derivanda hominem,quod ſenſim fieri amat.
Ne indigeſta & cruda pietas venas occupet.
*Telesb.* Faciam animum meum habeas obſequentem ad animum tuum.
*Eub.*Nolo ego te leges has affigere parietibus,ubi ſatiùs
Multo affigantur mores improbi;ſed mentis intimæ
Sinu,ceu theſaurum,tegere,quem nemo effodiat hoſtium,
Nam uti ferè fit ,hodie leges domi habemus poſt fores
Appenſas;mens foris ante fores eſt,aut certè nuſpiam minùs
Quàm ubi leges ſunt. Argento incumbis? cor iſtic & tuū eſt,
Uxorem dûxti? cor amiſiſti, honores ſequeris? cor præambulat.
Nuſquā minus homo,quam ſecum,& cum virtute habitat.
*Tel.*Veriverbium dixti;multis ego id expertus ſum modis,
Ut eſſe me, ubi non eſſe, & non eſſe, ubi eſſe debui, repererim.
Ita cor abſque lege,abſque duce, abſque conſilio ambulat.
Quo abeundum, neſcit; quando redeundum, multò ſcit minus.
*Eub.* Cor mi Telesbi, cor habes; qui hanc cordi noſtri licentiam
Malitiæ exploraſſe ingenium, prima hæc eſt ad bonum via;
Malum cavetur cognitum. Mores hominū obſerves velim,
Præſertim adoleſcentiū; probos rident, laudant improbos
Qui vanitatis iſtuc plurimum, laudis is habet ſatis.
Ne admirari quidem virtutem; nedum amare hanc ſciunt.

Ubi

Ubi audaculus quiſpiam mendaculus, ſpurciloquus, cleptic us,
Diſciplinifragus, aleator, ſcortator, trifucifer eſt,
Hunc omnes circumſiſtere, velut exemplar vitæ optimum,
Huic aures, atque ſenſus elocare ad ultimum aſſem animi,
Donec cum hoc omnem pudoris decoxerint ſubſtantiam.
Ita vivimus, quibus nunquam vixiſſe multò ſit ſatius.
Vis mira exempli eſt: ovis ab ove pruriginem trahit.
Ex ſocii moribus, ſocii arbitiaberis indolem,
Tanquam in ſpeculo vultum, ſemper ab improbis contagio
Quantumvis probis hæſit. *Thelesb.* iſthuc exitio ſenſi meo.
Me Coſmus ac Creon viâ abduxit. *Eub.* videndum uti redeas,
Stultus quippe viator ſit, qui errorem amet, & viæ aviæ,
Inſiſtat, pertinax animi. *Telesb* qui errore longiùs abiit,
Redire cùm vult, neſcit ſæpè; & errori errorem adjicit.
*Eub.* Quid ſi redeundi fiat copia? ſi dux, aut via appareat?
*Telesb.* Redeundum ſuadeam *Eub.* niſi fungo magis fungus fiet,
Ita ſanè oportebit, proin Deiphobum noſti, & Philotheum
Probatos probis factis juvenes, horum ego te moribus
Mores tuos aptare cupiam, ut pedi ſutor calceum:
Ne laxitate abundent, atque intus pateant ſordibus.
*Telesb.* Intelligo, operam dabo, nequid deinde peccem malitiâ.
*Eub* Socios hos ita quidem ſuadeo, ut magis etiam ſolitudinem:
Hæc pietati maximè favet, hæc ſchola pœnitentium eſt.
*Tel* Res ardua eſt ſolitarium eſſe. *Eub.* ſolus eſſe non poteſt,
Quicunque ſocios habet Angelos, & comitem DEUM.
*Telesb.* Explorandæ ſenſim vires, ad tantum ſunt onus.

SCE-

## Scena IV.

### Deiphobum *ac* Philotheum Telesbius, Eubuli *conſilio, ad ſolitudinem ſequitur.*

D*Eiph.* Mundum ego mundum eſſe iſtas nego inter immunditias.
Sentina eſt,ad quam omnis ſcelerum colluvies confluit.
Sepulcrum eſt pietatis intermortuæ, putet improbè
Merum eſt cadaver,quod ſceleribus,uti vermibus,ſcatet.
Vitiorum quod putredine diffluit, probitatis nihil
Vitalis intus poſſidet,omnem expiravit animam
Virtutis, omnem gratiæ conſtantis pulchritudinem.
Fugiamus. *Philot.* Quid ita? *Deiph.* timeo infectionem aliquam mihi
Ab ipſa peſte,quâ ſic mundus occubuit. *Phil.* ſcitè times.
*Deiph.* Tum etiam iram heri vereor cœleſtis, ne domo excludat ſuâ
Peſtem hanc inter verſatum, noxa enim noxam affricat,
Et morbum morbus. *Phil.* acutè futura mente introſpicis
*Telesb.* At quo ſatis abeam, vix apparet, ita mundo immergimur.
*Deiph.* Ad Deum proxima via eſt, hac animi abeundum paſſibus.
Decreta res eſt, deliberationem expeditam actu
Ad eremum me ſic confero *Phil.* ſic animum facies meum.
*Telesb.* Accipite comitem Telesbium, mundi exoſus ſum ſtrepitum,
Quietem ambitioſè ambio,quâ animi conqueſcat ſeditio.
*Eub.* Conſilium optimum! pauci hoc capiunt Telesbi. *Telesb.* quid ita?
*Eub.* Quod arduum eſt paucorum eſt. *Telesb.* mundi quæram ſolus angulum:
Ut lateam, ac mecum ſcelera abſcondam. *Eub.* Sapienter videlicet.

Nam

Nam nuſquam virtutes magis habitant , quàm ubi nullus habitat
In eremo ſepulcrum ſcelera, probitas tropæum excitat.
Uti antè compendio malitiam, ſic ibi pietatem didiceris
*Deiph.* Societatem proborum augebis , plures, uti vides, ſumus.
Alter alteri manum dabimus. & utendam mutuò operam.
*Eub.* Eremus palatium Dei eſt. ubi ſuos ille aulicos,
Ubi eſſe familiares voluit , quibuſcum conſilia ageret.
Brevior nuſquam, atque in cælum expeditior patet via,
Quam ex ſpecu ſolitaria. *Telesb.* laus egregia ſpretæ rei.
*Phil.* Vulgi ingenium vincit, quidquid rarum eſt , & extra trivium
Magno animo nihil magnum eſt niſi quo cælum comparat.
*Teleſ.* Experiundum eſt, tentaſſe nemini obfuit. *Eub.* rem dignam agis
Ætate tuâ, & moribus. *Teleſ.* Vale Eubule; Deiphobum ſequor.
Salvete amici optimi. *Deiph.* Salve Telesbi, *Phil* Salve animule mi.
*Telesb.* Societas cælo veniens ſolatium unicum mihi.
*Deiph.* Hac concedendum eſt, ubi ſpecus propter rupis eſt latus,
Ubi fontis & herbarum copia; annona vitæ accommoda.
Quem Eremicolæ varii locum inſident, his ſociabimur.
*Eub.* Ite, ite felices animæ, portum vobis hunc gratulor.
Longam poſt inquietudinem , poſt fluctuans mare,
Animumque fluctuantem , nihil mundo immodeſtius;
Hunc atque naufragium devitaſſe, par eſt periculum
Homini effugiſſe nulla tam atrox mare ſcilla inſidet
Quam mundum concupiſcentia: mille uno abſorbet die.

SCE-

## Scena V.

### Heterobulus Coſmum *ac* Creontem *ad* Telesbium *revocandum deſtinat, famulatur* Lydus.

*Heter.* Animus mihi in bivium hodie incidit, neque ſat videt
Quà ſit eundum ad expeditionem contra hoſtem meum,
Ut Telesbium captivum Eubuli ſubducam conſiliis:
Verùm hercle nondum omnis mihi aſtutia corde excidit.
Senatùm ego in animo convocabo fraudium, ut implicem
Suâ illum naſsâ. Coſme, potin' ut Legati munus obeas
Ex patria miſſi, qui nuntiet obiiſſe fatum ultimum
Patrem, matrem languere, expectari heredem familiæ,
Per fas nefaſque gemmas, aurum, argentum, prædia,
Indignis prædam fieri hominibus, ſiqua pietas ſuper,
Siquis familiæ amor, ſiquis amicorum, ac pauperum,
Subveniat omnibus, ſolum id poſſe Telesbium.
*Coſm.* Gravis mecaſtor legatio. *Het.* movere hæc poteris juvenem
Ut cœpto abeat, & patriam ſolitudini præferat.
*Coſm.* Quo teſte hæc probabo? *Het.* Tuis oculis. *Coſm.* mendax ero
*Het.* Nihil novi feceris, ornatum mendacium hodie
Pars magna politiæ eſt. *Coſm.* Quid ſi ſuis deinde oculis
Contrarium arbitretur. *Het.* Hanc mihi curam deſere.
Incommodis ego tempeſtivè prævertam omnibus.
Hic mecum ego Creontem poſſideo ac Lydum ſuis
Probatum factis: nobis iſthæc curatio erit.
*Coſm.* Abeo *Het* feſtinationem comitem accipe in via,
Priuſquam eremum attigerit, occupare poteris.
Hem Creon, tu haud multò poſt itineris Coſmũ inſequere,
Atque ubi hærere compereris ſegniter Telesbium,
Aliam adhibeto machinam, matris afflictæ lacrymas
Natum obteſtantis, ultimas ut audiat preces,

Opera-

Opemque præſtet ac familiæ tueatur decus.
Pietate tantâ, deſeri matrem, ſpoliari omnibus.
Uno in Telesbio ſpem atque exſpectationem ejus poſitam
*Creon.* Quid ſi his tantis machinis non amoveatur propoſito:
*Het.* Niſi ferreus eſt, flectetur, ſin obfirmatus hæſerit,
Adde, rediturum, quàm mox, ubi pietatem functus erit.
*Creon.* Mendacium mendacio ornabo, & dolum dolo obtegam.
*Het.* Vafri id Legati munus eſt. *Creon.* Eo. *Het.* Ne ſolus huc redeas
*Het.* Exordium novæ fabulæ ſtruxi, nunc actum inſtruam.
Lyde noſti hoſpitem, quem fraudavit fugiens Telesbius?
*Lydus.* Ita, ut te quidem. *Heter.* noſti & præfectum iſtius carceris,
Quò elapſus abiit Telesbius, Lictore eluſo ſubdolè?
*Lydus.* Aulus vocatur. *Heter.* nomen habes, hos te adire velim,
Ac monere, Telesbium brevi adfore opportunum vinculis.
Hoc iter ſi obſervent inſidiis, addes inſuper
Habere unde ſolvat in ære non minùs quàm cute,
*Lyd.* Quid ſi fidem meis derogent verbis. *Heter.* Id fruſtrà times.
Namque ubi ſpes aliqua prædæ eſt nimium facilis eſt fides.
*Lydus.* Quid ſi fallat Telesbius? *Heter.* meum illud eſto periculum,
Heterobulus fide juſſor erit. *Lyd.* Superi fortunent iter,
Namque hos adire homines periculoſum ſemper negotium eſt.
*Het.* I bonis avibus, noqiſque eos quantocyus adducito.
Ego hic juxta operiar rei exitum. Niſi me fallat mea
Opinio jam in caſſibus noſtris hæret Telesbius.
Ingenium ſiquidem ad fraudes Coſinus habet, præquam Hannibal,
Aut Pœnorum aliquis. Nunc herclè video, juvenem
Ut ſuo teneat incautum ſ& ducat multiloquio.
Ut fraude quâ miſerum frauſus eſt captum trahat.
Audion? an fortè vanâ aures luduntur imagine?

Pol

Pol ipſe ex propinquo ſeſe audiri facit Teleſbius.
In ipſis etiamnum viæ auſpiciis occupatum opportuit
Jam intrò me conferam, ut inſidias rectè ordinem.

## SCENA MUTA.

*Angelus vanitatem & pericula mundi per varia ſcemata homini exponit*

## ACTUS V. SCENA I.

Teleſbius *reductus per* Coſmum & Creontem à Lictore *intercipitur, cui adeſt* Davus.

*Teleſb.* Ain' ita eſſe? patrem mortuum, matrem ægram, rapta bona?
*Coſm.* Ut audis. *Creon.* Utinam liceret fallere! *Teleſb.* Prô miſeriam!
Quid mater orabat? *Creon.* pietatem implorat, & opem.
*Teleſb.* Nemo audiebat? *Creon.* prædarum aviditas avocabat alio.
*Teleſb.* Hæc impunè? *Coſm.* Quis aurum non amat ſupra juſtitiam?
*Teleſb.* Auxilium matri adferam atq; illos corvos funebres
Qui functis tantùm cadaveribus ad prædam inhiant,
Malâ morte mulctabo. Spolia eorum eripiam unguibus.
Aurum mihi heredi debetur, hoc ſi effuſum cupiam,
Colligere pauperes mavelim, ut fœnus è cælo hauriam.
*Lictor* Ubi ille, qui ita auro abundat? Oho Teleſbi te video?
*Davus.* Ehodum iſte trifurcifer herum meum fraudavit pecunia

*Lictor.*

*Lictor.* Ex laqueo hic mihi evaſit, debitum corvis pabulum eſt.

*Telesb.* Quæ nos agitant furiæ, hæc ita in hominem innoxium?

An non ego exſolvi debitum? an non ſatisfeci in laqueo?

*Lictor.* Vitam debuiſti ad ultimam unciam, ſolvenda hæc tibi eſt.

*Telesb.* Nihil mihi vobiſcum eſt, mundo ego abnuntiavi hodie

Atque eremum juravi, mortuus ſum, nil juris in me tibi eſt.

*Lictor.* Bene eſt, tuo per me voto potiberis hodie,

Eremum invenies in carcere, mortem in patibulo.

Age, quid immoraris veſtigio? eundum hinc ad carcerē eſt.

*Telesb.* Nihil innocentia pro me, nihil æquitas poteſt?

*Lictor* Alium ego te ex equuleo oratorem futurum ſcio.

## SCENA II.

Eubulus Thanato *præſente,* Heterobulum *arguit reducti, ac proditi Telesbii; Quem Heterobulus denique liberare ſtatuit.*

EVb. Negas hæc te autore fieri? averti ab eremo juvenem? In carcerem dari? *Het* pernego: *Eub.* nempe ſic moris tui eſt

Ut omnia juveni mala inſtruas, ac dein factum abneges.

*Than.* Si quicquam malè eſt meritus cur minus facinus luet?

Qui pepercerit improbis, palpat improbè ſcelus.

Si nihil in illo criminis eſt auxiliabimur innocentiæ.

*Eub.* Quicunque in ſe ſcelera plectit, nil debet carnifici.

Emendationi omnis pœna ſervit, quam ſi impetres, ſat eſt.

Eremus longus eſt carcer, & lentum ſupplicium.

*Than.* Fatemur; ſed iſti inſiſtendum erat pertinaciùs.

Neque ab ipſa ſubitò Eremi & pœnitudinis abeundum via.

*Eub.*

*Eub.* Heterobuli fraudibus iſthanc perdidit conſtantiam.
*Het* Quidquid uſpiam Telesbius ſibi accerſivit mali,
Id totum Heterobulo imputas, ſine hoc nemo ſceleſtus eſt.
*Eub.* Eventu docebimur. *Het.* Id equidem agam, ut ſciat
Telesbius
Omni me periculo functum, ut ipſe ſit abſque periculo.
*Eub.* Citius teſtudo volet, quam dignam à te ſperemus
operam.
*Het.* Jam nunc ad carcerem abeo, ut opem ſuppeditem
Telesbio.
Abierunt, rectè habet, eſtne qui me obſervet, ampliùs?
Nollem ædepol conſtare cuiquam de hoc quod in pectore
Conſilium excreſcit, nondum ad maturitatem pertigit.
Vobis tamen hic facilè dixero, quos fideles mihi ſcio.
Telesbium ego in carcerem dedi, licet celem artificium.
Jam mihi animus illum rurſus eruere majori ingenio.
Namque ipſum ego pro Telesbio in laqueum carnificem
Dolo eleganti inducam, meruit enim & ipſe jam furcā diu.
Si quæritis, quo id modò facturus Heterobulus ſit hodie?
Veſtris ego vos auribus, veſtriſque oculis uti jubeo.
Si quæritis, cur modo beneficium præparem Telesbio,
Cui antè laqueum deſtinaram? quæram rurſus ego,
An ignoratis hodie non paucos, ut dent beneficium,
Opprimere primùm maleficiis; ut abſque diſpendio
Faciant amicos? Telesbium ego tuli adverſarium,
Hac nunc arte conciliandus is mihi eſt, nihil doli
Abs me profectum novit; at auxilium mox intelliget.
Præfectum hàc adibo carceris, jam ante conciliatum mihi.
Nil moræ faciet, ut per ſpeciem humanitatis Telesbium
Inviſam inter vincula, hac aditus eſt, hic patet janua.

SCENA

## SCENA III.

Lictor *ſpe auri cum* Telesbio *convenit de modo eum liberandi à ſupplicio, famulatur* Syrus.

*Lictor.* Odoratus equidem neſcio an mihi obtigerit vulturis:
Namque lautam in carcere prædam incluſam olfacio.
Aurum herclè olet, artificio illud emungendum erit.
*Syrus.* Væ homini illi, qui Lictoris hujus tenebitur caſſibus,
Non aſſem argenti, non vitæ retinebit teruncium.
*Lict.* Jam mihi deliberatio eſt, quâ arte regam conſilium,
Ut occurrere mihi ultrò poſſit, non quæſita pecunia.
*Syrus.* Non ſpongia æquè aquam adbibit, ut iſte aurum trahit,
Ubi fuerint, qui dare poſſint, nunquam ipſi deſit acceptio:
Ubi tamen accipiendum aliis, difficilis illi res datio eſt.
Niſi fortè abſque diſpendio eroget in ſervos verbera.
Hic verò dare, quàm accipere multò prædicat beatius.
*Lict.* Conſilium intus excoxi, explorabimus illum equuleo,
Tum deinde manſuetudinem adpromittam, ſi aurum ſpondeat.
Jam hac carcerem ſubeo, ut explorem captivi ingenium,
Syre, tu me conſequere & torturæ ſupellectilem,
Rotas, malleos, forcipes, uncos ſuos ordine digere.
*Telesb.* Ah miſerum me! *Lictor.* Inaudiit, terror iſte angeudus eſt.
Et luculentum nobis juxtà ignem inſtrue, qui facibus,
Qui ferro inflammando faciat, & liquandæ pici,
*Telesb* O me hominem afflictiſſimum! *Lictor.* Sceleſto illi tormenta ultima,
Et lentæ mortis ſupplicium paratur. *Telesb.* parcite precor,
Ah parcite! *Lict.* quis iſte; qui perditiſſimo parcitum cupit
*Telesb.* O optime Domine, parce. *Lictor.* optimus herculè eſſe nequeo.

Si

peſſimis parcam. *Telesb.* emendationem ſpondeo.
*ctor.* In laqueo illam præſtabis, dabimus emandando operam.
*Telesb.* Ergone moriendum mihi? *Lictor.* etiam dubitas, trivenefice?
*Telesb.* Ah unum te rogo. *Lictor.* quid illud? *Telesb.* tibi ut poſſim loqui.
*Lictor.* Quis prohibet? *Telesb,* ſolus ſoli cupiam, priuſquam objiciar neci
Sit fas mihi iſtuc te accedere propiùs. *Lict.* Nimirum carcere
Et vinclis pedem efferre cupias, ut effugium pateat.
*Telesb* Nolo medius fidius, inter compedes, ac manicas adero tibi.
*Lictor.* Age ſic nunc ades, quid adfers? *Telesb.* aures mihi tuas applica.
*Lict.* Vix herclè fido tuis dentibus, nebulo es. *Telesb.* nihil time,
Rem tibi ſecretiſſimam credere decretum eſt, nemo audiat.
*Lictor.* Tuto fide, ſoli ſumus. *Telesb.* auri mihi talentum integrum
Loco defoſſum occulto eſt, nemo ſcit mortalium.
Ego ſolus teneo, defoſſor, poſſeſſor, teſtis, arbiter.
*Lictor.* Audio, illo quid agere deſtinatum eſt? *Telesb.* noli quærere,
Vitam ſi tantummodo mihi conceſſeris, tuum hoc erit.
*Lict:* Nimiùm à me poſtulas: neque enim hanc ego libertatem tibi,
Aut vitam largiri poſſum, alieno arbitrio ſub ſumus,
Pœnas ego tibi mitiores infligere, & properatò magis
Accerſere mortem poſſum. *Telesb.* Ne te iſthæc cura teneat,
Vitam meam poſſides, adimere, ac dare illam potes.
*Lict.* Nimirum ut pro tua deinde vita, exigat Iudex meam.
*Telesb.* Neque hoc metuendum. Securitatem omnem adſtipulor.
*Lictor.* Quid igitur? *Telesb.* Me hoc carcere, his detinebis vinculis.
Fatebor omne crimen, factum, infectum; ut equuleo

Me redimam. *Lictor.* quid deinde. *Telesb*, ubi dies decreta venerit,
Quâ corvis immoler, tu ad furcam me ducito.
Ad ſcalam, ad ipſum patibuli denique faſtigium.
*Lictor.* Quid nunc reliquum eſt, niſi ut pendeas? *Telesb.* pendebo quoque.
*Lictor.* Rectè hæc omnia tibi præſtare abundè poſſum; ne ambige.
Hoc ſi mihi pro officio theſaurum aperis, ſedulus ero.
*Telesb.* Sed hem, volo ita me ſuſpendas, ne vita intereat.
*Lictor.* Hanc ego ædepol artem neſcio, qui tam diu ſum carnifex.
*Telesb.* Docebo equidem. *Lict.* age ſodes. *Telesb.* funium affatim habes?
*Lictor.* Quantum mille furibus jugulandis ſit ſatis. *Telesb.* ſufficit.
Tantum ego te funium habere cupio, quantum mihi
A capite ad pedes bis ter vinciendo ſervire queat.
His ego funibus â pedibus ad cervicem uſque geminis
Surgentibus ordine, inſtare cupio. His deinde laqueum
Pro collo illigabis, veſtis omnem celabit dolum.
*Lict.* Ita medius fidius hominem hactenus reperi neminem
Qui perinde aſtutia abundaret, uti tu hac indole,
Vita es dignus longiori, tuo conſilio rem agam.
Sed jam ad aurum defoſſum ſermo pertigit. Ubi latet?
Quo indicio, quibus viis comperiam. *Telesb.* dicam ſingula.
Silvam ſuburbio vicinam noſti? *Lict* novi *Telesb.* iſtic latet,
Haud procul arbore ſepultum. *Lict.* quo argumento diſcam locum?
*Telesb.* Gramine obtegitur, & ſub umbra arborum eſt. *Lict.* quarum arborum?
*Telesb.* Nomen herclè non ſatis teneo, diſtinxi ex habitu!
Ego ne aberres tibi dux ero. *Lict.* Nempè dum pendes, dux eris?
*Telesb.* Nondum, ut video, rem intelligis. Non pendebo ampliùs;
Sed tu ubi homines è furca domum defluxiſſe videris,
Mihi iſtic pendenti cum ſica aderis, & funem demetes

Ubi

Ubi ſignum ex patibulo, juxta latenti dedero tibi.
Itaque ſocium me tibi capies ad ſuſcitandum à funere,
Cadaver auri. *Lict.* jam denique introſpicio artificium.
*Tel.* Fallemus omnium oculos, tuque momento ditaberis.
*Lict.* Induſtrium me habiturus es, nunc intrò ad carcerem redi.
Nam mox Præfectus aderit, qui hodie te patibulo deſtinat.

## SCENA IV.

Thanatus *exponit quâ ſpe hactenus ipſe cum cæteris Teleſbio ſerviverit.*

THan. Ita mos obtinuit hodie, ut nemo aliis gratis ſerviat.
Nemo beneficium præſtet, quo non ſperet majus alterum.
Ubi ſuum cuique ſuſtuleris commodum, ceſſat ſervitus.
Beneficia ceſſant, Exemplum ſit, præſens Teleſbius
Cui ego Thanatus, cui Heterobulus, cui Eubulus ſerviunt.
Quibus ſi tu ſpem præmii aut lucri adimas, omnes deſerent.
Iam verò & alterum mirandum haud multò eſt minus.
Quod nullibi, quàm in ſervitiis major regnet invidia.
Primum quiſque apud herum poſſidere locum benevolentiæ,
Majores lucri partes quærit, quarum ſi ſpem ademeris
Aliquam: vivat, an occidat Dominus, ſuſque deque habent.
Ita uſus evicit, ſuam quiſque primò operam navat ſibi,
Suæque cupiditati ſubjacet, ſervit avaritiæ,
Superbiæ famulatur, obſecundat lubidini:
Tum deinde domino alteri, quantum hi domini ſinunt,
His famulis undique aulæ Principum opplentur hodie,
Qui Domini rebus ita ſtudeat ſervus, ut ſuis præferat.
Is corvus albus eſſe poſſit, quales Europa non habet,
Videte nunc Heterobulum, ipſum adeò lictorem attendite

Ut adulentur Teleſbio, quantum favoris in fronte adferant,
Ut juvenem emungant opibus, ut ſibi ab illo lucrum parent.
Inter hæc neque me feriari æquum ſit, ne forte excidam.
Enimvero jam ſatis iſti ſervivi, miſſionem poſtulo,
Operiſque ab illo pretium, brevi equidem concludam fabulam.
Me enim cùm luſerit hactenus multis modis Teleſbius,
Et mihi ille ludibrium debet; ut par reſpondeat pari
Qui carcerẽ toties fallit, & laqueum, non fallet Thanatum.
Intereà modò ad carceres ac mortem deſtinatum Teleſbiũ
Protopatro aperiam, ut ejus mihi gratiâ uti liceat.

## SCENA V.

Tres Nuntii *referunt quâ ratione* Teleſbius *ad patibulum ductus. Qui deinde à* Lictore *liberatur.*

*Nuntius*.1. Ehodum quicunque novum hodie ſpectare ſpectaculum
Haud procul urbe cupitis, rapitur ad patibulum Teleſbius.
Conſtanti prorſus animo, non ejulat muliebriter,
Non emendicat opem manu ſupplici, aut abjecta prece,
Non oblectatur catenis, non moras vitæ objicit;
Sed morti velut obvius, fata provocat ultrò ſua.
Tam forti juvene carnifex ipſe palleſcit magis.
Quicunque tam generoſus occurrit venienti neci,
Aut nullo ſcelere triſtis eſt, aut gaudet punire ſcelus.
Non alium ego vitâ eſſe digniorem quidem arbitror,
Quàm qui ſic moritur, doleo juvenis infortunium.
Proinde neque meos illi ſpectaculo oculos commodo.
Audire magis, quam ſpectare tam funeſta collubitum eſt.
*Nunt*.2. Rem qualem non vidi hactenus, obſtupeſco hodie
Iuvenis cùm formâ, tum gratiâ, moribus, indole.
Hac

Hac vitâ dignus ſi quiſquam,in furca exhalat animam.
Quiſquis huic infamem conciliavit mentem , dignus mori eſt.
Ut primo fatalem clivum pede magnanimo attigit,
Inter carnificis manus ſubter locatus patibulo,
Circumtulit oculos primùm,aç deinde has voces addidit.
An ſons,an inſons iſthoc cogar adire ſupplicium,
Eventus ipſe,judex optimus vulgabit propalam.
Sunt Superi , quibus etiamnum cura ſit de improbis , & probis,
Ut hi ſerventur,puniantur illi, Interim vitam lubens
Odiis impendam alienis,ſed tamen innocentiæ.
De me ſublato,an hoſtes ipſos maneat gaudium ,
Divi norunt , atque etiam , ut vos ſciatis facient propediem.
Hac inter expeditus juveni ad furcam aſcenſus eſt.
Aſcendit perinde,ac ſi non pœnam adiret ſed præmium.
Laqueum collo tanquam coronam triumphaturus,obvio
Excepit capite.cumque jam præceps eſſet ex arbore,
Non membra dolor contraxit ,non demutavit vultum color.
*Nuntius.* 3. Hui portentum ac monſtrum ! abeo , fugio quantum licet
Iſte de patibulo mortuus loquitur,en iſte , qui iſtic pendulus :
*Teleſb.*Ehodum vir optime,nihil metue.*Nunt.*3.iterum vocat,horreo.
*Teleſb.*Accede,vivo equidem,tantùm à longè adſta , ſiquid times,
*Nunt,*3.Accedo,Superi adſint. Quid clamas?nunquid jam mortuus es.
*Teleſb.* Vitalem ego vitam haurio,iſthoc præfecto carceris
Per te ſignificatum velim,meam ut intelligat innocentiam,
Curæ ſuperis ad hanc uſque fuiſſe horam.*Nunt.* 3. Mandatum expediam.
*Teleſb.*Ohe lictor;ubi es?jam opportunitas adeſt,ſoli ſumus
*Lict.*Advigilo.*Teleſb.*huc enitere,ſicam applica.*Lictor.* iſtic jaces.

*Lict* Bonus lapſus quo quis laqueo excidit, jam me ſequere
*Lictor.* Sequor. *Telesb.* Hem, pala & ſarculo opus quibus aurum effodias.
*Lict*: Ne labores hæc jam in propinquo ſepoſui. *Telesb.* ô furca, jam vale.
Ne tu deinde Teleſbium recipias, id operam dabo.

## SCENA VI.

Heterobulus *cum* Telesbio *ipſum Lictorem in patibulo ſubſtituunt, famulatur* Lydus.

*Het* Iam hos ego conſequor è veſtigio, ut fabulam adjuvem,
Facinus deſignavimus animo, quale hactenus non vidit Latium.
Lyde, te hic morari cupio, ut, ſi quando opus, addas manũ,
*Lyd* Hanc ego ſtationem pro excubiis obtinebo ſedulò.
*Het.* Ubi quos adventare conſpexeris, iſtâ, quâ tenes manu,
Fiſtulâ monebis, ut intelligamus quid facto nobis opus.
*Lyd.* Negotium profectò capitale Heterobulus nunc aggreditur.
Occultis ſeſe armis contra hoſtem inſtruxit. Væ miſero,
Quisquis eſt, inſidias ſi evadat, & Heterobuli manum,
Plus quàm ſtygem & Cerberum ſuperavit alter Hercules.
Teneo ego viri illius audaciam, teneo aſtutiam.
Hac ad ſubvertendos hoſtes agere novit cuniculos:
Illâ invadere regiones hoſtium abſque metu fortiter.
Væ, quicum ipſe occepit controverſiam, causâ cadet.
Iam verò hanc mihi haſtam & hanc concredidit fiſtulam.
Fruſtra illa ſiquis eſſe hoſtis putet adverſum moveat.
Nihil movebor, hæc mihi ſtatio niſi cum vita eripi
Nunquam poterit. Quis illic? ſtrepitum inaudio, quis es?
Fare age, aut ego te' *Het.* bona verba, nunquid agnoſcis tuos?
*Lyd.* Tam ſubita expeditio eſt? *Het.* prædam deportamus ad rogum.

*Telesb.*

*Teleſb.* Hic ille eſt carnifex tot mihi ante minatus equuleos,
Illum ego modò oneravi auro, adeò, ut tanto ſub pondere
Victus, ſuccumberet, atque infelicem exhalaret animam.
Rem geſtam compendio ediſſeram. Ad ſilvam venimus,
Iſtic ordiri fodiendo, loco abs me conficto, incipio,
Dum feſſus tandem ſubſiſterem, illique cederem vicem,
Tum ubi homo medio labori immerſatur, capiti ſarculum
Impegi vi quâ poſſem maximâ: ille, ceu bos ſtratus humi,
Procubuit ejulans: quem, ut impetrarem ſilentium,
Semel iterumque eodem demulſi collyrio, deinde tacuit.
Nunc piacularem hanc meæ ſtultitiæ hoſtiam,
Meoque ſuſpendio ſuccidaneam immolabo patibulo.
Aliquod deinde reperibitur, mei effugii oſtium.
*Het.* Circumſpicite hunc enſiferum ſicariorum principem.
Ut vultu adhuc torvè minatur! ut horrent circum comæ?
Ita illis fieri æquum eſt, qui tanta irrogant ceteris mala.
*Teleſb.* Bonum exordium comœdiæ, pertexamus reliquum
*Het.* Tu iſtic, ut dixi, perſiſtas neque vigiliis abeas.
*Lyd.* Scio officiũ. Iam profectò hujus ego cupidè audaciæ
Præſtolor eventum, nil iſtis ſimile machinis uſpiam
Invenire me hactenus memini, omnem ſuperãt hiſtoriam.
Mirarer eſſe aliquid, quod huic ludificationi addi queat.
Quanquam periculoſum herculè illi tractant negotium.
Siquis deprehendat facinus, pro furca Teleſbius rotam
Habiturus erit, uno deinde gradu futurus altior.
Neque pol meo ſatis hic tutum capiti, ſiquis conſcium
Me clam obſervaſſet, perii, nulli loco credendum eſt nimis.
Multas ſæpe ſilva aures habet, multos rus oculos.
Papæ! iſtic ſtrepitus hominum exoritur, integra eſt cohors.
Signum ego fiſtulâ edo atque hinc me ad occulta refero.

## SCENA VII.

Præfectus *carceris à* Nuntio *ad patibulum deducitur, ubi Carnificem pro fure ſuſpenſum reperit.*

PRæf. Inſanis furcifer & tua nobis hic refers ſomnia.
*Nunt.3.* Vigilans ego hæc ejus verba utriſque accepi auribus,
Tum deinde apertis eum ſe movere conſpexi oculis.
*Præf.* Ventus eum commoverit leviter pendulum. *Nunt.3.* ventus nequit
Nec mihi inſpirare in aures verba & motare labia.
*Præf.* Væ tibi ſi ad mortuum me deduxeris, væ inquam tibi;
Deceptionem hanc expiabis trinodi ac viridi ſurculo.
*Nunt.3* Gravius ego deceptus ero ſi mortui verba audierim.
*Præf.* Iam procul conſpicio pendulum, nihil dum ſe commovet.
Quin toto corpore atrâ livet morte, ac nigredine.
*Nunt. 3.* Niſi fallor aliâ ſe nunc veſte induit, & quidem ſplendida.
*Præf.* Mirum qui iſthuc ſit, certè & ego alium conſpicor habitum.
Detracta erat ſuperior veſtis alteri, hic totus nitet.
*Nunt.3.* Mehercule neque iſte eſt qui fuit, omnem vultum exuit.
Barbatus jam, imberbis antea, gladiatus jam, inermis priùs.
*Præf.* Quod monſtrum? herculè meum iſtic pendulum carnificem
Intueor, etenim is eſt: non fallor, abeſt hinc maleficus,
Suſpenſus ipſe lictor eſt. Iam ædepol verba excidunt,
Neque quod dicam, neque quod cogitem reperio ampliùs
Ut pro fure iſtic pendeat carnifex? pro fure ſcilicet.
Quem ego eò loci pendulum affigere vidi carnificem?
Quis iſthoc capiat? *Nunt 3* niſi pœna numinum ſit, non video
Qui fieri poſſit: certè hominum manus vincit hoc opus.

*Præf.*

*Praſ.*Hem Alberte, Alberte, nil reſpondet, tu loqui dixeras.
*Nunt.*Nullum ego de carnifice, at de fure reſponſum attuli.
*Traſ.*Ubi nunc iſte eſt fur? *Nunt.*3. niſi Lictor ſciat, ego neſcio.
Namque ego furem loquentem conſpexi de patibulo,
*Praſ* Niſi incantator ille peſſimus fuerit, qui luſerit
Hic omnium oculos, quique pro ſe ſubſtituit carnificem,
Nullum apparet argumentum, quo pacto iſthæc credųam
Quærendus ſanè domi nobis lictor eſt, ne ludibrium
Hic nobis coram fieri patiamur, aut imponat Magus.

## ACTUS. VI. SCENA. I

Eubulus, Heterobulus *ac* Thanatus *cum* Teleſbio *in ſaltu larvis depoſitis perſonas mutant,* Protopatro *ex terrore fugiente. Exponit* Lydus.

L*ydus.*Iovialiter intus vivitur, & plauditur duplici gaudio
De ſalute inſperata Teleſbii, deque adventu Protopatri.
Quorum ille filius Patrem, hic pater filium incolumem
Præter ſpem reperit: cum jam alter alterum audiſſet mortuum.
Stupore primum hærebant, deinde ubi amplexus mutui
Et lætitiæ factus locus, amœnè convivunt diem.
Sua filius pericula, atque contra hoſtes narrat victorias,
Suas pater curas aperit, & de ſalute gaudia.
Inſtituuntur interea ludicra quibus uterque lepidè
Queat oblectari, itur ad citharam, ſaltus, tripudia,
En cortina loco abſcedit, producuntur huc propalam,

Larvatæ omnes perſonæ ſunt, ludunt Bacchanalia.
Quatuor numero ſunt; & niſi me fallat opinio,
Iſte equidem Telesbius, iſte Eubulus, Heterobulus, Thanatus.
Mirum, ſi omnes iſti nunc in uno conveniant choro,
Quibus hactenus ubique litium ſuppeditabat materies.
Nunc ſtipendium credo à Protopatro exſpectant ſuum,
Ipſe etiam ſenex Protopater adſtat, atque hoc ſpectaculo
Iucundè oculos paſcit. Lepidum profectò tripudium!
Pol Telesbio larva excidit. jam apparet patri filius.
Hunc circumſtant larvæ ceteræ. Portentum me herculè!
Quid hoc? pro Heterobulo Dæmon apparet. Mors pro Thanato.
Pro Eubulo cæleſtis Genius. Quid hic novi ſpectaculi?
Protopater aufugit, horret. fatale prorſus ludicrum eſt.
Mors lugubrem ſaltum auſpicatur minatur Telesbio.
Intentat ſpicula. Dæmon contra horrendum quaſſat caput.
Pavidoque inſultat juveni. tantùm mitior Angelus juvat.
O Telesbi quò hæc vergunt? terrent me iſta, fugio quoque.

## SCENA II.

*Iidem pro ſervitute mercedem à Telesbio exigunt. Quo deinde per Thanatum interfecto, Lis de mercede per Michaelem ad ſupremum Iudicem deferenda nuntiatur.*

TElesb. Quis me locus, quæ regio, quæ terra miſerum poſſidet?

*Than.* Ne fuge Telesbi, ignoti equidem non ſumus, nôſti Thanatum.

*Het* Et Heterobulum nôſti *Eub.* & me Eubulum. *Telesb* tali vultu? tali habitu?

*Than* Neſcis me tibi ſerviſſe hactenus? mercedem poſtulo.

*Telesb.* Non te novi. *Than.* ſemper te comitatus ſum. *Het.* ſemper adſtiti,

Com-

Conſilium dedi, inſtruxi. *Eub.* ſemper tuitus ſum, & ſana docui.

*Tel.* Tales mihi aſſeclas adſiſtere neſciebam hactenus.

*Het.* Debes parenti Protopatro. *Than.* quid longa nobis diſputatio?

Mercedem exigo. *Eub.* inducias pro Telesbio parvas rogo.

*Het.* Satis induciarum eſt hactenus gratis ſervio juveni.

*Teleſb.* Quâ igitur pecuniæ mercede tuam mihi locaſti operam?

*Het.* Pro hereditate ſervivi. *Than.* nihil eſt pecuniis cedere.

*Teleſb* Dabo argentum quantum ſatis. *Than.* nihil eſt. *Teleſb.* aurum etiam dabo.

*Than.* Et hoc nihil, omnia debes; opes, honores, formam, genus,

Famam, valetudinem: & ut paucis dicam, vitam dabis.

*Teleſb.* Me miſerum, quis hic pactus eſt? *Than.* parentem tuum interroga.

Ubi nunc lates vita? hoc te telo ejiciam ex arce corporis.

*Teleſb.* Væ miſero, ſic intereo, his opibus; hac ætate, hoc genere?

*Than* Neque ego opibus neq; ætate, neque genere moveor tuo.

Quod meum eſt tollo. Quid nunc vitam moraris reddere?

*Tel.* Heu: dolor, eheu *Than.* vox intercidit, anima hæret in labiis.

*Teleſb.* Ah ah! *Het.* dies illi ex oculis ſenſim demigrat.

*Eub.* Nox longa ingruit. *Het.* nunc ego mihi meam partem vendico.

Obſequium ipſi ſervivi bene laborioſum herculè.

Mercedem poſtulo, tota eſt mea animæ hæreditas.

*Eub.* Næ te hinc abeſſe quàm mox competit. Ius tibi meum

Uſurpas: adſtiti utiliter Telesbio, tu frugi indolem

In juvene ad improbitatem totam deflexti. *Het.* more id meo,

Hoc opere mercedem corrogo. *Eub.* at reſtitui ego juvenis

Mores, quos tu ædificaras perditos, errorem ſuum

Teque deteſtatus eſt penitus. *Het.* id factum nego. *Eub.* dabo

In hanc rem teſtes,quot voles.*Than.*naſcitur diſputatio.
Ego me extra controverſiam conſtituo , & uſurpo mea.
Opes & honores Telesbii,& vitam ipſam denique
Meo jure aufero,vos pro reliquis lite decertate,ut lubet.
*Het* Anima mihi & corpus debentur,hac mercede ſervio.
*Eub.* Purum putum nihil debetur tibi,qui nihilo magis
Nihil unquam præſtitiſti Telesbio,cui pridem repudium
Denuntiavit ille. *Het.* ais,ego nego. *Eub.* bene eſt, ad calculos

Putandæ ſunt rationes facti & infecti Subduce ocyus,
Quid tractarit autore te?quid non retractarit autore me?
An probata ipſi denique tua ſit opera? *Het.*probatiſſima.
Fraudes illum,vinolentiam,luxum, luxuriam,
Sacrilegia,& quidquid penè eſt ſceleris docui,
Et tu me otioſum illi atque inutilem prædices?
*Eub.* Expunxit ſcelera hæc pœnitudine maximâ.
*Het.* Animam volo. *Eub* pernego dandam *Het.* Hem orci Furiæ

In ſubſidium mihi *Eub.* Heus Angelorum turmæ opem
Porrigite .*Het.* Oho bellum naſcitur. *Eub.*vim vi pellimus.
*Eub.* O Princeps MICHAEL inviĉtiſſime adveni.
*Het.* Quid ita horrendum hæc tuba inſonat? *Michael.* armiſtitium

Iam nunc ſupremus imperat arbiter,ſuum ad forum
Cauſam hanc adduci mandat. Pergite, hæc vos tuba
Accerſit agedum ad curiam.& tribunal judicis.
Interea hic ego perſiſtam,& monebo rem gravem.

## EPILOGVS.

Mandatum ad vos habeo prægnans & graviſſimum ,
Quale nullus unquam Mercurius à Iove attulit.
Mandatum ad vos,qui hanc aulam,hanc urbem , & quod magis,
Hunc orbem colitis. Vultis audire ambabus auribus ?

Dicam

Dicam paucis. Telesbii omnes eſtis,quotquot eſtis hic
Coram, Telesbi eſt is,quibus pædagogus eſt triplex.
Prior Heterobulus , mali conſilii Angelus , qui vos peſſima
Lugenda, deteſtanda ſcelerum perdocet probra.
Luxum , luxuriam , furta , & quidquid fraudis eſt malæ :
Alter Eubulus eſt Angelus cuſtos , omnia qui contrà monet
Pacem,Deum, ſalutem ſuadet. Mors Thanatus eſt
Res declinabilis, Pædagogus importuniſſimus.
Ubique, atque omni loco hæret hic tamen callidè
Mortis,haud aliter, quàm nonnulli Medici ſolent,
Per intritum ægrum liberat ; uſitata hæc curatio eſt.
Hunc medicum , atque hanc curationem nemo vitabit hominum.
Effugit mortem Telesbius ex ipſo etiam carcere.
Sed ubi eam expectabat minimè, inter gaudia adfuit.
Decreta lex eſt, omnibus moriendum eſt ſemel.
Si quæritis quando ? neſcio,fortè crâs , fortè hodiè,
Hoc certus ſum , poſt ſeculum victurum è vobis ne- minem?
Sed æternitatis omnes futuros incolas,
Si porrò quæritis ; quomodo ? magis illud neſcio
Fors benè , fortè & malè , res eſt anceps , veſtra tamen in manu
Illud ſcio, certoque hoc vobis edico hodie vaticinio
Omnes uti noſter hic Telesbius moriemini , vita om- nium
Ad trutinam æquiſſimam rigidè ponderabitur.
Severitate magnâ , examine juſto, Rhadamanthæo ju- dicio.
Callentiſſimum habebitis Judicem , non jota,non apex
Commiſſi ſceleris illum effugiet:intimos animi ſinus
Excutiet , eruet , perrimabitur , verbulum , cogitatio unica
Si æqua , præmium ; ſin iniqua pœnam habebit ſuam.

Eno-

# APPENDIX.

## Selectorum ex Plauto diſcurſuum, Phraſium, Verborum maximè imitatione dignorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CUm Plautus à juventute parvo eruditionis fructu, virtutis nullo legatur: cenſui illa, quæ ad ſtylum ex illo, comica venuſtate & lepore ornandum potiſſimum facerent, cùm aliquibus etiam interpretationis obſcuriorum notis, breviter pro coronide ſubiiciunda eſſe. Quæ non ſine delectu excerpta, magis obſoletis abſoniſque præteritis, facili opere lectorem ſtudioſum, jamque in ceteris latinè ſcribendi generibus utcumque verſatum, ad ſingularem Comicorum indolem geniumque ſtylum docebunt inflectere. Tantum hæc volvere ſcripturum comicè quandoque non pigeat, ut diſcrimen obſervatum imitatione aſſequatur. Sed meminerit hæc ſalis loco aſpergenda non ubique ingerenda eſſe.

EX AM-

# EX AMPHITRUONE.

## COMOEDIA I.

Virtute ambire oportet, non *favitoribus*
Sat habet *favitorum* ſemper qui rectè facit

ACT. I. 2 Pater nunc intus ſuo animo morem gerit.

Scen. I. 3 *Qui* me alter eſt audacior homo, qui *hoc noctis* ſolus obambulem?

4 Quid faciam ſi tres viri me in carcerem compegerint?

*Verbera perpeti.* inde quaſi è promptuaria cella depromat ad flagrum,
nec quiſquam ſit, quin me omnes eſſe dignum deputent; ita,
quaſi incudem, me miſerum homines octo validi cædant, &c. *ib.*

5 *Hoc* me *noctis ingratis* excitavit. Non idem *hoc lucis* me mittere potuit? *ib.*

6 Ipſe dominus dives operis, & laboris expers,
Nec *æquom* anne *iniquom* imperet, cogitabit.

7 Qui fueram liber, eum nunc *potivit* pater *ſervitutis*, [*ſervum accepit*

*Servus ejuſque mores* 8 Quæ bona *in me fecerunt*, ingrata atque irrita habui.

9 Si dixero mendacium *ſolens* meo more fecero

10 Num pergam heri imperium exequi, & me domum capeſſere?

11. Credo equidem dormire ſolem atque appotum probè,
Mira ſunt, niſi invitavit ſeſe in cœnâ pluſculum (*ſol tardè oritur.*

12 Agite pugni, jam diu eſt quod ventri victum non datis,

jam

*Verbera minari.*

jam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor
in ſoporem collocaſtis nudos. Quisquis huc venerit pugnos edet.-
ex oſſatum os eſſe oportet, quem Probè percuſſeris.
*Soſ.* Mirum niſi hic me quaſi Muranam exoſſare cogitat,
13 Oppido interii! - Numnam obolui ego? (*nunquid innotui.*
14 *Merc.* Geſtiunt pugni mei. *Soſ.* Si in me exerciturus, quæſo *in pariete* ut primùm *domes* (*in pariete frangas.*
15 *Merc.* Illic homo à me ſibi rem malam arceſſit jumento ſuo. (*corpori ſuo.*
16 *Soſ.* Verum *certu'* eſt confidenter hominẽ *contra colloqui.*
17 *Merc.* Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu concluſum geris? (*laternam geris.*

*Servus Servum exagitat.*

18 Ego tibi hodie, ſceleſte, iſtam comprimam linguam. *Soſ.* haud potes.
bene pudiceque aſſervatur. *Merc.* Pergin' argutarier?
Quod apud haſce *ædis* (*ades*) negotium eſt tibi? *Soſ.* imò quod tibi'ſt?
29 *Merc.* Huc adveniſti. audaciæ columen, conſutis dolis?
30 At pol, profectò vapulabis *ingratiis* (*nolens*
31 Etiam clamas *carnufex.* Eloquere, *quid* veniſti? [*qua cauſa*?
32 *Mer.* Fugit te ratio. *Soſ.* Obſecro ut per pacem liceat te alloqui: ut ne vapulem. *Merc.* Imò induciæ parumper fiant, ſi quid vis loqui.
33 *Soſ.* Quod *mihi prædicas vitium* id tibi eſt. Quid malum! nonne ego ſum &c.
Tu negas *med.* (*memet*) eſſe? *Merc.* Quid ego ni negem. qui egomet *ſiem*? (*ſim.*

*Mer.*

34. *Merc.* Nam injurato ſcio plus credet mihi, quam jurato tibi.

35. Quadrigas ſi nunc inſcendas Jovis atque hinc fugias;

Ita vix poteris effugere infortunium.

Si me *irritaſsis* (*irritaveris*) hodie *lumbifragium* hinc auferes (*lumbos frangam.*

Scen.II. Errores ambo ego illos & *dementia complebo.*

2. Uxori turbas conciet, atque inſimulabit illam probri.

3. Orationem comprimam, crepuit *foris* [*fores crepuere.*

Scen.III. Citius quod non facto eſt uſus. fit, quàm quod facto eſt opus.

*Herus ſervum exagitat.* 2. Quid *tibi hanc curatio eſt rem.* verbero, aut *mutitio*? (*quid curas, aut mutis?*

*Mer. Nequiter* penè *expetivit* (*malè ceſsit*) prima paraſitatio. (*adulatio.*

ACT.II. Age *i tu ſecundum* (poſt me.

Scen.I. 2. *Id* quod eſt, neque erit, neque futurum eſt, mihi *prædicas* (*dicis.*

*Soſ. Eccere jam tuatim* facis (*ecce tu facis*) ut tuis nulla ſit fides.

3. *Amph.* Sequere ſis, herum qui ludificas dictis delirantibus.

*Quojus* (*cujus*) ego hodie in tergo faxo iſta *expetant* (*luantur*) mendacia.

*Soſ.* Miſerrima iſthæc miſeria eſt ſervo bono, qui verba loquitur, ſi id vi

Verum eſſe vincitur. *Amph.* Quo id, malum, pacto poteſt; nam *mecum*

*Argumentis puta* fieri? (*certemus rationibus*

4. Apud hoſtes cum ſedimus *ediſſertavit* (*diſſeruit* quidquid actus eſt.

5. Qui malum intelligere quiſquam *poſt* (*potis eſt*) ita nugas *blatis* (*loqueris.*

Scen.II. 1. Laudis compos revenit. (*rediit cum laude*) id ſolatio eſt, &c.

Abitum

*Uxor conjugis absentiam ferens.* Abitum ejus feram forti atque obfirmato animo: id modò
Si mercedis datur mihi, ut meus victor vir *belli clueat* (*clarus ſit.*

2. Nunquam ædepol tu mihi divini quicquam *creduis* poſt hunc diem, [*credas*
Ni ego illi puteo, ſi *occepſo*, (*incepero*) *animam* omnem *intertraxero* (*aquam exhauſero.*

*Cum furioſa muliere non pugnandum* 3. Non tu ſi Bacchæ bacchanti ſi velis adverſarier,
Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius.

4. Certa res hanc eſt objurgare(*certè objurgabo.*

5. Num tibi aut ſtultitia acceſſit, aut ſuperat ſuperbia?

6. Ampitruo, ſperavi ego illam tibi parituram filium.
Verùm non eſt puero gravida. *Amph.* Quid igitur? *Soſ.* Inſania.

7. *Alc.* Ob *iſtuc* omen ominator capies, quod te condecet.

8. *Soſ.* Ut commeminit, ſomnium narrat tibi. Prodigiali *Iovi*,
Aut molâ ſalsâ hodie, aut *thure comprecatam oportuit.*

9. *Alc.* Iterum jam hic in me *inclementer dicit* [*me objurgat.*

10. *Ipſus* equidem, nunc primùm iſtam tecum conſpicio, (*ipſe.*

11. Salvum *ſignum* eſt. (*ſigillum incorruptum.*

12. Quin tu iſtane jubes pro *cerita* (*inſana*) circumferri?
Nam hæc quidem ædepol larvarum plena eſt (*perturbata.*

13. Hem tibi paternam, *eccam* [*ecce illam*] aſpice huc ſis, nunc jam,
Tu, qui quæ facta inficiare, (*negas jam facta,*
Si patera pateram peperit, omnes *congeminavimus*, *geminati ſumus.*

[15. Opus

15 Op⁹ mi eſt iſtuc exquiſito(*hoc exquirendũ eſt*
16 Quid ego feci, *qua iſthac propter* dicta dicantur mihi(*qua propter hæc.&c.*
*Amph.*Tuæ *edictas* facta tua,(*edicis*) ex me quæris, quid deliqueris.
17 Saltem tute. ſi pudoris egeas ſumas mutuum.
*Alc.*Iſtic facinus.*quod* tu *inſimulas* noſtro *generi non decet* (*genus.&c.*

*Pudicitia decet mulieres.* Tu ſi me impudicitiæ *captas*,non potes *capere* (*non probare.*
18 Neſcio quis præſtigiator hanc fruſtratur mulierem.(*decipit.*
19 *Alc.* Non ego illam mihi dotem eſſe duco, quæ dos dicitur,
Sed pudicitiam & pudorem,& Deûm metum,&c.
20 Ex amuſſim eſt *optuma*Delinit⁹ſum profectò.
21 Mulier iſtam *rem inquiſitam* certum eſt!*non amittere.* (*inquiram.*
22 Nunquid cauſam dicis, quin te hoc *mutem matrimonio.*(*repudiem.*

ACT.III. Huc cum ex templò *adventũ apporto(advenio*
Scen.I. 2 Culpa mea ſit quod ego contraxerim, ſi innocenti *expetat.* [*imputetur*
3 In horum familiam,*fruſtrationem* hodie *iniciam* maximam (*decipiam.*

Scen.II. Quæ ſunt facta infecta refert, · atque id me, ſuſque deque habituram
putat · non me perpetiar probri falſò inſimulatam.
2 *Iup* Quonam *ted.*[*temet*) avertiſti ? *Alc.*inimicos *eſa ſum obtuerier.*
3 Potin' ut abſtineas manum ? -- niſi ſis ſtultior ſtultiſſimo.
4 *Id* huc *reverti* (*ideo reverti*) uti me purgarem tibi.
5 Nunc quando factis me impudicis abſtines, (*avocas.*

Ab

Ab impudicis dictis *avorti* volo. (*abſtinere ne ſc. in facta incidam.*

6. Ibo egomet: comitem pudicitiam duxero.

7. Capiunt voluptates, capiunt rurſum miſerias (*invicem conjuges.*

*Conjugum brevis ira.* Iræ interveniunt, redeunt rurſum in gratiam. Si *reventum* in gratiam *eſt*, bis *tanto* ſunt amici inter ſe, quàm priùs.

Scen. III. Volupe eſt mihi & ſervum par videtur *frugi ſeſe inſtituere* (*frugi eſſe.*

*Servus bonus.* 1. Vultum è vultu comparet, triſtis ſit, heri ſi triſtes *hilarus* ſi gaudeant. (pax

2. Habui expurgationem (*purgavi me*) facta eſt

3. Tu gubernatorem huc evoca verbis meis.

Scen. IV. Ne quiſquam tam audax nunc fuat (*fuerit*) homo, qui obviam obſiſtat mihi.

2. Ego ſum Iovi dicto audiens, ejus juſſu nunc huc me adfero.

3. Capiam coronam mi in caput, aſſimulabo *med.* (*memet*) eſſe ebrium.

Act. IV. De ſupero, (*loco*) cum huc acceſſerit faciam, ut ſit madidus ſobrius. (*madefaciam.*

Scen. I. Pene effregiſti fatue foribus cardines. An foris (*fores*) cenſebas nobis *publicitus* (*ex publico*) *præberier*. Quis es? &c.

*Verbera me reri.* 2. Verbero, etiam quis ego ſum me rogitas? ulmorum acheruns, quem pol ego hodie ob iſthæc dicta faciam ferventem flagris.

3. *Merc.* Prodigum te fuiſſe oportet olim in adoleſcentia.

*Verbera minari.* *Amph.* Qui dum? *Merc.* Quia *ſenecta in ætate* à me mendicas malum. (*inſenio.*

*Amph.* Cum cruciatu tuo iſthæc hodie Verna *verba funditas.* (*malo tuo reſpondes.*

*Mer. Sacrifico* ego tibi *Amph.* Qui? *Mer.* Quia enim te macto infortunio.

Scen. II. Introrumpam in *ædis*, ubi *quemque* hominem adſpexero, obtruncabo, &c. Lar-

2. Larva, umbratilis, tu me minis territas?
3. Si minuſculo digito *increpuerint fores*, hac tegula tuum
Diminuā caput, ut cū dentibus linguā excrees.
4. *Bacchanal* te *exercuiſſe* oportuit ſenex (*vixiſſe bacchānalia.*

Scen. III. Quæ intemperiæ noſtram agunt familiam?
2. Priuſquam ſtomachum detexerit (*cauſam iracundiæ.*
3. Fames & mora bilem in naſum conciunt.
4. Ut hodie tecum *conviverem.* (*convivarer.*
5. Ne te ſacrificem, nunquam evades (*non evades mortem.*
6. Bacchus te *irritaſsit.* (*ebrius es.*) Nec ſalutem Bacchum (*non bibam.*
7. Præſtigiator fortè hanc excantat tibi familiam. (*veneficio tenet*

Scen. IV. Lances detergam omnes, omneſque trullas hauriam (*edam bibamque omnia.*
Ibo *adverſum* (*obviam*) accurro, ut ſciſcam quid velit. (*intelligam*

ACT. V. Scen. I Spes atque opes meæ jacent ſepultæ in pectore. Neque ulla eſt confidentia jam meo in corde quin amiſerim.
Ita mihi animus etiam nunc abeſt.
*Timidus* Nam *mihi horror* miſero *percipit dictis* tuis [*horreo addicta.*

## Ex Aſinaria Comædia II.

*Prol.* FAce nunc præco omnem auritum populum. (*Proclama, ut audiant.*

ACT. I. Scen. I. Ita me obſtinatè aggreſſus, ut non audeam quin promam omnia.
2. Cave mihi quicquam mendacii ℞. ut ipſe *ſcibo* (*ſciam*) ſic faciam, ut ſcias.
3. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit?
*Verbera mereri.* Apud *fuſtitudineas, ferricrepinas* (*ubi fuſtes & ferrum inſonat*) *inſulas*
Ubi vivos homines mortui incurſant boves. (*dum borum loris inverberantur.* 4. Ob-

4. Obſecro herclè, ut quæ locutus, deſpuas. (*re voces.*

Nudo detrahere veſtimenta me jubes. [*fruſtra laborare.*

*Fruſtra laborare* *Defrudem* (*defraudem*) ego te? age ſis, ſine pennis vola. (*fac quod nequis*

Jubeas una opera me piſcari in aëre.

6. *Moriri* ſeſe miſere mavolet, quàm non perfectum reddat quod promiſerit.

7. Rectam inſtas viam. Non ſuppetunt dictis data [*non praſtas*

8. Nunc verba in pauca conferam quid te velim. (*paucis dicam.*

Scen.II. Perlecebræ (*illecebra*) pernicies, adoleſcentum exitium.

2. Irrita eſſe *intellego* (*intelligo*) omnia, quæ dedi, & quod benefeci.

3. Ego pol eodem te redigam unde orta es, ad egeſtatis terminos.

*Amore teneri.* 4. Amans ego animum meum iſti dedi. (*applicui.*

Fixus hic apud nos eſt animus tuus clavo Cupidinis.

Scen.III. 2. Solus ego te ab egeſtate abſtuli. (*abſtraxi.*

3. Par pari datum *hoſtimentum* eſt, [*retributio*] opera pro pecunia.

4. Semper oculatæ noſtræ ſunt manus, credunt quod vident. [*paratam pecuniam volunt.*

Act.II. Scen.I. Jam diu factum, cum *diſceſti* ab hero, *inveniundo* argento, ut fingeres

*Piger.* Fallaciam ibi tu ad hoc diei tempus dormitaſti in otio. Quin

Tu abs te ſocordiam omnem rejicè, atque ad ingenium vetus te recipe &c.

2. Ad heri fraudationem callidum ingenium ferunt.

Scen.II. Ego illos lubentiores faciam, quàm lubentiâ eſt.

2. Illic homo *ædis* [*ædes*] compilavit, more ſi fecit ſuo.

3 Etiam de tergo ducentas plagas *prægnantis* dabo, (*pregnantes.*

℞. Largitur peculium omne, in tergo theſaurum gerit.

*Occaſione utendum*

4 Si huic occaſioni tempus ſeſe ſubduxerit, Nunquam ædepol quadrigis albis *indipiſcet* (*adipiſcetur*] poſtea.

Sed ſi mecum occaſionem opprimere(*arripere*) hanc, quæ obvenit, ſtudet. *maxumas* opimitates (*opulentiam*) gaudio *effertiſsimas* ( *refertiſsimas*

Suis heris, ille unà mecum pariet,

5 Non placet, metuo in commune, ne quam fraudem *frauſus ſit* (*ne decipiat.*

6 Quid ego hic properans *conceſſo* (*ſeſſo*) pedibus, lingua largior, quæ loquens lacerat diem ? ibo *advorſum* atque *electabo*(*eliciam*) quidquid eſt.

*Tœnis dignus.*

7 Gymnaſium flagri ſalveto, cuſtos carceris, Catenarum colone, virgarum laſcivia. cujus manus manicæ complexæ ſunt, atque addictæ ad trabem, Omnium digniſſimè quò cruciatus confluãt

℞ Ego mirabar jam dudum, quod ſcapulæ *geſtibant* mihi. (*ad flagra.*

8 Verbis velitationem fieri compendiò volo. (*breviter dici.*

9 Non vides me ex *curſura* (*curſu*) anhelitum etiam ducere.

10 Extemplò facio facetum atque magnificum virum.

11 Te non equum eſt *mi* ſuccenſere, Dæmenetum *adduce* ( *adduc.*

Jam hoc opus *exaſciatum* eſt. (*ex ædificatum ſeu præparatum.*

12 Ego interea illum hic oblectabo prius[*detinebo fraude*) ſi advenerit.

13 Dico ut uſus fieri (*fieri ſolet, aut poteſt.*

Promit

14 Promitto inquam *hoſtire* contra, (*retribuere*) ut meruens.

Scen. III. Illaſce *adis* eſſe oportet, i *puere pulta* (*puer pulſa*. *Januam pulſare.* ℞. Quis noſtras ſic frangit fores? Nolo ego fores *conſervas* meas (*me conſervantes.*

A te verberarier. Ita hæc *morata* eſt (*hanc conſuetudinem habet*)

janua, extemplò janitorem vocat, ſi quem videt ire ad ſe calcitronem (*calces illidentem.*

2. Quisquis obviam huic hic *occeſſerit* (*ineeſſerit*) irato vapulabit

Siquidem hercle Æacidinis (*Achillis*) minis expletus incedit.

3. Libanum in tonſtrinam, ut juſſeram venire, is *nullus* (*non*) venit.

*Verbera minari.* 4. Siquidem Iupiter precator *asſiet* (*adſit*) malam rem effugies nunquam.

Stimulo latera conteram tua, quæ *occalluere* (*callum duxere*) plagis.

Tanquam ſi claudus ſim cum *fuſti* (*fuſte*) eſt ambulandum,

5. Itaque jam herclè clamore, & ſtomacho, non queo labori ſuppeditare (*clamore & ira exhauſtus ſum.*

*Servorum opera.* 6. Iuſſin' columnis dejicier operas aranearum?

Iuſſine in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris?

Herus in hara, haud ædibus habitat.

7. Non hercle te provideram, ita iracundia obſtitit oculis.

8. Dabitur pol ſupplicium mihi de tergo veſtro, (*lueris.*

9. Meo periculo, rem ſalvam ego exhibebò.

10. Illi omnium ſumam rerū *ipſus* ſemper credit.

11. Non magni pendo: ne *duit* (*det*) ſi non vult.

12, Hercle iſtum Dî omnes *perduint* (*perdant*) verbo cave *ſupplicasſis* (*ſupplices.*

13. Tu contumeliā alteri facias; tibi non dicatur?

Act. III. Scen. I. *Proles obſequens.*

Nequeon' ego te interdictis facere manſuetam meis? (*cohibere verbis.*

An tu ita es animata, ut qui expers matris imperii *ſies*? (*Non obſequeris matri*?

2. Ubi *piem* (*uſurpem*) pietatem, ſi iſto more morata tibi
Poſtulem placere?

3. *Ad* loquendum atque ad tacendum, tu te habea *portiſculum* (*ſicut remigum præfectū*) & meam partem loquendi & tuam trado tibi.

4. Periculum *ecaſtor* (*feminis hæc vox familiaris*) ne dum ejus expectamus mortem,
nos moriamur fame.

5. Ultrò *expetiſsis* (*expetis.*

6. Largus lacrymarum trudetur foras. (*lacrymans extrudetur.*

Scen. II. *Verberum patiens.*

Scapularum confidentia, & virtute ulmorum freti.
adverſum ſtimulos, noſtris ſycophantiis, dolis, aſtutiiſque *ibimus.*

2. Ædepol virtutes qui tuas nunc poſſit collaudare,
ſicut ego poſſim, quæ domi duellique malè feciſti,
ubi fidentem fraudaveris, ubi in furto ſis prehenſus, ſacro manus admolitus,
ubi ſæpe causâ dixeris pendens adverſus octo
aſtutos *audacis* (*audaces*) viros, *valentis* (*valentes*) virgatores.
ubi ſæpe in languorem dederis, tuâ duritiâ lictores, &c.

Scen. III.

Acerbum funus filiæ facit, ſi te carendum eſt.

2. Negotioſus *interdius* [*interdiu*) videlicet Solon eſt leges ut conſcribat, quibus ſe populus contineat, ut frugi *ſiet.*

3. Sermoni jam finem *face* tuo, hujus ſermonem accipiam.

4. Cur tu obſecro, immerito meo, me morti dedere optas.

5. Cur

5.Cur enim minitaris tibi te vitam eſſe amiſſurum? (*quod te velis interimere*

6. Quiſnam iſtuc *accredat* tibi, cinæde calami ſtrate ?

7. Auſculate, atque operam date, & mea dicta devorate.

8. Quæſo herclè, Libane, ſcis herum tuis factis ſoſpitari.

9. Ego *caput* huic argento fui hodie reperiundo. (*id eſt, autor.*

*Alter.* Ego pes fui. *Tertius.* Nec caput, nec pes hujus ſermonis apparet.

10. Homines ſalus fruſtratur, & fortuna.

Act. IV. Scen. I. Agedum iſtum oſtende, quem conſcripſti *ſyngraphum* (*ſyngrapham.*

2. Tuus *arbitratus ſit*, comburas ſi velis.

3. Suſpiciones omnes abs ſe ſegreget.

Neq; ullum verbū faciat *perplexabile.* (*perplexū*

4. Fortè ſi tuſſire *occæpſit* [*occæperit*) tu labellum – *abſtergeas* (*abſtergas.*

Act V. Scen. I. Hunc video æquè eſſe mœſtum, ut quaſi dies ſi dicta ſit.

*Ar.* 1. Ne *dixis iſtuc* (*dixeris iſtud*) ℞. Ne ſic fueris; illicò ego non dixero.

Scen. II. Neque divini, neque mi, humani poſthac quicquam *accreduas*,

*Nequam homo.* Si *hujus rei* me eſſe *mendacem* inveneris.

3. Scito illum ante omnes minimi mortales preci, madidum, incontinentem &c.

4. Aucupemus ex inſidiis clanculum, quam rem gerant.

5. Quid tibi hunc *receptio eſt*, ad te virum meum?

6. Iſtoſcine patrem æquum eſt mores liberis largirier? [*ſic inſtruere filios.*

## Ex Aulularia Com. III.

ACT. II. Scen. I. Exi inquam, exi, exeundum herclè tibi hinc eſt foras,

Circumſpectrix cum oculis *emiſſitiis.*

*Herus curioſam ancillam abigit.* *Staſ.* Nam cur me miſeram verberas ? *Eucl.* Ut miſera ſis.
Tibi ego rationem reddam ſtimulorũ ſeges.
Teſtudineum iſtum ego tibi *gradibo* [*promovebo*] gradum.
*Staſ.* Utinam me Divi *adaxint* [*adigant*] ad ſuſpendium,
Potius quidem, quàm hoc pacto apud te ſerviam.
*Eucl.* Oculos hercle ego iſtos improba effodiam tibi,
Aut ſi *reſpexis donicũ* [*donec cum*] ego juſſero
Continuò hercle ego te *dedam diſcipulam cruci* (*affigam.*
Abſcede etiam nunc, etiam nunc, etiam, ohe, nunc,
Metuo ne mihi ex inſidiis verba imprudenti *duit* (*inſcio det*
Neu perſentiſcat aurum, quæ in occipitio quoque oculos habet.
*Staſ.* Neſcio pol, quæ illunc hominem intemperiæ tenent.
*Pervigil.* Pervigilat totas noctes, tum autem *interdius*,
Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.
Neque jam quo pacto, celem herilis filiæ
Probrum, propinqua cui *partitudo* [*partus*] appetit,
Queo cõminiſci, neq; quicquã meli⁹ eſt mihi
Ut opinor, quam ex me ut unam faciã literã
Scen. II. *Eucl.* Nunc defecato [*hilari*] demum animo egregredior domo.
*Staſ.* Nihil intus quæſti [*quaſtus*] eſt furibus, ita inaniis ædes ſunt oppletæ,
atque araneis. ℞. araneas mihi ego illas ſervari volo.
*In hoſpitalis domus.* Cave quenquam alienum in *ædis* intromiſeris
Ignem extingui volo, aquam affugiſſe dicito ſiquis petat,

Quæ

Quæ utenda vaſa rogant, ſures abſtuliſſe dicito.

Hoc prædico tibi, ſi bona fortuna veniat, ne intromiſeris.

*Diſcrucior animi*, quia à domo abeundum eſt mihi.

Nam nunc cum celo ſedulo omnes, ne ſciant,

Omnes videntur ſcire, adeunt, conſiſtunt, *copulantur dexteras*,

Nunc quo profectus ſum ibo, *poſtidea* (*poſtea*) domum.

Me rurſum quantùm potero tãtùm recipiã.

Scen. III. Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror, lapides loqueris.

2. Ego virtute Deum & majorum noſtrorum dives ſum ſatis,

*Vxor ſuperba onus domeſticum eſt.*

Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles, (*uxorum*

Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram

nihil moror, quæ in ſervitutem ſumptibus redigunt viros.

Scen. IV. *Praſagibat* mihi animus fruſtra me ire, *quum* exibam domo.

*Senex dives auri, prodi metuens.*

Nunc domum *properare propero*: nam egomet ſum hic, animus domi eſt.

*Meg.* Salvus atq; fortunatus Euclio ſemper *ſciet*.

*Eucl* Non temerarium eſt, ubi dives blandè appellat pauperem.

*Meg.* Ain' tu te valere? *Eucl.* Pol ego haud à pecunia perbene.

*Meg.* Pol ſi animus eſt æquus tibi, ſatis habes, qui bene vitam colas.

*Eucl* Virginem habeo grandem dote caſſam, atque illocabilem.

*Meg.* Adjuvabere à me, dic ſiquid opus eſt, impera.

*Eucl.* Nunc petit, cum pollicetur, inhiat, aurum ut devoret.

Nemini credo, qui largè blandus eſt, dives pauperi.

Ubi manum injicit benignè, ibi onerat ali quam Zonulam.

ego iſtos novi polypos, ubi quid tetigerint, tenent.

aurum mihi intus harpagatum eſt; nunc hic eam rem *volt* ſcio,

*mecum adire ad pactionem.* Verùm intervi-ſam domum.

*Meg.* Certè ædepol equidem te civem, ſine mala omni malitia,

Semper ſum arbitratus, & nunc arbitror. *Eucl.* Aurum huic olet.

*Meg* Filiam tuam mihi uxorem poſco, promitte hoc fore.

*Eucl.* Hei Megadore haud decorum facinus tuis factis facis.

Ut inopem atque innoxium abs te, atque abs tuis me irrideas.

*Imparis fortuna.* Si filiam *locaſsim* (*locem*) meam tibi: in mentem venit;

te bovem eſſe, & me aſellum ubi te cum conjunctus *ſiem*:

ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego aſinus in luto,

& te utar iniquiore, & meus ordo me irrideat:

*Neutrubi* habeam ſtabile ſtabulum? ſiquid divortii *fuat*,

aſini me *mordicibus ſcindant*, boves incurſent cornibus.

*Meg.* Quàm ad probos propinquitate proximè te adjunxeris,

Tam optimum eſt. *Eucl.* At nihil eſt dotis quod dem. *Meg.* Ne *duis* (*des*.

Dum

Dummodo morata rectè uxor,dotata e.t ſatis.

*Eucl.*Nonne ego diſperii? quid crepuit quaſi ferrum modo?

*Meg.* Abit? faſtidit mei. Video mearbitrari idoneum

Quem *Senecta atate* ludos faciat (*In ſenio rideat.*

*Eucl.*Scio, quo vos pacto divites ſoleatis *perplexarier.*

Pactum non pactum eſt, non pactum pactum eſt, quod vobis lubet,

Theſaurum inhiat, eâ *affinitatem* hanc *obſtinavit* gratiâ.

Scen.V. Ubi tu es quæ deblateraſti jam vicinis omnibus

Meæ me filiæ daturum dotem? heus Staphyla,te voco. Ecquid audis?

2. Ecaſtor malum mærorem metuo,ne miſtum

Act.II. bibam.

Scen.I. Pumex non æquè eſt aridus,atque hic eſt

*Avarus.* ſenex.

Divum atque hominum clamat continuò fidem

De ſuo tigillo fumus ſiqua exit foras.

Quin cumit dormitum follem obſtringit ob gulam(*circa.*

ne quid animæ fortè amittat dormiens.

*Coc.* Etiamne obturat inferiorem *gutturem*? (*guttur.*

aquam herclè plorat, cum lavat, profundere.

Famem hercle utendam, ſi roges, nunquam dabit.

Quin ipſi pridem tonſor ungues dempſera'.

Act.III. Collegit omnia,abſtulit præſegmina.

Scen.II. Intro abi,opera huc eſt conducta veſtra,non oratio, (*laborandum, non fabulandum.*

2.℞. Coctum ego, non vapulatum dudum conductus fui.

*Eucl.*I, & cœnam coque, aut abi in malum cruciatum ab ædibus.

Nimium libenter *edi*[*audivi*] ſermonem tuum

3. Mihi *omnis* [*omnes*] angulos furum impleviſti in ædibus.

*Rapaces coci.* qui mihi intromiſiſti in ædes quingentos coquos

cum ſeris manibus, genere Geryonaceo. (*ex Geryone tricorpore.*

*Mulier vinoſa,* quos ſi Argus ſervet, qui oculeus totus fuit, is nunquam ſervet. præterea Tibicinam,

quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatet,

Corinthienſem fontem & Pireneum poteſt.

4. Ego hodie te reddam madidum [*ebrium.*

Scio quam rem agat, ut *me deponat vino*[*inebriet*] eam affectat viam.

ACT. IV. Scen. I. Hoc ſervi eſt facinus frugi, facere quod ego perſequor.

Tu modo cave, cuiquam indicaœs[*indices*] aurum meum.

Scen. II. Si quis invenerit *Aulam* [*ollam*] onuſtam *auri* quæſo ut *prohibes ſis* [*prohibeas.*

Scen. III. Non temere eſt quod *Corvos* [*corvus*] cantat mihi nunc à læva.

2. Cor mihi cœpit artem facere ludicram, atque

*Metuens mali.* in pectus emicare. [*tremo metu.*

3. Quæ te mala crux agitat? ℞. *verberabilisſime* etiam rogitas!

4. Pone hoc ſis, aufer cavillum, non ego nunc nugas ago.

5. Sanus tu non es [*ſapiens*] qui furem me voces.

Scen. IV. Perii oppido, ita mihi ad malum malæ res plurimæ ſe agglutinant,

1. Ibo intrò ut quid hujus veri ſit, ſciam.

Hæc

Hæc propemodum jam eſſe in vado ſalutis res videtur.

2. Spatium ei dabo *exquirendi meum factum*,&c *Eccas* manus (*ecce illas.*

ACT. V. Quis me Athenis nunc magis quiſquam eſt homo,cui Di ſint propitii,

Congrediar *contollam* gradum. (*conveniam*

Ego te emittam manu[*manu mittam*]*ſcelerum* cumulatiſſime?

## Ex Captivis Comœdia IV.

ACT. I. Scen I. Nos paraſiti.quaſi mures,ſemper edimus alienum cibum

*Eſuriens paraſitus.* Quaſi cum caletur, cochleæ in occulto latent;

Suo ſibi ſucco vivunt,ros ſi non cadit.

Paraſiti venatici prolatis rebus ſumus,

Quando res redierunt, moloſſici, & multum *incommod-ſtici* [*eſurientes.*

Scen. II. *Adverte* animum ſis tu.iſtos captivos here [*heri*]quos emi,

*Incarcerari.* His indito catenas *ſingularias*[*ſingulatim.*

Liber captivus *avis* feræ *conſimilis eſt.*

2.In caveam redabo. Faciam quæſtum *carcerarium.*

3. Hoc ego quidem nimis quàm cupio, ut impetret.

*Macilentus.* 4.Ego tui amore maceror,maceſſo, & tabeſco miſer,

Oſſa atque pellis ſum miſer à *macritudine.*

5. Nunquam iſtuc *dixis*,neq; animũ *induxis* tuũ

*Conciliari.* 6 Illum confido dominum,in his diebus me *reconciliaſſere* [*reconciliari.*

Si ullo modo ille huc conciliari poteſt [*reduci ad nos.*

7. Cujus nunquam vultum *tranquilavi gratiis.*

5 Nunquam erit tam avarus, quin te *gravu* (*gratu*) emittat manu,
Et mea opera,ſi hinc rebito (*redibo*)faciam, ut faciat facilius.
6 Si ego memorem quæ me erga (*erga me*) multa feciſti bene,
' Nox diem adimat.
7.Servate iſtum,*ſultis* (*ſi vultis*) ſervi,ne quoquam pedem
efferat ſine cuſtode Ei rei primum prævorti volo (*rem praeoccupari*

Act.III. *Eſuriens paraſitus.*

Nam hercle ego huic diei, ſi liceat, oculos effodiam libens.
ita malignitate oneravit omnes mortales mihi,
neque jejunioſiorem, neque magis *effertum* fame vidi.
Itaque venter, guttur, reſident eſuriales dies
Ilicet paraſiticæ arti in maxumam malam crucem.
2.*Plagipatidæ*, quibus ſunt verba ſine penu & pecunia,

*Nemo arridet.*

3.Dico unum ridiculum dictum, de dictis melioribus,
Quibus ſolebam *menſtruales* (*menſis unius*) epulas antè adipiſcier,
nemo ridet. ſcivi exemplò rem ex compacto geri.
Ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier,
ſaltem ſi non arriderent, dentes ut reſtringerent.
4.Illic mihi eſt una ſpes *cœnatica*, ſi ea decollabit, redibo ad ſenem.

Scen. III. *Deſperata ſpes.*

Nunc illud eſt, cum me fuiſſe, quam eſſe multò mavelim.

nunc ſpes, opes,auxiliaque à me ſegregant;
quæ *aſpellant* metum.
nec ſycophantiis,nec fucis ullum *mantellum* obviam eſt (*pallium*,
*Dolus proditur.* nec confidentiæ uſquam hoſpitium eſt, nec diverticulum dolis.
operta quæ fuere,aperta ſunt,patēt præſtigiæ
neque negotium eſt,quin malè occidam,oppetamque peſtem.
Neque jam ſervare ſalus ſi *volt*, me poteſt, nec copia eſt.
Niſi ſi meo aliquam corde machinor aſtutiam.
Scen. IV. Occiſa eſt hæc res,eunt ad te hoſtes, quid loquar? quid negabo?
*Ariſt.* Quid iſthuc eſt,quod meos te oculos fugitare dicam Tyndare?
*Inſanit.* *Tynd.* Hegio hic homo rabioſus habitus eſt in Aulide,
Ne tu, quòd iſtuc fabuletur, *aures immittas* tuas.
*Heg.* Te ſodalem ajebat. *Tynd* Alcmæon atq; O teſtes,unâ operâ
Mihi ſunt ſodales,quâ iſte. *Ariſt.* At enim furcifer
malè mihi loqui audes? *Tynd.* Tu enim repertus Philocratem
Qui ſuperes *veriverbio*. Tu inventus vera *vanitudine* qui vincas.
2. Eſt miſerorum,ut malevolentes ſint, atque invideant bonis.
3. Pol ſi *adbites* (*accedas*) propius os denaſabit tibi mordicus.
Ludificabitur,Ajacem,hunc cum vides, ipſum vides.
4. *Tynd.* Nunc ego inter ſaxum ſacrumq; ſto, nec quid faciam ſcio,

*Ariſt.*

*Ariſt* Ex me *audibis* [*audiet*) vera. Nihil hoc certo inveniens certius.

*Deceptus.* 5 *Heg* Igitur ego *ærumnatus*, & *deartuatus* ſum miſer,

Hujus ſceleſti technis qui me, ut me, ut lubitum eſt, ductavit dolis.

6 *Tynd.* Væ illis virgis miſeris, quæ hodie in tergo morientur meo.

Servus manſit pro domino, nucleum amiſi, reliquit pignori putamina

Ita mihi ſtolido ſurſum verſum os ſublevêre offuciis.

Colophe, Carox, ite iſtuc, atque efferte lora.

*Los.* Num lignatum mittimur?

Injicite huic actutum manicas maſtigiæ.

Scen. V. *Tynd.* Quid deliqui? *Heg.* Rogas? ſator ſartorque ſcelerum, & meſſor *maxume*.

*Deceptor.* At ut cònfidenter mihi contra adſtitit?

*Tynd.* Quid nogotii eſt, quamobrem ſuccenſes mihi?

*Heg.* Quia me, meamque rem, tuis ſceleſtis *falſidicis* fallaciis

*Delaceraviſti*, *deartuaviſtique* opes, confeciſti rationes meas.

*Tynd.* Qui per virtutem perit, at Pol non interit.

*Heg.* Facito ergo, ut *acheruntis clueas* (*luceas*) gloriâ.

Quando ego te exemplis excruciavero peſſumis,

*Pœnis. multare.* atque ob ſutelas tuas te morti miſero.

Dum pereas, nihil *interduo*, (*nihil curo*] dicant vivere.

Ibis porro in latomias lapidarias.

Niſi cottidianos (*quotidianus*] ſeſqui opus confeceris,

Sexenio plago nomen indetur tibi. Noctu nerva Vinctus.

(*uſtodibitur*, [*cuſtodietur*) *interdius* ſub terra lapides eximet. Y 7 *Tynd.*

*Tynd.* Breve ſpatium eſt *perferundi*, quæ *mi- nitas* mihi.

Si *rebitet* Philocrates, facias mihi *conveni- undi* copiam. [*ſi redeat &c.*

*Ariſt. Exauſpicavi* ex vinculis, nunc intelligo *redauſpicandum* eſſe in catenas modò. (*libe- ratus cogor ad vincula redire.*

Act. IV. Iupiter maximas, opimitates, opiperaſque offers mihi.

Scen. I. Ita hic me amœnitate amœna amœnus oneravit dies.

Scen. II. *Glorioſus. pugnator.* *Eminor*, *interminor*, ne quis mihi obſtiterit obviam.

niſi qui ſat diu vixiſſe ſe homo arbitrabitur.

Meus eſt baliſta pugnus, cubitus catapulta eſt mihi,

Humerus aries: tum genu, ut quemque icero ad terram dabo.

Dentilegos omnes mortales faciam.

*Heg.* Mira ædepol ſunt, ni hic in ventre ſumpſit confidentiam.

*Erg.* Tum piſtores *ſcrophipaſci* (*qui ſcrophas paſcunt*) qui alunt furfuri ſues,

Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos.

quorum *odos* (*odor*) ſub baſilicanos (*ſub baſi- lice habitantes*] omnes abigit &c.

hos ego omnes reddam mortales miſerrimos.

*Heg.* Euge edictiones ædilitias hic habet quidem.

*Exultans paraſitus.* *Erg* Non egonunc paraſitus ſum, ſed regum rex regalior,

Tantus, ventri commeatus meo, adeſt in portu cibus.

ſed ego ceſſo hunc Hegionem onerare lætitia ſenem,

quo homine hominum adæquè nemo vivit fortunatior?

Ape-

Aperite fores priuſquam *pultando aſſulatim* exitium adfero.

*Heg.* Perlubet *hunc hominem colloqui.* *Erg.* Oh mihi, quantum eſt hominum

optumorum optime, in tempore advenis. Cedo manum

actutum.gaude. *Heg.*quid ego gaudiam?*Erg.* Quia ſic impero.

*Heg.*Pol mœrores mi *antevortunt* gaudiis *Erg.* noli iraſcier

Jam ego ex hoc corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.

*Gaudium ex nuntio filii reducis.*

Gaude audacter. *Heg.* gaudeo, etſi nil ſcio, quod gaudeam.

*Erg.*Bene facis, jube. *Heg.*quid jubeam? *Erg.* Ignem ingentem fieri.

*Heg.*Tuan' cauſa me ædes incenſurum cenſes? *Erg.* Juben' epulas foveri foculis?

alium piſces *præſtinatum* (*emptum*) abire, alium pullos gallinaceos ? &c.

*Heg* Nominandi iſtorum tibi erit magis,quàm edundi copia.

Proin'tu tui quotidiani *victi* ventrem ad me afferas.

*Erg.*Vin' te fortunatum faciam ? DI omnes adjuvant. *Heg.* nihil ſentio.

*Erg.* Accipe lætitiam quam fero,filium vidi ſalvum & ſoſpitem.

Liberorum quærundorum cauſsâ ei uxor data eſt.

*Heg.*DI immortales.iterum natus videor,ſi vera *autumas* (*refers*

*Erg.* Si parva jurejurando eſt fides,viſe ad portū.

*Heg.*Facere certum eſt, tu cura quod opus, te facio cellarium.

*Erg.*Nam hercle niſi *mantiſſinatus probè ero*, fuſti plectito.(*ordinaro rectè* à mantiſſa addimamento.

*Heg.* Æternum tibi *dapinabo* cibum, ſi vera autumas. (*inſtruam.*

*Apparatus ciborum* *Erg.* Illic hinc abiit, mihi rem ſummam credidit cibariam.

Di immortales, jam ut ego *collos* (*colla*) *prætruncabo* tergoribus.

Quanta pernis peſtis veniet, quanta *abſumede* ſumini,

nunc ibo ad meam præfecturam ut jus dicam larido,

& quæ pendent indemnatæ pernæ eis auxilium feram.

*Famulus.* Quanta clades calamitaſque, intemperies modò in noſtram devenit domũ?

Quaſi lupus eſuriens, metui, ne in me faceret impetum.

Actus V. Scen. III. *Pœnæ graves.* Vidi ego multa ſæpè picta, quæ Acherunti fierent

Cruciamenta: verùm enimverò nullus adæque eſt Acheruns

Atque ubi ego fui in lapicidinis.

2 Nunc ædepol demum in memoriam regredior.

## Ex Curculione Comædia V.

Act. I. Scena I. *Mulier vinoſa.* SEmper, tu ſcito, flamma fumo proxima eſt.

Qui nucleum eſſe *volt*, frangat nucem.

2 *Multibiba*, atque *merobiba*, verbo anus, *vinoſiſsima* eſt.

3 Flos veteris vini meis naribus objectus eſt.

ejus *amor* cupidam me huc prolicit per tenebras.

Salve Lileri lepos. omnium unguentûm odor, præ tuo, nautea eſt.

Tu mihi ſtacte, tu cinnamum, tu roſa, tu crocum, & caſia,

Tu bellium nam ubi tu profuſus; ibi ego me pervelim ſepultam. *Bal.*

*Pal.* Canem eſſe hanc quidẽm magis par fuit. ſagax naſum habet.

*An.* Amabo *cuja* vox ſonat procul? ſalve *oculiſsime* homo.

*Pal.* Age effunde in barathrum, properè prolue cloacam.

*An.* Mihi haud ſæpe eveniunt tales hereditates.

*Pal.* Hoc vide; ut ingurgitat impura in ſe merum avariter.

Auſcultes mihi, atque iſtam exturbes ex animo ægritudinem.

Actus II. 2 Paraſitus tormento non retineri poterit ferreo, quin reciperet ſe huc eſum ad *præſepim* ſuam; [*præſepe.*

Scen. III. *Properans.* Date viam mihi, noti, atque ignoti, fugite. abſte, ſecedite:

ne quem in curſu capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu.

Ita nunc ſubitò properè & celerè objectum eſt mihi negocium.

Nec ſtrategus obſiſtat, nec tyrannus quiſquam nec *agoranomus.*

Nec iſti Græci Palliati, qui incedunt ſuffarrinati cum libris.

Ecquis commonſtret Phædromum? celeriter mihi hoc homine convento eſt opus.

*Famelicus.* 2 Lippiunt fauces fame, ita cibi vacuitate venio laſſis lactibus [*inteſtinis, certis.*

3 Perna, ſumen glandium, hæc ſunt ventri ſtabilimenta.

Act. III. Act. IV. Scen. III. Subduxi ratiunculam, dives ſum, ſi non reddo, quibus debeo.

Non ego jam mediocri incedo iratus iracundiâ;

*Offenſus & minans alteri.* ſed eapſe illa, quâ excidionem facere condidici oppidis:

niſi tu mihi properè properas dare, vitam propera ponere.

℞. Non

3. Non ædepol nunc ego te mediocri macto infortunio;
ſed eo ipſe illo, quo mactare ſoleo, cui nihil debeo.
Ne te mihi facias ferocem. Nunquam ſubiges, redditum ut reddam.
2. Ita me machæra & clypeus benè juvent pugnantem in acie,
jam ego te faciam, ut hic formicæ ftuſtillatim differant.

Scen. IV, Hic apud me hodie nunquam delinges ſalem,

ACT. V. Argentum propera vomere, aut ego ex te faciam pilum catapultarium.

*Pœnas minari.* Ita te nervo torquebo itidem, ut catapultæ ſolent.
2. Hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripi?

## Ex Caſina Comœdia VI.

Scen. I. P*Rol.* Tranquillum eſt, Alcedonia ſunt circum forum.
Non mihi licere meam rem me ſolum, ut volo loqui?

*Perſequi & advigilare alteri.* *Olym* certum eſt mihi quaſi umbra, quoquo ibis tu, te perſequi.
quin ædepol, etjam ſi in crucem pergis, ſequi decretum eſt.
Dehinc conjicito, poſſis, nec ne, clam me, ſutelis tuis
Præripere aurum. Herclè me ſuſpendio,
quam tu ejus potitor fias, ſatius eſt eſſe mortuum.
2. Ex ſterquilinio effoſſe, tu te in laqueum induas.
3. Dabitur tibi fons unus, unum ahenum, octo dolia;

*Labore opprimere & fame.* quæ niſi erunt ſemper plena, ego te implebo flagris.

Ita te *aggerunda* curvum aquâ faciam probè,
Ut poſtilena poſſit ex te fieri. Poſt laſſus & famelicus,
Niſi ruri ervum, aut quaſi lumbricus terram comederis;
Nunquam ædepol jejunium eſt.

Scen. II. Flagitium illud hominis, Acheruntis pabulum, ſtabulum nequitiæ,
Siti, fame, maledictis, malefactis ulciſcar probè.

Scen. III. Domi ſopor manus *caluitur* [*decipit ut laborare nequeam.*
2 Quod tibi eſt ægrè, idem mihi eſt *dividua* (*moleſtum*) corculum *abundans ſit* ex metu.
3. Vir me habet peſſimis deſpicatam modis.
Non *empſitem titivilitio* [*nihili facio.*

*Uxor viro obſtrepens.* 4. Noli ſis tu illi *adverſari*, quando tibi *domi mi deliquium eſt* [*deficit.*

Scen. IV. Ubi amor condimentum ineris, cuivis placiturum puto.
2. DI me & te *infelicitent*, ſi ego in os meum hodie vini guttam indidi.
3. Ohe jam ſatis eſt uxor, comprime, nimium tinnis,
Relinque aliquantulum orationis, cras quod litiges.

Scen. V. Una ædepol opera in furnum calidum condito,
atque ibi torreto me, pro pane rubido, hera quàm *iſtam operam* à me impetres, *quod* poſtules.
2. Quaſi venator tu quidem, dies ac noctes tum cane ætatem exigis. [*vigilas.*
3. Negavi enim ipſi me conceſſurum Jovi, ſi is tecum oraret.
4. Nunc in fermento eſt tota ita turget mihi.

Scen. VI. Tu ut liqueſcas ipſe actutum, virgis *calefactabere* [*calefies.*

2. Com-

*Verbera minari.* 2 Compreſſan' palma, an porrectâ ferio? ℞. quid *tibi met actio eſt?*

3 Tempori ſiles, poſtquam oppugnatum eſt os,

Scen. VII. Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim,

& præter operam reſtim *ſumpti* fecerim,

& meis inimicis voluptatem creaverim, quid opus eſt?

Sce. VIII. *Receſſim* (*retrecundo*) cedam ad parietem, imitabor nepam (*ſcorpionem.*

Captandus eſt horum clanculum ſermo mihi.

2 Hic intus fiunt ludi *ludificabiles* (*ridiculi.*

3 Extrudere cupiunt *incœnem* (*incœnatum*) ex ædibus.

Jam ego uno in ſaltu lepidè apros capiam duos.

2. Ut *batuatur* [*verberetur*) tibi os ſenex nequiſſime.

Sc. VIII. Nunc amici an inimici ſis imago mihi, ſciam.

Nunc ſpecimen *ſpecitur* (*adornatur*) Abi hic. *cunctas*? (*cunctaris*?

Scen. IX. Ut properarem arceſſere (*accerſire*) hunc ad me, hoc erat,

quod me tanto vir opere orabat meus; liberæ ædes, ut eſſent ſibi.

Sed eccum egreditur *ſenati* columen, præſidium *popli.* (*Senatus & populi.*

2 Ubi nuptæ fuerint iſtum *convenibo* (*conveniã*) *Oratu illorum* (*precibus.*

3 Flagitium maximum feci miſer, propter operam illius hirci (*impuri.*

4 Verùm autem *altroverſum* (*ex oppoſito*) cum eam rationem *puto* (*ineo.*

5 Ego aliquid contrahere cupio litigii inter eos duos [*lite illos contendere.*

Sc. XVI. Perii, iſti facient rem mihi ex parata imparatam.

Obtonſo ore nunc pervelim *progrediri* [*progredi*] ſenem.

Ita nunc *pudeo* (*pudet*) atque *irridiculo* ſumus.

## Ex Ciſtellaria. Com. VII.

Act. I. Quid dicam? niſi ſtultitia mea me in mœrorem rapit.

Stultitia celanda. ℞. Facito, ut facias ſtultitiam *ſepelibilem*, unde tibi *cordolium*. (*dolor cordis.*

In latebras abſcondas pectore *penitiſſimo* tuam ſtultitiam.

2 Amor, & melle, & felle eſt fecundiſſimus. In me peculatum facit (*pecunias aufert.*

3 Te obſecro tam abhorret *hilaritudo*? (*hilaritate abhorres*?

Scen. II. Ubi *ſaburratæ* ſumus [*plenæ cibo & potu*] *largiloquæ* extemplò ſumus [*loquaces*

Vinum linguā ſolvit. Quia adeò me complevi flore Liberi, magis libetâ uti linguâ *conlibitum* eſt.

Scen, III. Ut argumentum hoc vobis ego planè *perputem*. (*narrem.*

Act. II. Credo ego Amorem primum apud homines carnificinam commentum?

Amore jactari. Ita homines omnes ſupero, atque *antideo* (*præcedo*) *cruciabilitatibus* animi.

jactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in Amoris rota.

Nullam mentem animi habeo: ita me Amor lapſum animi ludificat, &c.

*Maritumis* moribus mecum experitur. (*jactor inſtar maris.*

2 Neque opes noſtræ tam ſunt validæ, quàm tuæ.

Satin' tibi iſtuc in corde certum eſt? ℞. quin ego *commentor* quidem (*cogito.*

4 Abi, quære, ubi jurijurando tuo ſatis ſit ſubſidii? hic apud nos jam confregiſti teſſeram. (*fidem perdidiſti.*

Nul-

Act. IV, Nullam ego me vidiſſe credo magis anum *excructabilem* ( *cruce dignam*.

2.*Faciundum* eſt puerile officium, *conquiniſcam* (*niter*) ad ciſtulam.

3.Sunt qui volunt te conventum. (*convenire*.

Act.I. Noſtrâ copiâ nihilò volunt nos *poteſſe* [*poſſe*]

Scen.I. 4.Nunc veſtigia ſiqua ſunt *noſcitabo* ( *noſcam*.

5.Imitatur nequam beſtiam, ac *damnificam*, involvolum,

Quæ in pampini folio intorto implicat ſe ita orationem torquet.

## Ex Epidico Com.VIII.

MInus jam furtificus ſum, quàm antehac

Act. I. *Ep.*Quid ita? *Th.*Rapio propalam.

Scen. I. 2. Curriculo occœpi ſequi, vix adipiſcendi poteſtas modò fuit.

3 Hominum non placet mihi *Pantherinum* genus( *varium, ut panthera.*

4.Pugilicè atque athleticè [*bene*) valeo. Potin', uti moleſtus ne *ſies*.

5 *Voluptabilem* mihi nuntium tuo adventu attuliſti.

6.Ubi is homo eſt? niſi ſi in vidulo (*pera*) attuliſti.

7.DI immortales, ut ego *interii baſilice*.Jupiter

*Miſer.* te *perduit*.

Tantæ in te impendent ruinæ, niſi ſuffulcis firmiter,

Non potes ſubſiſtere: ita in te irruunt montes mali.

Neque ego nunc, quomodo me expeditum ex impedito faciam, ſcio.

8. Qui tibi libido eſt malè loqui? cur tute te deſeris,

Qui

Scen. II. Qui quidem antehac aliis ſolebas dare conſilia mutua?

Meorum mœrorum ſummam *edictavi* [*expoſui*] tibi.

2. Quem quidem ego hominem irrigatum plagis piſtori dabo.

niſi hodie *comparasſit* [*compararit*] mihi quadraginta Minas.

*Luere aliena delicta.* 3. *Deſipiebam mentis*, cum illas ſcriptas mittebam tibi.

4. Men' piacularem (*nempe hoſtiam*] oportet fieri ob ſtultitiam tuam?

Ut meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas *ſuccidaneum*? [*pro te vapulem*

5. Aliqua *reperibitur* [*reperietur*) extricabor aliquâ (*via*

6. Ego de re argentaria jam *ſenatum* convocabo in corde *conſiliarium*.

ACT. II. Scen. II. Si, tacete liquido ex eo foras auſpicio, avi ſiniſtra

*Aurum arte emungere.* Acutum cultrum habeo, ſenis qui exenterem marſupium.

jam ego me *convortam* in hirundinem, atque eorum *exugebo* ſanguinem,

Senati qui columen *cluent*. Ei *praſtines* (*præſto ſis*) argento.

2. *Id ego excrucior*, quo pacto *ab ſe* argento auferam.

3. Quaſi non fundis exornatæ multæ incedant per vias [*integros fundos impendant*.

At *tributus* cùm imperatus eſt *apoteſſe* pendi negant.

4. Pol video ambos advenire opportunitate.

5. Niſi quid tua ſecus ſenténtia eſt, (*niſi aliud ſentis*] Ego viſam ad forum.

Act. III. Scen. I. Expectando exedor miſer, atque exenteror; ſit ne quid, nec ne?

2. Nec mihi plus adjumenti ades, quàm ille qui nunquam natus eſt, Per

Scen. II. Per hanc curam quieto tibi eſſe licet, hoc *opidò potitum eſt* (*potiti ſumus.*

*Votis frui.*

2 Di immort. mihi hunc diem dediſtis luculentum, & *impetrabilem quo impetravi.*

3 *Verſutior* es, quàm rota figuraris.

4 Eum *permeditatum* (*inſtructum*) meis dolis aſtutiiſque onuſtum mittam

Scen. III. Non oris cauſa modò homines æquum fuit habere ſpeculum,
ſed quâ perſpicere poſſent cor ſapientiæ.

2 Illi homini *omnis* (*omnes*) ſuppetunt res proſperæ.

3 *Di vortunt* (*diſtant*) mores Virgini longè ac lupæ *pudica eſt.*

4 Næ tu habes *ſervom* graphicum, & quantivis precii,
nam caru' eſt auro contra(*auro carior*) *Ridibundam* atque *hilarem* adduxit.
quæ hic *adminiſtraret ad rem* divinam tibi.

5 Ego illic *me* autem *ſic aſſimulabam*, quaſi ſtolidum.

6 Ego ſi *allegaſſem* aliquem *ad hoc* negotium
Minus hominem doctum: os ſublitum eſſet, rideret albis dentibus.

7 Pugnis memorandis meis eradicabam hominum aures.

Scen. IV. Cave *præterbitas* ullas *ædis* quin roges [*prætereas ædes.*

2 Si tibi *commoſtraſſo* (*commonſtravero*) ecquam abs te inibo gratiam?

3 Memorant atte *duellica* (*bellica*) divitias magnas *indeptum.*

4 Quin tu alium quæritas cui centones farcias? (*conſuas mendacia.*

*Deceptor.*

5 Non ſinam me impunè irriſum eſſe habiturum, depeculatum eis, [*furatum.*

Scen. V. Multa in unum locum confluunt, quæ meum pectus pulſant ſimul,

neque

neque ubi meas collocem ſpes habeo uſquam munitum locum.

ACT. IV. Scena I. Eſtne ea an non, *quam animus retur meus?* [*quam exiſtimo*

Longa dies (*ſenectus*) meum *incertat* [*incertum reddit*] animum.

Congrediar aſtu, mulıebris adbibenda mihi malitia nunc eſt

Compellabo, orationis aciem contra conferam [*occurram verbis*

Per voluptatem tuam *in me* ærumnam *obſeviſti* [*mihi iuſuliſti*] gravem.

3. Remigrat animus nunc domum mihi [*recipio animum*.

4. Quid? ego argentum *exgurgitem* [*conſumam*] domo prorſum.

5. Si invenio exitiabilem ego illi faciam hunc, ut ſciat diem.

Act. V. Scen. I. Quid illuc eſt, quod *illi caperat corrugatur* [*frons ſeveritudine*.

*Panis dignus* Si undecim Deos, præter ſe, ſecum ducat Jupiter,

ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.

2. Quin adornas mihi ad fugam viaticum, priùs quàm pereo

Nam me per orbem duo *defloccati* (*depilos, & calvi*) quæritant ſenes.

3. Uſque ab unguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiviſſimus

Eſtne? conſidera, ſignum pictum pulchre videris (*eſt formoſus, ut picta imago*.

4. Me verò Apelles atque Zeuſis duo pingent pigmentis ulmeis. [*caſtigabor ulmis*.

5. *Otioſè iſſe* te admitor [*non ſedulo iviſſe*] pedibus *pulmoneis*. [*ita mollibus, ut pulmo eſt*] nubus perhibetur, prius veniſſet, quàm tu adveniſti mihi.

Scen. II. Satin' ille ludibrio nos habet? ſine me hominem *apiſci* (*adipiſci*.

Laſſitudine me invaſerunt in genua *flegmina* (*calida inflammationes*.

2. *Quot* illic hodie me *exemplis* ludificatus eſt, atque te (*quot modu &c*.

*Deceptor.* Ut illic autem *exenteravit* mihi *opes argentarias*. (*exhauſit argentum*.

3. *Apage illum à me* nam ille quidem Vulcani irati eſt filius,

quaqua tangit, omne amburit (*omnes iracundus invadit*.

*Facundus.* 4. Sed ut acerbum eſt pro benefactis, cum mali meſſem metas.

5. Novo liberto opus eſt quod *pappet manducet*

## Ex Bacchidibus Comœdia IX.

ACT. I. Scen. I. EAdem in uſu, atque ubi periculum facias, aculeata ſunt.

Animum fodicant bona, diſſimulant facta, & famam ſauciant.

2. Ego ſorori meæ hodie cœnam dare volo viaticam (*pro abitu*.

Tu facito *obſonatum* nobis ſit opulentum obſonium (*præparatum ſit*.

3. *Piſcatus* (*piſcatio*) meo quidem animo tibi hodie obvenit bonus

Scen II. Quo nunc capeſſis te hinc adverſâ viâ.

*Stultus.* 2. Quem ego ſapere nimio cenſui pluſquam Thalem.

idem ſtultior es barbaro Poticio

qui *tantus natu* (*tam grandi ætate*) Deorum neſcis nomina.

*Vafer nequam* 3. Etiam me adverſus exordiris argutias,

Qui, ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet.

4. Jam

4. Jam perdidiſti te, atque me, atque operam meam.

O præligatum (*faſcinatum*) pectus! *Piſt.* Omitte, Lyde, ac cave malo.

Jam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.

*Lyd.* Video nimio jam multò pluſquam volueram.

Vixiſſe nimio ſatius eſt, quàm vivere.

Valens afflictat me *vacivum* (*vacuum*) virium.

*Piſt.* Fiam, ut ego opinor, Hercules tu autem Lynus (*quem ille ſurgens peremit*

*Lyd.* Nimio tu ad iſtas res diſcipulus (*Magiſtro*) docilior.

Act II. Scen. II. Mirum eſt me, ut redeam, te opere tanto *quæſere* [*rogare*.

Qui abire hinc nullo pacto poſſim. ſi velim,

ita me *vadatum amore* vinctumque attines.

2. Ergun' ut faciam? Regiones colere mavelim Acheronticas.

3. Vide ne tractes illam indiligens; vas cito Samium confringi ſolet [*facilè laditur*.

*Aurum quærere.* 4. Hodie aliquam *machinabor machinam*, ut aurum conficiam [*aliqua fraude*.

Scen. III. Haud dormitandum eſt, eſt opus Chryſo, Chryſale,

Adibo hunc, quem ego quidem hodie faciam hic arietem

Phryxi, itaque tondebo auro, uſque ad vivam cutem.

Vulcanus, ſol, luna, & dies, Dii quatuor,

*Nequam.* Sceleſtiorem nullum hoc illuxêre alterum.

*Nic.* Quid fecit? *Ch.* quid non fecit? quot innocenti dixit contumelias!

3. Adeon' me fuiſſe fungum, ut qui illi crederem?

4. Is noſtræ navi lembus inſidias dabat.

*Decipere.* 5. Si magis uſus venerit, macto ego illum infortunio.

6. Si illi ſunt virgæ ruri, at mihi tergum domi.

7. Evax aſperſiſti aquam (*mitigaſti iram.*

*Act. III. Scen. I. Deſperatæ res.*

Aperite propere januam hanc orci obſecro, quò nemo venit,

niſi quem ſpes reliquere omnes, eſſe ut frugi posſiet (*posſit*

Omnis ad perniciem inſtructa domus opimè atque opiparè.

Quæ ut aſpexi me continuò contuli *protinam* (*protinus*) in pedes.

*Mores mali.* Egone ut hæc concluſa geſtem clanculum, ut celem patrem,

Piſtoclete, tua flagitia aut damna aut *deſidiabula.* (*loca otii & flagitii.*

Neque mei, neque te tui intus puditum eſt, factis, quæ facis.

Quibus tuum patrem, neque unà, amicos, affines tuos

Tua infamia feciſti *geruliſigulos* flagitii (*tuis ſordibus collutulaſti.*

De me culpam hanc *demolibar* (*demolior*) jam & ſeni faciam palam.

*Scen. II.* *Multimodis* meditatus egomet mecum ſum, & ita eſſe arbitror

homini amico. niſi Deos, nihil præſtare.

2. Nimio præſtat *impendioſum* (*profuſum*) te, quàm ingratum *dicier.*

*Beneficus.* Illum laudabunt boni, hoc etiam ipſi culpabunt mali.

Cave ſis te ſuperare ſervum *ſiris* (*ſiveris*) *faciundo* benè.

*Scen. III.* Nunc experiar, ſitne acetum tibi cor acre in pectore.

2. Eja, Lyde, qui leniter ſæviunt, ſapiunt magis.

3. Nam, (*ſi*) abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.

4. Tum librum legens, ſi unam peccaviſſes ſyllabam,
Fieret corium tam maculoſum (*vibicibus*) quam eſt nutricis pallium.

5. Ego illum meum malum *promtare*(*expromere*] malim, quàm peculium.

*Phil.* Quidum? *Lyd.* Quia malum ſi promtet indies facies minus (*maledicendo minuet meum malum.*

6. Ille benevolenti ſuo ſodali rem mandatam exequitur.

7. *Concaſtiga* hominem probè, qui dedecorat me flagitiis ſuis.

8. Triduum non inter eos eſt ætatis, uter major *fiet*;
Verum ingenium plus triginta annis majus eſt, quàm alteri.

Scen. IV. Nam mihi divini nunquam quiſquam *credu*at.
Ni ego illum exemplis plurimis planeque amo. (*ju-ro me amare.*

2. Inopi *ſubblandibitur*, ſed mea illud nil illò pluris referet,
Quàm ſi ad ſepulcrum mortuo dicat jocum.

3. Nequid ei ſuccenſeat, meâ culpâ de auro, *quod* eum *ludificatus eſt.*(*quo fraudavit.*

Scen. V. Num quæ venienti ægritudo objecta eſt. *Mn.* atque acerrimè.

*Piſt.* Multi more iſto atque exemplo vivunt, quos cum cenſeas

*Amici falſi, & invidi.* Eſſe amicos, repetiuntur *falſi falſimoniis*,
Lingua factioſi [*ſtrenui*) inertes operâ, *ſubleſta* fide *falli*.
Nullus, qui non invideat rem ſecundam obtingere,
Sibi ne invideatur, ipſi ignavi rectè cavent.

Act. IV, Nullam ego me vidiſſe credo magis anum *excructabilem* (*cruce dignam.*

2.*Faciundum* eſt puerile officium, *conquiniſcam* (*niter*) ad ciſtulam.

3.Sunt qui volunt te conventum. (*convenire.*

Act.I. Noſtrâ copiâ nihilò volunt nos *poteſſe* [*poſſe*]

Scen.I. 4.Nunc veſtigia ſiqua ſunt *noſcitabo* (*noſcam.*

5.Imitatur nequam beſtiam, ac *damnificam*, involvolum,

Quæ in pampini folio intorto implicat ſe ita orationem torquet.

## Ex Epidico Com.VIII.

Act. I. Scen. I. MInus jam furtificus ſum, quàm antehac *Ep.*Quid ita? *Th.*Rapio propalam.

2. Curriculo occœpi ſequi, vix adipiſcendi poteſtas modò fuit.

3 Hominum non placet mihi *Pantherinum* genus(*varium, ut panthera.*

4.*P*ugilicè atque athleticè [*bene*) valeo. Potin', uti moleſtus ne *ſies*.

.5 *Voluptabilem* mihi nuntium tuo adventu attuliſti.

6.Ubi is homo eſt? niſi ſi in vidulo (*pera*) attuliſti.

7.DI immortales, ut ego *interii baſilice.* Jupiter te *perduit.*

*Miſer.* Tantæ in te impendent ruinæ, niſi ſuffulcis firmiter,

Non potes ſubſiſtere: ita in te irruunt montes mali.

Neque ego nunc, quomodo me expeditum ex impedito faciam, ſcio.

8. Qui tibi libido eſt malè loqui? cur tute te deſeris,

Qui

Scen. II. Qui quidem antehac aliis ſolebas dare conſilia mutua?

Meorum mœrorum ſummam *edictavi* [*expoſui*] tibi.

2. Quem quidem ego hominem irrigatum plagis piſtori dabo.

niſi hodie *comparasſit* [*compararit*] mihi quadraginta Minas.

3. *Deſipiebam mentis*, cum illas ſcriptas mittebam tibi.

*Luere aliena delicta.* 4. Men' piacularem (*nempe hoſtiam*] oportet fieri ob ſtultitiam tuam?

Ut meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas *ſuccidaneum*? [*pro te vapulem*

5. Aliqua *reperibitur* [*reperietur*) extricabor aliquâ (*via*

6. Ego de re argentaria jam *ſenatum* convocabo in corde *conſiliarium*.

ACT. II. Scen. II. Si, tacete liquido ex eo foras auſpicio, avi ſiniſtra

*Aurum arte emungere.* Acutum cultrum habeo, ſenis qui exenterem marſupium.

jam ego me *convortam* in hirundinem, atque eorum *exugebo* ſanguinem,

Senati qui columen *cluent*. Ei *præſtines* (*præſto fis*) argento.

2 *Id ego excrucior*, quo pacto *ab ſe* argento auferam.

3. Quaſi non fundis exornatæ multæ incedant per vias [*integros fundos impendant*.

At *tributus* cùm imperatus eſt a *poteſſe* pendi negant.

4. Pol video ambos advenire opportunitate.

5. Niſi quid tua ſecus ſenténtia eſt, (*niſi aliud ſentis*] Ego viſam ad forum.

Act. III. Scen. I. Expectando exedor miſer, atque exenteror; ſit ne quid, nec ne?

2. Nec mihi plus adjumenti ades, quàm ille qui nunquam natus eſt. Per

Scen.II. Per hanc curam quieto tibi eſſe licet, hoc *op-*
*Votis frui.* *pido potitum eſt* (*potiti ſumus.*

2 Di immort. mihi hunc diem dediſtis luculentum, & *impetrabilem quo impetravi.*

3 *Verſutior* es, quàm rota figuraris.

4 Eum *permeditatum* (*inſtructum*) meis dolis aſtutiiſque onuſtum mittam

Scen. III. * Non oris cauſa modò homines æquum fuit habere ſpeculum,
ſed quâ perſpicere poſſent cor ſapientiæ.

2 Illi homini *omnis* (*omnes*) ſuppetunt res proſperæ.

3 *Divortunt* (*diſtant*) mores Virgini longè ac lupæ *pudica eſt.*

4 Næ tu habes *ſervom* graphicum, & quantivis precii,
nam caru' eſt auro contra (*auro carior*) *Ridibundam* atque *hilarem* adduxit.
quæ hic *adminiſtraret ad rem* divinam tibi.

5 Ego illic *me* autem *ſic aſsimulabam*, quaſi ſtolidum.

6 Ego ſi *allegaſſem* aliquem *ad hoc* negotium
Minus hominem doctum: os ſublitum eſſet, rideret albis dentibus.

7 Pugnis memorandis meis eradicabam hominum aures.

Scen.IV. Cave *præterbitas* ullas *ædis* quin roges [*præterens ædes.*

2 Si tibi *commoſtraſſo* (*commonſtravero*) ecquam abs te inibo gratiam?

3 Memorant arte *duellica* (*bellica*) divitias magnas *indeptum.*

4 Quin tu alium quæritas cui centones farcias?
*Deceptor.* (*conſuas mendacia.*

5 Non ſinam me impunè irriſum eſſe habitum, depeculatum eis, [*furatum.*

Scen.V. Multa in unum locum confluunt, quæ meum pectus pulſant ſimul.

neque

neque ubi meas collocem ſpes habeo uſquam munitum locum.

ACT. IV. Scena I. Eſtne ea an non, *quam animus retur meus?* [*quam exiſtimo*

Longa dies (*ſenectus*) meum *incertat* [*incertum reddit*] annum.

Congrediar aſtu, muliebris adhibenda mihi malitia nunc eſt

Compellabo, orationis aciem contra conferam [*occurram verbis*

Per voluptatem tuam *in me* ærumnam *obſeviſti* [*mihi intuliſti*] gravem.

3. Remigrat animus nunc domum mihi [*recipio animum.*

4. Quid? ego argentum *exgurgitem* [*conſumam*] domo prorſum.

5. Si invenio exitiabilem ego illi faciam hunc, ut ſciat diem.

Act. V. Scen. I. Quid illuc eſt, quod *illi caperat corrugatur* [*frons ſeveritudine.*

*Panis di-gnus* Si undecim Deos, præter ſe, ſecum ducat Jupiter,

ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.

2. Quinadornas mihi ad fugam viaticum, priùs quàm pereo

Nam me per orbem duo *defloccati* (*depilos, & calvi*) quæritant ſenes.

3. Uſque ab unguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiviſſimus

Eſtne? conſidera, ſignum pictum pulchre videris. (*eſt formoſus, ut picta imago.*

4. Me verò Apelles atque Zeuſis duo pingent pigmentis ulmeis. [*caſtigabor ulmis.*

5. *Otiosè iſſe* te admitor [*non ſedulo iviſſe*] pedibus *pulmoneis.* [*ita mollibus, ut pulmo eſt*] nubus perhibetur, prius veniſſet, quàm tu adveniſti mihi.

Scen. II. Satin' ille ludibrio nos habet? ſine me hominem *apiſci* (*adipiſci*.

Laſſitudine me invaſerunt in genua *flegmina* (*calidæ inflammationes*.

2. *Quot* illic hodie me *exemplis* ludificatus eſt, atque te (*quot modis* &c.

*Deceptor.* Ut illic autem *exenteravit* mihi *opes argentarias*. (*exhauſit argentum*.

3. *Apage illum à me*, nam ille quidem Vulcani irati eſt filius,

quaqua tangit, omne amburit (*omnes iracundus invadit*.

*Facundus.* 4. Sed ut acerbum eſt pro benefactis, cum mali meſſem metas.

5. Novo liberto opus eſt quod *pappet manducet*

## Ex Bacchidibus Comœdia IX.

ACT. I. Scen. I. EAdem in uſu, atque ubi periculum facias, aculeata ſunt.

Animum fodicant bona, diſſimulant facta, & famam ſauciant.

2. Ego ſorori meæ hodie cœnam dare volo viaticam (*pro abitu*.

Tu facito *obſonatum* nobis ſit opulentum obſonium (*præparatum ſit*.

3. *Piſcatus* (*piſcatio*) meo quidem animo tibi hodie obvenit bonus

Scen II. Quo nunc capeſſis te hinc adverſâ viâ.

*Stultus.* 2. Quem ego ſapere nimio cenſui pluſquam Thalem.

idem ſtultior es barbaro Poticio

qui *tantus natu* (*tam grandi ætate*) Deorum neſcis nomina.

*Vafer nequam* 3. Etiam me adverſus exordiris argutias,

Qui, ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet.

4. Jam

4. Jam perdidiſti te, atque me, atque operam meam.

O præligatum (*faſcinatum*) pectus! *Piſt.* Omitte, Lyde, ac cave malo.

Jam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.

*Lyd.* Video nimio jam multò pluſquam volueram.

Vixiſſe nimio ſatius eſt, quàm vivere.

Valens afflictat me *vacivum* (*vacuum*) virium.

*Piſt.* Fiam, ut ego opinor, Hercules. tu autem Lynus (*quem ille ſurgens peremit*

*Lyd.* Nimio tu ad iſtas res diſcipulus (*Magiſtro*) docilior.

Act II. Scen. II. Mirum eſt me, ut redeam, te opere tanto *quaſere* [*rogare.*

Qui abire hinc nullo pacto poſſim ſi velim,

ita me *vadatum amore* vinctumque attines.

2. Ergun' ut faciam? Regiones colere mavelim Acheronticas.

3. Vide ne tractes illam indiligens; vas cito Samium confringi ſolet [*facilè laditur.*

*Aurum quærere.* 4. Hodie aliquam *machinabor machinam*, ut aurum conficiam [*aliqua fraude.*

Scen. III. Haud dormitandum eſt, eſt opus Chryſo. Chryſale,

Adibo hunc, quem ego quidem hodie faciam hic arietem

Phryxi, itaque tondebo auro, uſque ad vivam cutem.

Vulcanus, ſol, luna, & dies, Dii quatuor,

*Nequam.* Sceleſtiorem nullum hoc illuxêre alterum.

*Nic.* Quid fecit? *Ch.* quid non fecit? quot innocenti dixit contumelias!

3. Adeon' me fuiſſe fungum, ut qui illi crederem?

3. Nam, (*ſi*) abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.

4. Tum librum legens, ſi unam peccaviſſes ſyllabam,
Fieret corium tam maculoſum (*vibicibus*) quam eſt nutricis pallium.

5. Ego illum meum malum *promtare*(*expromere*] malim, quàm peculium.
*Phil.* Quidum? *Lyd.* Quia malum ſi promtet indies facies minus (*maledicendo minuet meum malum.*

6. Ille benevolenti ſuo ſodali rem mandatam exequitur.

7. *Concaſtiga* hominem probè, qui dedecorat me flagitiis ſuis.

8. Triduum non inter eos eſt ætatis, uter major *fiet*;
Verum ingenium plus triginta annis majus eſt, quàm alteri.

Scen. IV. Nam mihi divini nunquam quiſquam *credua*t.
Ni ego illum exemplis plurimis planeque amo. (*ju o me amare.*

2. Inopi *ſubblandibitur*, ſed mea illud nil illò pluris referet,
Quàm ſi ad ſepulcrum mortuo dicat jocum.

3. Nequid ei ſuccenſeat, meâ culpâ de auro, *quod* eum *ludificatus eſt.*(*quo fraudavit.*

Scen. V. Num quæ venienti ægritudo objecta eſt *Mn.* atque acerrimè.
*T:ſt.* Multi more iſto atque exemplo vivunt, quos cum cenſeas

*Amici falſi, & invidi.* Eſſe amicos, repetiuntur *falſi falſimoniis*,
Lingua factioſi [*ſtrenui*] inertes operâ *ſubleſta* fide *falli.*
Nullus, qui non invideat rem ſecundam obtingere,
Sibi ne invideatur, ipſi ignavi rectè cavent.

*Mn.* Ædepol, næ ruſtllorum mores perquam meditatè tenes.

2\. Accurratum habuit quod poſſet mali facere, & in me

*Inconciliare* copias *omnis(omnes]* meas[*mihi adverſarias reddere.*

*Piſt.* Improbum iſtunc eſſe oportet hominem, obſecro quis is eſt?

*Mn.* Benevolens vivit tibi *Piſt.* Dic modò hominem: ſi non fecero

Ei male aliquo pactò, me eſſe dicito ignaviſſimum.

*Mn.* Verum herclè amicus eſt tibi. Piſtoclete perdidiſti me ſodalem.

Act. IV. Scen. II. Rem *repperi* omnem (*intellexi*) ultrò me tuis *projectas* [*petis*) probris.

Ne tibi herclè haud lõge eſt os ab infortunio ita *dentifrangibula* (*lignua*] hæc manibus meis geſtiunt. (*tibi dentes excutere.*

Scen. III. Petulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato,

ſine modo, & modeſtia ſum, &c. Sumnè ego homo miſer?

Scen. IV. mortuus pluris pretii eſt, quàm ego ſum.

2\. Digitulis ſumebas primoribus[*parcè accipiebas*

3\. Iſthoc dicto dediſti hodie in cruciatum Chryſalum (*afflixiſti verbis*

*Decipere.* 4. Nunc hoc tibi curandum, ut ad ſenem etiam alteram facias viam.

Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina,

Ut ſenem hodie doctum doctè fallas, aurumque auferas.

facilè id potes. *Pc.* Quam, malùm, facilè, quem mendacii prehendit manifeſto modo.

qui dixit, ſi illum ſolem ſibi ſolẽ eſſe dixero.

ſe illum lunam credere eſſe, & noctem, qui nunc eſt dies.

Lyd.

*Lyd.* Intendam baliſtam in ſenem, quâ ſipervortam turrim, & propugnacula,

Rectâ porâ invadam extemplò, quam ſi *capſo* (*cepero*) actum eſt.

Mea fiducia opus conduxi, & meo periculo rem gero. (*opus ſuſceptum perſequar*

Scen. V. Inſanum molior negotium, metuoque ut *posſiem emoliriter*.

Nunc mihi truculento *uſus* (*opus*) eſt ſene, ita huic conducit ſycophantiæ.

Verſabo *illunc*, tamque reddam frictum, quam frictum eſt cicer.

2. Nimio *illac* res eſt magnæ *dividiæ* (*dolori*) mihi

3. Jam ab tranſenna (*viſco illita*) hic turdus lumbricum petit. (*capietur*

4. Mane, dum parumper, *conticiſſe* (*tace*.

5. Impinge pugnum, ſi *mutiverit*, in priſtino ætatem conteret.

6. Neſcis venire te? atque in eo adſtas lapide. ubi præco prædicat. [*venales*.

Jam terræ odium inambulas, tanti es, quanti eſt fungus putidus.

Scen. VI. *Mortem minari* *Miles* Neque Bellona mihi unquam, neque Mars; *creduat*, ni illum *exanimalem faxo* nive *exheredem* vitæ ſuæ

Nihil eſt lucri, quod me hodie facere mavelim, quàm illum opprimere.

Paciſci cum illa *paululo* pecunia potes, ne *enicet*.

2. Si tibi eſt machæra & nobis veruina (*acutum verutum*) eſt domi,

quâ quidem te faciam *confoſſiorem* ſoricina nænia. (*veſte lugubri a ſoric. bus exeſa*.

Ted (*te id*) obſecro, cave *parſis* (*vereare*), in eum dicere.

Scen. VII. Ego dolis illo me *expuli* periculo. [*expedivi*.
2. Ubi lubet recita, aurium operam dabo[*attendam*.
3. Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui. *Turbellas* feci.
4. Cave tibi ducenti nummi *dividua* ruant, [*maledicti ſunt, cum pendit,*
*Sexcenta tanta* reddam, ſi vivo tibi.
5. Si plus *perdundum* ſit, periiſſe ſuavius eſt, quam illud flagitium *volgo diſpaleſcere*, (*divulgari palam*.

Scen. VIII. Quàm magis in pectore meo foveo, quas meus filius turbas *turbet*.
& quos ad amores præcipitem *inſcitus* capeſſat, magis curæ eſt,
magiſque afformido, ne is pereat. Neque *placitant* (*placent*) mores, &c.
Quicunque, ubi ſunt, qui fuere, quique futuri ſunt poſthac

Act. V, Scen I. *Stultus & deceptus.*
ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucones
ſolus ego omnes longè anteeo ſtultitiâ, & moribus indoctis.
Eradicatus ſum, omnibus exemplis crucior, omnia me mala
conſectantur, omnibus exitiis interii, Chryſalus me hodie laceravit.
Is me ſcelus uſque attundit dolis doctis, indoctus, ut libitum eſt.
Hoc eſt quod peraceſſit, me hoc ætatis ludificari.
ſic miſerum me auro eſſe emunctum, cano capite, atque albâ barbâ ?

Scena II. *Senes memorandi.*
Prodigium hoc quidem eſt, humana nos voce compellant oves (*ſenes cani*.
R. Hæ nec balant quidem cum *à pecu* abſunt cætero. (*muti ſunt*.

R. Hæ

℞. Hæ oves vobis malam rem magnam, quam debent, dabunt.

℞. Siquam debes, *te condono* tibi habe, nunquam abs te petam.

℞. Arietes truces nos erimus, jam in vos incurſabimus.

2. Penſum ego lepidè accurabo, ut ſit lepide *victibus* (*victu*) vino & unguentis.

*Eccas* tandem probri *perlecebra*, & *perſuaſtrices* [*quæ perſuadent.*

4. Iſtuc delictum deſiſtas tantopere ira oppugnatum.

5. Ut *terebrat* [*inſinuat ſe*) ſatin' obſirmatum quod mihi erat id à me exorat?

## Ex Moſtellaria. Comœdia X.

ACT. I. Scen. I.

Exi è culina ſis foras maſtigia (*verbero.* Herilis pernicies, qui inter patinas exhibes argutias.

℞. Quid tibi, malum, hic ante ædes *clamatio eſt?* (*cur clamas?*

℞. Pergræ camini, obſonate *pellucibiliter*; hæc mandavit ſenex?

quo nemo adæque antehac eſt habitus parcus, nec magis continens,

is nunc in aliam partem palmam poſſidet, magiſterio tuo.

℞. Ita lubet, mei tergi facio hoc, non tui fiduciâ.

*Veſci tenui allio.* Oboluiſti aliium, germana illuvies, hircus, hara ſuis.

℞. Non omnes poſſunt olere unguenta exotica, Nequetam facetis, quam tu vivis, *victibus.* Tu tibi habeas

turtures, piſces; ſine *me alliato* fungi fortunas meas. (*allio veſci.*

℞. Decet me victitare pulchrè, & te *bubulcitarier*, *bubulcum agere*.

2. O *carnificinum* cribrum, ut te *patibulatum forabunt* ſtimulis!

3. Orationis operam compendi face, niſi magna re mactari cupis.

Scen. II. Novarum ædium eſſe arbitror ſimilem hominem.

*Homo ædibus comparatur.* Profecto ita eſſe, ut prædico, *vera* vincam (*veritate*.

Ædes expoſitæ, factæ probè, laudant fabrum:
atque ubi illo immigrat homo nequam, ædibus vitium additur.
Venit imber, lavit parietes, perpluunt tigna: putrefacit aer.
Operam dant fabri, nequior jam factus eſt uſus ædium.
Sic fit mora, ſiquid nummo farciri poteſt, uſque dum *mantant* (*hærent*.
atque id faciunt, *donicum* parietes ruunt.
Sic parentes fabri liberûm, fundamentum ſubſtruunt,
Extollunt, nec ſumptus ibi ſumtui eſſe ducunt, &c.
Ego ad id frugi uſque fui, in fabrorum poteſtate dum fui.
poſtea quam immigravi in ingenium meum,
perdidi operam fabrorum illico oppidò.
Venit ignavia, ea mihi tempeſtas fuit, imbrem attulit,
Verecundiam mihi, & virtutis modum deturbavit &c.

Scen. III. DI me interficiant, niſi illam anum interfecero ſiti, fame, atque *algu*° (*frigore*.

*Verberibus digna anus.* Vix comprimor, quin involem illi in oculos. *ſtimulatrici*.
quin illam peſſumis exemplis *enicaſſo* (*enecē*.

in

in anguiam ego nunc me velim verti,ut veneficæ illi

Fauces prehendam atque *enicem* ſceleſtam: *ſtimulatricem*.

2. Siquidem herclè *vendundum* eſt, pater *venibit* (*vendetur*) multo potiùs

quam te,me vivo , unquam ſinam egere: ſu me *inſervibis* ſolum. (*inſervies mihi.*

3. Dies noctéſque eſtur, nec quiſquam parſimoniam adhibet ,ſagina planè eſt.

4. Ego ſi bonam famam mihi *ſervaſſo*, ſat dives ero.

5. Quid opus tibi ſpeculo , qui tute ſpeculo ſpeculum es maximum.

6. Una opera ebur atramento candeſacere poteris. [*fruſtrà es.*

*Mulier non unguentis ſed moribus placet.* 7. Non illam ætatem oprtet pigmentum ullum attingere,

Non unguentum , quia ecaſtor mulier rectè olet,cum nihil olet.

mulier nequicquam exornata eſt benè, ſi morata eſt male.

pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt.

8. Qui invident, ne unquam eorum quiſquam invideat commodis ,

Act.II. Scen.I. *Deſperata res.*

Occidit ſpes noſtra , nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ,

nec ſalus nobis ſaluti jam eſſe, ſi cupiat, poteſt.

Ita mali mœroris montem conſpicatus ſum maxumum.

Ecquis homo eſt, qui hodie ſeſe excruciari meam vicem poſſit pati?

Ubi ſunt iſti *plagipatidæ*, *ferritribaces* (*qui plagas & ferrum patiuntur*) viri?

ego dabo ei talentum primus qui in crucem excurrerit ,

Sed ea lege,ut affigátur bis pedes,bis brachia.

2. Ubi iderit factum, à me argentum petito *præſentarium*.

Miſerum eſt opus igitur demum fodere puteum, ubi ſitis fauces tenet.

3. Ecce autem hic *depoſivit* caput, & dormit.

4 Jam herclè ego vos pro matula habebo, niſi mihi matulam datis.

5. Quæ hic monſtra fiunt, anno non poſſim eloqui.

Scen.II. Ædes ne *attigatis*; in haſce ædes pedem intrò *tetulit*.

Act.III. Scen.I. Sceleſtiorem ego annum argento, fœnori, vidi nunquam.

2. Tam facilè vinces, quam pirum *volpes* comeſt.

3. Filius *patriſſat*, jam homo in mercatura *vortitur* (*verſatur*.

4. Iterum jam ad ſaxum me fluctus ferunt (*in periculo verſor*.

Reſponſiones omnes hoc verbo eripit (*reſpondere nequeo*.

Scen.II. *Vivere geniviliter* Muſice herclè ætatem agitis; ita ut vos decet.

Vino & victu, piſcatu probo, electili vitam colitis.

2. Tam liquidus eſt (*tranquillus*) quam liquida eſſe tempeſtas ſolet.

3. Nunc te hoc orare juſſit opere maximo, has ut ædes inſpicere liceat.

4. Hic *ſonſumniavit*, laudaſſe has ædes *architectonem* [*architectum*.

Alexandrum magnum atque Agathoclem ajunt maximas

duos res geſſiſſe, quid mihi fiet tertio, qui ſolus facio immoralia &c.

6. Novitium mihi quæſtum inſtitui non malum,

Nam

Nam muliones, mulos; ego homines habeo clitellarios. (*Aſininum laborem agunt.*

7. Quo me miſeras, offero omne impetratum (*impetravi.*

8. Quid tamdiu reſtitiſti? R. Seni non erat ocium id ſum *opperitus.* (*expectavi.*

R. Antiquum hoc obtines tuum, tardus ut ſis.

9. Viden' pictum ubi ludificatur cornix una *volturios* duos? [*ſervus nempe duos ſenes ludit*

Act. IV. Scen. I. Conſpicare, num *volturios* forte poſſis *contui.* (*intueri vultures.*

Servi qui cum culpa *carint* [*caruerint*) tamen malum metuunt.

Scen. II. hi ſolent eſſe heris *utibiles* (*utiles*) Meum tergum *exſinceratum* (*verberatum*) nolo

Illi *buceda* (*qui pugnos edunt*) erunt multò potius, quàm ſim reſtio.

2. *Abſtine* jam ſermonem *de rebus* iſtis, *pultabo* fores.

3. Nunquam hic triduum unum deſitum eſt *eſſe* (*edere*) & *bibi.*

4. *Puere* (*puer*) præter ſpeciem ſtultus, es *Guſtare* tuum ſermonem volo.

5. Unus iſthic ſervus eſt ſacerrimus, is vel

Act. V. Scen. I. Herculi

*Conterere* quæſtum *poſſiet.*

Ubi ego rem video verti in foro meo, facio quod ſolent,

Quibus res timida ac turbida eſt.

Scen. II. 1. Ejus ego (*illuſoris*) ludificabo corium, ſi vivam, probè.

Jube ædes mancupi poſcere, vel *quæſtioni accipere* ſervos *ſubijcere.*

2. De cœna facio gratiam (*habeo gratiam.*

3. Jam minoris facio omnia, *præ quam* quibus modis me ludificatus eſt.

## Ex Menæchmis Com. XI.

ACT. I. Scen.I. MAgnas *ſtruices*(*ſtrues*)concinnat *patinarias*(*patinas cibis implet.*

Nunquam ædepol fugiet, tametſi *capital* (*capitale facinus*) fecerit.

Jam *ſcibo* ſiquid *titubatum* ſit(*ſciam ſi quid erratum.*

Scen.II. 2. Commoditatis omnes articulos ſcio.--*Comburamus* hunc diem (*abſumamus.*

℞. *Dies* quidem jam ad *umbilecum*(*medium*)dimidiatus eſt *mortuus.*

3. Oculum effodito , ſi verbum faxo, niſi quod juſſeris.

Act. II. Scen.I. Cum marſupium aſpicio, *viaticati* ad modum æſtivè ſumus (*viatici multum inpendimus.*

*Cibo refici.* Bonum anteponam prandium *pranſoribus* *Pro ſano* loquitur (*ſapienter.*

2. Tibi cæpullime *cyathiſſo* apud nos, quando potas. (*cyathos impleo.*

3 Satin, hoc tribus vobis *obſonatum eſt*, an *obſono* amplius *plus pro obſonio adfero.*

Scen. 2. Solus bene factis tuis me florentem facis.

Delicias facis [*jocaris & fallu* Nunquam intra portam *penetravi pedem.*

2. Dicto me emit audientem, haud imperatorem ſibi *obedire, non jubere poſſum.*

Act. III. Scen.II. Quid ais homo levior, quam pluma, quid merui, quâ me causâ perderes?

2. Minore nuſquam benè fui diſpendio. [*minoribus impenſis.*

3. *Adibo ad hominem*, loquitur *de parti mea* (*de me loquitur.*

4 Quin te *piari* jubes homo inſaniſſime? (*expiari ſacris.*

Act. IV. Scen. III. Ut me *defrudes* (*defraudes*) ad eam rem affectas viam.

Diem

Diem *corrupi* optimum[*perdidi*]aufer *palpationes, aſſentationes.*

Act.V. Immerſit aliquo ſeſe credo in œnopolium.

Scen.*I.* Proviſam , quàm mox redeat domum , accipiam quibus dictis meret.

2.Scin, quapropter Hecubam canem prædicabant? faciebat.

Quod tu nunc facis , allátrabat quemquem adſpexerat.

Scen.II. Me pernicitas deſerit,conſitus ſum ſenectute: Ut ætas mala.

Merx,eſt, res plurimas adfert,quas ſi *autumem*[*recenſeam*]longus ſermo ſit.

2. Ut pandiculans oſcitatur ! *concede ab iſtoc* quam potes longiſſimè (*recede.*

*Senex ludificatus.* 3 Ecce Apollo mihi ex oraculo imperat hircum iſtum ut ſenem,

Ut hunc ego barbatum,tremulum Titanum cygno prognatum patre: (*ludificem*)

Securim capiam ancipitem, atque hunc ſenem exoſſabo

Dein dedolabo aſſulatim viſcera.

Scen.III. Medicus hic ait ſe obligaſſe cras fractum Æſculapio.

Atque eccum incedit , movet *formicinum gradum* (*tardum ut formica.*

Scen.IV. Ædepol næ hic dies *perverſus* atque *advorſus* mihi obtigit.

Hic homo,qui *me complevit flagitii* & formidinis.

Quem ego hominem , ſequidem vivo , vitâ devolvam ſuâ.

2.Non poteſt ſanitas hellebori jugere *obtinerier.*

3.Hoc quidem ædepol haud *pro inſano* verbum reſpondit mihi.

Ad me , *face,* ut deferatur. *Sen.*Itan' cenſes? *Med.*Quippini (*cur non?*

Neque

4. Neque ego pugnas neque lites *cœpio* [*incipio*.
Quiſquis es, operam da, neu ſinas in me *inſignitè* deri tantam injuriam.

*Opem ferre alteri.* ℞. *Subvenibo* ſedulò nunquam te patiar perire.
Hiſce ego jam ſementem (*dentium*] in ore faciam, *pugnoſque obſeram*.
Quid me vobis tactio eſt? (*me tangitis*) *pecte* pugnis.
Ædepol here, næ tibi ſuppetias tempore adveni modò (*opportune ſuccurri*.
2. Ninia mira mihi hodie quidem exorta ſunt multis modis.

*Similes forma* 3. Namque ego hominem homini nunquam ſimiliorem vidi alterum.
Neque aqua aquæ neque lac eſt lacti, crede mihi, uſquam ſimilius.
3. Quod eras annos natus *adoleſcens* ℞. *ſeptuennnis* dentes cadebant primulùm.

## Ex Milite glorioſo Com. XII.

ACT. I. Scen. I. VEnter creat has ærumnas auribus. (*ut quid vis audiendum ſit*.

*Famelicus aſſentator.* Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant (*eſuriant*.
Et aſſentandum eſt, quidquid hic *mentibitur* (*mentietur*.
2. Facetè advertis animum tuum ad animum meum,
Communicabo te ſemper menſâ meâ (*ad hanc admittam*.

Act. II. Scen. II. Ei nos facetis fabricis *glaucomam* ob oculos obijciemus.
Diſperiiſtis, ni uſque ad mortem malè *mulctaſſitis*. (*multemini*.

*Vafer deceptor.* 2. Domi habet animum *falſijurium*, *delenifica* facta, fallacias.
Habet hortum & condimenta ad omnes mores maleficos.

Quem-

3. Quemadmodum abſtitit ſevera fronte curas cogitans.

Pectus digitis *pultat*, cor credo evocaturus eſt foras.

4. Tace dum in regionem aſtutiarum mearum te induco, ut ſcias

Juxta mecum mea conſilia, *ſalva ſumes indedem*) (*deſumes optima*.

Nunc ſi rationem *incipiſſam*, ita hanc inſtituam aſtutiam.

5. Si illic *concriminatus* ſit adverſum militem.

Ibo odorans quaſi canis venaticus, perſequar volpem veſtigiis.

Scen. III. Metuo hercle, ne quantum hic eſt familiariũ

*Malum me tuere.* Maximum in malum cruciatumque inſiliamus.

Tuis nunc cruribus capitique fraudem capitalem hinc creas.

2. Juben' tibi oculos effodiri, quibus id quod nuſquam eſt, vides?

Nonne tibi iſtam præſtruncari linguam *largiloquam* jubes?

Non ego nunc emam vitam tuam vitioſa nuce.

Mirum eſt lolio victitare te, quia luſcitioſus es.

Væ capiti niſi oculos *orationemque* aliam *commutas tibi*.

Mihi credo, me homo nemo deterruerit, quin ea ſit in his ædibus.

Hic obſiſtam, ne imprudenti huc ea ſe *ſurrepſit* [*ſurripiat*) mihi.

*Falli viſu.* *Pal.* Vin' jam faciam, ut *ſtultividum* te fateare? [*viſu deceptum*.

Sc. Nam ego quidem meos oculos habeo, nec rogo utendos foris

Sed hic illi *ſupparaſitatur* ſemper (*blanditur, ut edat*.

3 Cum hoc inſano *fabulem*? quem pol ego *capitis perdam*. Sc. Noli

Scen.IV. *Pœnam cōtemnere.* ℞. Noli minitari,ſcio crucem futuram mihi ſepulcrum.
Ibi mei majores ſunt ſiti pater, avus, proavus, abavus.
Non poſſunt mihi *minaciis* tuis hiſce *oculi* *fodiri*, ( *minis oculi effodi.*

Scen.V. *Audax mulier.* Te alloquor, vitii probrique plena, quæ *circum* vicinos *vagas* (*vagaris*
In vitam *ingratiis*,niſi voluptate ibis,rapiam te domum.
2. Neque eques neque pedes profectò quiſquam tanta audacia,
qui æquè faciat confidenter quicquam, quàm quæ mulieres faciunt,
3. Hinc abeo,ne quid tecum|conſilii commiſceā

*Servus bonus.* Plus oportet ſcire ſervum,quàm loqui. Hominem ſervum ſuos.
Domitos habere oportet oculos, & manus, orationemque.

Scen.VI. 4. Nunquam hercle ex iſta ego naſsâ hodie eſcam petam. (*hic decipiar*,
Niſi mihi ſupplicium virgarum de te datur.
Dedecoris pleniorem herum faciam tuum, quàm magno vento plenum eſt undarum mare. eſt.
2. Tranſcurre *curriculo citò* ad nos ita negotium
3. Nunc demum intelligo me fuiſſe excordem, cæcum , *incogitabilem*.
4, Ain'me *deſpexe* (*deſpexiſſe*)ad te per impluvium tuum.
5. Me occultabo dum hæ *conſileſcunt* turbæ,atque ita *leniant* (*leniuntur*.

Act. III. Scen.I. *Conſilia occultanda hoſtibus.* Opus eſt nunc tuto loco, nequis inimicus noſtris ſpolia capiat conſiliis.
Nam bene conſultum inconſultum eſt , ſi inimicis ſit uſui.
Speculabor nequis noſtro conſilio venator aſſit, cum auritis plagis.

2. Siquis in convivio odioſus eſt (*moleſtus*) abeo domum, ſermonem ſegrego.

Commemini & meæ orationis juſtam partem perſequi,

*Aptum in omnem partem.* Et meam partem itidem tacere, cum aliena eſt oratio.

Opus erit tibi advocato triſti, iracundo ecce me.

Opus leni, leniorem dices, quàm mutum eſt mare.

*Liquidiuſculuſque* ero, quam ventus eſt favonius. (*ſuavior.*

3. In mala uxore, atque inimico ſiquid *ſumas* (*impendas*] ſumptus eſt.

In bono hoſpite atque amico quæſtus eſt, quod *ſumitur*

Es, bibe, animo obſequere mecum, atque onera te *hilaritudine*.

4. Flagitium eſt ſi nihil donetur, quo ſupercilio *ſpicit.* (*aſpicit.*

5. Divos diſpertiviſſe vitam humanam æquum fuit,

Qui lepidè *ingenuatus* [*lepidi ingenii*) eſſet, vitam longinquam darent:

6. Si alius ægrè eſt mihi quod volupe eſt, meo remigio rem gero.

7. Proletario (*vulgi & patrio*) ſermone nunc quidem hoſpes utere.

8. Inveni lepidam ſycophantiam, qui *admutiletur* m les uſque *cæſariatus* (*longo capillo.*

*Decipere.*

Scen. II. Rationem mearum fabricarum (*doli*) dabo.

Lepidè hoc ſuccedit ſub manus negotium.

Scen. 3. Inſiſtite hoc ſapienter.

Quaſi militi animum adjeceris. (*militem ames*) Vide nequid titubetur.

Hodie hunc ſi dolum *dolamus* [*perficimus*) quid mittam muneris ?

Meditemur hæc cogitatè, ne ſubdolâ perfidiâ *pervincamur*. Volu-

Act. IV. Voluptas eſt quod agis, ſi id procedit lepidè ex ſententia.

2. Loquere, aures meas profectò dedo in ditionem tuam (*audiam.*

3. Tuam *expetisſit* (*exoptat*) pulchritudinem. Ecquis dignior, homo qui eſſet?

4. Cirumſpicito, dum ne quis noſtro hic auceps ſermoni ſiet.

5. *Pitbecium* hæc præ illo eſt, & *ſpinturnicium.* (*deformis, ut ſimia, & ſpinturnix.*

Scen. II. Exprome benignum ex tete ingenium. *urbicape* (*urbium captor*)

6 Nequeo hercle quidem *riſu me admoderarior* (*riſum nequeo cohibere.*

7. *Poſtriduo* [*poſtridie*] natus ſum ego, quàm Jupiter ex Npe natus eſt (*Senex*

8. Si hic pridie natus foret, quam ille eſt; hic haberet regnum in cælo.

1. Clam noſtrum hunc ſermonem ſublegerunt. (*auſcultarunt.*) *Te demoritur* (*deperit.*

Scen. IV. Vos modò porrò, ut *cœpiſtis*, date operam *amicabilem.*

*Rem arte expedire.* Ita velim *asſimules* (*ſimules* præ illius forma, quaſi ſpernas tuam.

Quaſique ejus *opulentitatem* verearis. Opus ita expolitum dabis (*perficies*

2. Dic te ſoliturum eſſe navim, ventum operam dare. [*favere.*

3. Ecce *bilarus* exit, impetravit; inhiat, quod nuſquam eſt miſer. (*deluditur.*

Scen. V. Reddam imperatum (*impetrabo.*) Moderare animo, ne ſis cupidus.

Scen. VI. Timeo, ne oculi ejus ſententiam mutent, ubi viderit.

2 Submovere iſtam vis gloriam, quam habes, cave ſis faxis.

3. Tu te vilem feceris, ſi te ultro largiere. [*ſi te obtrudes, contemneris.*

4. Me

4. Metuo, ne prædicatio tua meam virtutem ſuperet.

5. Quid adſtitiſti *obſtupide*, cur non *pultas*?

6. Oratio aliò mihi demutanda eſt mea. (*vertenda eſt.*

7. Mulier profectò nata eſt ex ipſa mora (*cunctabunda ex natura.*

## Ex Mercatore. Com. XIII.

ACT. I. Scen. I. Age, abige à te laſſitudinem, cave pigritiæ præverteris.

*Defagitari.* Tres *ſimitu* (*ſimul*) res agendæ ſunt, quando unam *occaperis.*

2. Perii, animam nequeo vertere; *nimis nihili* tibicen *ſiē* (*anima deficit, inutilis tibieē eſſem.*

3. Hominem ego iracundiorem, quam te, novi neminem.

4. Laſſitudinem hercle verba tua mihi addunt, *enicas.*

5. Obſecro, diſſolve jam me, nimis diu animi pendeo.

Act. II. Scen. II. *Bis tantò* valeo, quàm valui prius.

Meo quidem animo, decrepitus ſenex tantidem eſt, quaſi ſit ſignum pictum in parite.

2. Illum dono *advexe* (*advexiſſe*) audivi; ſed præcauto eſt opus.

3. Muſca eſt meus pater, nihil poteſt clam illum haberi.

4. Nolo adverſari tuam adverſus ſententiam. (*obſiſtere nolo*

5. Quid illuc eſt, quod ille ſolus ſe in conſilium ſevocat?

6. Multò ædepol facere damni *mavolo*, quam *opprobramentum* (*probrum*) pati.

Act. III. Scen II. Tu quidem meum animum geſtas, ſcit quid acturus ſiem.

Utine adveniens vomitum excutias mihi.

Exulta-

3. Tu me *antidhac* ſupremum habuiſti comitem conſiliis tuis.

4. Cur *inclementer* dicis lepido hero(*immitius in illum loqueris.*

5. Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fui. Repentè exotus ſum, repentino occidi.

6. Pumicios oculos habeo, non queo lacrumam exorare unam.

7. Me faciam penſilem, certum eſt mihi, ante tenebras perſequi tenebras.

7. Utinam quæ dicis *dictis facta ſuppetant*! (*facias ut dicis.*

9. De iſtac re, in oculum utrumvis conquieſcito, (*ſis ſine cura.*

10. Edico omnibus in hunc diem, à me ut caveant, non credant mihi.

Scen. II. Eo ingenio hi ſunt *flagritribæ* (*flagra terentes*) ubi data eſt occaſio,

*Rapaces;* Hæc habent conſilia rape, clepe, tene, harpaga, bibe, es, fuge.

Ut mavelis lupos apud oves linquere, quàm hos domi cuſtodes.

2. Niſi ſomnum ſocordiamque ex pectore atque oculis amovebitis,

*Verberaminati.* ita ego veſtra latera loris faciam, ut validè varia *fient*:

ut ne periſtromata æque picta ſint campanica :

neq; Alexandrina belluata cōchiliata tapetia

Vos veſtroſque *pantices* (*ventres*) vino madefacitis, cum ego ſim ſiccus.

4 Non eſt juſtus quiſpiam amator, niſi qui perpetuat data.

5. veſtem atque ea, quibus vobis eſt uſui, *prahibeo*, (*præbeo.*

6. Ego eo in macellum, ut piſcium quidquid eſt pretio *præſtinem emam.*

Scen. III. Profectò *inaniloguus* es (*inania loqueris*) *mortua* (*ſublata*) re, verba facis.

8. In

*Loqui fruſtra.* ℞. In pertuſum ingerimus dicta dolium. [*fruſtra loquimur*

*Bal.* In pauca, ut occupatus nunc ſum, confer quæ velis.

*Pſ.* Hunc pudet, quod tibi promiſit, quia non dedit.

*Bal.* Nimio id quod pudet facilius fertur, quàm id quod piget.

*Pſ.* Dabit *manta* modò (*expectata*] ℞. vel ſex *opperibor* (*opperiar*) menſes.

2. Tibi credam? una opera alligem canem fugitivum agninis *lactibus*.

*Mores ſcelerati.* 3. Quid ais, quantum terra tegit hominum *perjuriſsime*?

*Pſ.* Impudice *Bal.* ita eſt. *Pſ.* ſceleſte. *Bal.* dicis vera. *Pſ.* Verbero.

*Bal.* Quippini. *Pſ.* *Socio fraude, Legirupa*, &c. *Bal.* ſunt mea hæc iſta, &c.

*Pſ.* Verberaviſti patrem. *Bal.* Occidi quoque. Nunquid aliud vultis dicere?

*Pſ.* Hoc ego oppidum *admœnire* [*obſidere*] ut hodie capiatur volo.

Ad eam rem *opus eſt hominem* aſtutum, nec qui vigilans dormiat.

*Bal.* Cedo mihi, quid es facturus? *Pſ.* Tempori ego faxo ſcies.

Scen III. Largitis, dictis *dapſilis* [*profuſus* neque parata gutta certi conſilii eſt.

*decipere.* Neque adeò argenti. Neque habes ad *detexundam* telam terminos

Sed quaſi poeta tabulas, cùm cepit ſibi,

Quærit quod nuſquam eſt gentium, reperit tamen.

Facit illud veriſimile, quod mendacium eſt. Nunc poeta fiam.

Eccum ſenem, ex hoc ſepulcro vetere aurum effodiam.

Si de *dãnoſis* natis Dictator Athenis fiat, nemo

Meo

*Deſperata res.* Meo antecedat filio. Aurũ quærit, ſubolet mihi.
Pſ. Occiſa res eſt, hæret hoc negotium.
Quo in commeatum jam volui argentarium
Proficiſci, ibi nunc oppidò obſepta eſt via.
Præſenſi, nihil eſt prædæ prædatoribus.
2. Iſthæc inſipientia eſt, ſic irã in promtu gerere.
3. Bonus animus in re mala dimidium eſt mali.
4. Quaſi in libro cum ſcribuntur calamo literæ,
Stylus me totum uſque Ulmeis conſcribito.
*Vafrè rẽ aggredi.* 5. Siquid iſthæc opera, ut prædicas perfeceris,
Virtute regi Agathocli ante ceſſeris.
℞ Concedere aliquantiſper hinc mihi intro libet,
Dum *concenturio* in corde ſycophantias.
Act. II. Paravi copias, mea fretus fraudulentia,
Scen. I. Facile ut ſpoliem meos perduelles meis perfidiis (*facile decipiam.*
2. Qui meis oculis obviam *ignorabilis* (*ignotus*) ob- (iicitur?
Scen. II. 3. Tu inventus verò meãqui *forcilles* (*ſugilles*) fidẽ.
Quaſi mihi nõ *ſexcentatanta* ſoli ſoleant *credier.*
Et quaſi tu dicas, me te velle *argento circumducere* (*fraudare.*
*Ha*. Imò verò quaſi tu dicas, quaſiq; ego autẽ id (ſuſpicer.
4. Ego *divortor* apud anum illam diobolarem
*cludam* (*claudam*) craſſam chryſidem.
5. Vide ſis, ne *in quæſtione ſis*, [*ne cogar quærere*)
quando acceſſam mihi.
Scen. IV. *Ecquid* is homo *ſcitus* eſt? (*aſtutus*) plebiſcitum
*Vafer.* non eſt ſcitius.
2. Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambignum fuit,
nunc liquet, nunc defecatum eſt, cor mihi nunc pervium eſt.
Confidentia eſt inimicos meos me poſſe perdere
Act. III. An invenire poſtulas quenquam coquum,
Sc. I. & II. Niſi mil vinis, aut aquilinis ungulis?
*Rapacibus cocis advigilandum* 2. Di nobis malam rem magnam multaſque ærumnas *danunt* [*dant.*
Parvis magniſq; miſeriis *præfulcior.* Cruciatus
me *perbitit*, (*invadit.*

 Hu-

3 Hujus tu oculos in oculis habeas tuis (*adverte ad coquum furacem.*
Si quo gradietur pariter progredminor.
Manum ſi *protollet*, pariter proferto manum.
Sin ibit ito, ſi conquiniſcet, conquiniſcito.
Nec ſatis, ſimul item his diſcipulis prius cuſtodes dabo.

4 Ego ita convivis cœnam conditam dabo,
Ut quiſque quicque conditum guſtaverit.
Ipſos ſibi faciam ut digitos prærodat ſuos.

Act.IV. Quippe ego te ni contemnam *ſtratioticus* homo qui *cluear?* (*militaris aſtimer?*

2 Ego dabo, & faciā ſi hanc rem probè *accuraſſis.*
Memorem immemorem facit, qui monet quod memor meminit.
Eccum *verbeream* ? (*verberibus excipiendam*) *ſtatuam, ut magnifice infert ſe.*

Scen.II. Nihil etiam dum *harpagavit*, præter cyathum & cantharum.

2 Heus tu, qui cum hirquina adſtas barba, reſponde quod rogo.
*Sy.* Ecquem noviſti hic hominem? *Bal* Egomet
*Nequam* me, *Sy.* Pauci iſthæc faciunt. (noverit.
nā in foro vix decum' quiſq; eſt, qui *ipſus* ſeſe
Hominem hic quæro *legirupam* impium, perjuram, &c. *Bal.* me quæritat:
nam illa mea ſunt cognomenta, nomen ſi memoret modo. (nua

Scen.3. Metuo ne in re ſecunda nunc mihi obvertat cor-
Si occaſionem *capſit* (*ceperit*) qui *ſiet* malus *ut malus ſit.*

Scen.VI. Viſo quid rerum meus Ulyſſes (*vafer*) agat.

Scen.VII. Boni viri me pauperant, improbi alunt, (*dicit leno.* (ces, audies.

2 An habet carcerem patriam? *Sy.* cōtumeliā ſi di-

3 Uncti hiſunt ſenes, fricari ſeſe ex *antiquo*, volunt [*verbera exſpectant.*

Act. V. Pedes ſtatin' an non? ſi cecidero veſtrum erit flagitium. Hoc

*Ebrius.* Hoc vino vitium eſt, pedes captat primum, luctator doloſus eſt. (*dulſam*

Profectò ædepol. ego nunc probe habeo *ma-*

Scen. II. Quæ iſta hæc audacia eſt, te ſic *interdius* cum corolla ebrium incedere?

Credo equidem *poteſſe* te, Maſſici montis *uberrimos* quatuor.

Fructus ebibere in una hora.

2 *Verte* humerum, & loris porrige. *Bal.* Doleo

*Pſ.* Ni doleres tu, ego dolerem.

## Ex Pœnulo. Com. XV.

PRol. Revortor rurſus denuo Carthaginem, ſiquid mandare vultis, (egerit.

*Servus utilis.* aut curarier, argentum niſi qui dederit nugas

Verùm qui dederit, magis majores egerit.

ACT. I. Scen. I. Res multas Milphio dubias, egenas, inopioſas conſilii

Tu ſapienter doctè, & cordatè, & catè,

Mihi reddidiſti opiparas opera tua.

℞. Nunc mihi *blandidicus* (*blandiloquus*) es: heri ;in tergo meo

*Tu* facilè corios contriviſti bubulos.

*Her.* Quin ſi feriri te video, extemplo dolet ℞.

*Ser.* Mihi quidem.

Scen. II. Negotii ſibi qui velit vim parare, navem & mulierem

*Mulier & Navis nunquam ſatis ornantur.* Hæc Duo comparato, nunquam ſatis hæ duæ res ornantur. (liri, expoliri,

Lavari aut fricari, aut tergeri, aut ornari, po-

Pingi, fingi ſi *occœperis* nulla ſatis ſatietas eſt.

2 Lingua huic excidit opinor, quid adſtans *obſtipuiſti?* (*tanquam ſtipes.*

*Mores præ habitu ornant.* 3 Ille homo lapidem ſilicem ſubigere, ut ſe amet, poteſt. (*Ad amorem inflectit.*

4 Bonum me eſſe, quam beatum, nimium dici *mavolo.* (collinunt.

Pulchrum ornatum turpes mores pejus cæno

Lepidi mores turpem ornatum facilè factis cōprobant,

3.Siquidem amicitia eſt habenda, cum hoc habenda eſt.

*Amicitia.*

4.Ego ſi ſim Jupiter, hanc hercle uxorem ducam, Junonem extrudam foras.

5.Etiam me mei latrant [*allatrāt*] canes? (*Servi mei obloquuntur?* (*oſſa porrigam.*

Hunc canem oleo faciā tranquillio rem (*pro oſſa*

6.Amabo, num hi falſo oblectant gaudio nos; [*decipiunt.*

7.Condamus alter alterum ergo innervum brachialem' (*amplectamur.*

8 O Appelles ô Zeuxis pictor, cur eſtis mortui? hic exemplum ut pingeretis!

Scen. V. Jam pol ego te pugnis totum faciam, ut ſis mora. (*in tardum dicitur.*

*Verberaminari.*

Itaque replebo atritate, (*vibicum*) atrior multo ſiet, quam Ægyptii.

2 Num tibi adoleſcens malæ, aut dentes pruriunt. (*Amane verbera ?*

## Ex Perſa. Com. XVI.

ACT.I. Scen.I. Qui amans egens ingreſſus eſt princeps amoris vias,

*Amor indomabilis*

Superavit ærumnis is ſuis ærumnas Herculis:

Nam cum Leone, & cum exc. tra, cum cervo, cum apro Ætolico,

Cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim,

Quàm cum amore.

2 Num ſatis ſum hero ex ſententia, (*non placeo*] nequit tamen quin me ſuis

negotiis *præfulciat* (*præficiat*] Quis hic *contra me* adſtat?

3.Fui *præferratus* apud molas *tribunus vapularis* [*molis agendis affixus.*

4 Tantum argentum, ſi totus ego veniam, vix recipi *poteſſit* (*poſſit.*

5 Obſecro te, *reſecro* (*iterum peto*) da operam.Re

Ah odio (*moleſtia* me *enecas.*

Scen.I. *Paraſitari.* Veterem atq; antiquum quæſtum meæ alimoniæ Servo, paraſitandi ventrem paſco, ut pater *avos proavos.* (*avus* &c.

Quaſi mures ſoliti ſemper edere alienum cibum.

Neque *quadruplari* me volo,(*accuſando quartam partem bonorum conſequi.*

2 Ubi quadruplator *quempiam injexit* (*cuipiam injecerit*] manum,

Tantidem ille illi rurſus inijciat manum.

Scen.3. O Jupiter terreſtris,te coepulonus(*qui tecum epulatur*).compellat tuus.

Murena & conger ne calefiant,nam nimio melius *oppectuntur* frigida

Lubido eſt *tuburcinari* (*ingurgitari*) de tuo ſiquid domi eſt.

Act.II. Scen.2 Nunquam hercle iſtud *exterebrabis* tu (*ex me obtinebis.*

Omnes ſunt lenæ *levifidæ* (*levis fidei*]neque tipulæ levius pondus ineſt.

Scen.3. *Decipere averos ſenes.* Meo amico *amiciter* hanc commoditatis copiam *danunt*, (*amice dant.*

2 Id demum lepidum eſt, *triparcos* homines, vetulos, avidos, aridos bene admordere; qui ſalinum ſervo obſignant cum ſale, (*emungere avaros.*

virtus eſt ubi occaſio admonet,decipere.

Scen.V. Graphicè ſubnixis alis (*anſatis brachiis*) me inferam,adque *amicibor* glorioſè.

2 *Boves* ſunt in crumena (*ſignum nummorum*) metuo, ut poſſim in *bubilem* reicere

Act. III. Scen.I. Quæ res bene *vortant* mihi & ventri meo, ut mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet: ſequere

*Paupertas ne ſit infamis.* 2 Si ad paupertatē *admigrant*[*accedunt*] infamiæ gravior paupertas fit, fides *ſublectior* (*ſceleſtior.*

3 Enim verò *odioſa* es [*moleſta es*) Nequicquam *nevis* [*non vis.*

4. Virgo nulla erit, quin ſit mala, quæ *prater* ſapit, *quam* placeat parentibus.

Bz Dum

℞. Dum virgini dos ſit nullum vitiũ viro *vortitur.*

Scen. III. *Avarus.* O ſterquilinium publicum impure, *in jure*, illex labes populi,

Pecuniæ accipiter avide atque invide, verſibus Trecentis tuas *impuritias traloqui* (*impuritatem eloqui*) nemo poteſt.

℞ Tace obſcero, hercle, næ tua vox validè valet.

*Dor.* Referundæ ego habeo linguam natam gratiæ.

Eodem mihi pretio ſal *perhibetur* (*prabetur*) quo tibi.

Act. IV. Scen. III. *Hunc ego hominem hodie in tranſennam doctis ducam dolis.*

Nequicquam tibi fortuna faculam *lucrificam* allucere vult.

3 Nunquam ego *tè* tam *eſſe matulam* credidi.

4 Ea res me domo *expertem* facit [*domo ſcludit.*] *Juxta tecum* id ſcio.

Scen. IV. *Urbs bene morata ſat firma eſt.* Perfidia, & Peculatus ex urbe, & avaritia ſi exulant, ſi incolæ bene ſunt morati, pulchrè munitam arbitror.

Hæc niſi unde aberunt, centuplex murus rebus ſervandis parum eſt.

2 Servitus mea mihi interdixit, ne quid mirer malum meum.

3 Nunquam hercle hunc menſem vertentem ſervibit mihi. [*lucri.*

Scen. VII. Næ hic tibi dies illuxit *lucrificabilis*, hunc *fecisti*

Act. V. Scen. I. *Tacibus* perfectis, bello extincto, inter participes prædam participabo.

Omnes *hilaros, ludentis, ludificantis* faciam (*hilares & ludentes. &c.*

Improbus homo eſt, qui beneficium ſcit ſumere & neſcit reddere.

Scen. II. *Verberibus dignus.* Quid ais crux, ſtimulorum tritor? quomodo me hodie verſaviſti?

℞. *Ne ſis*, me uno digito attigeris, ne te ad terram ſcelus affligam

2 Jurgium hinc auferas, ſi ſapis. Si cor uritur, caput ne ardeſcat.

3 Malū ſi me *irritaſſis*, dabo. ℞ age *te-cōdono* (*tibi*

## Ex Rudente. Comœdia XVII.

PRol. Sceleſti in animum inducunt ſuum, Jovem
Se placare poſſe *donis, hoſtiis*, at operam & ſumptum perdunt.

ACT. I. Scen. II. Meâ deſidiâ ſpem deſerere nolui. Villam *intell go*
*Integundam*, perlucet illa quam cribrum crebrius.

2 Quid oratione hic tua nos occupatos occupas?

3 Ne ſervus *præfeſtinet*, ubi herus *aſſit*, præloqui.

4 Qui *ſacruficant* ſemper petunt aquam hinc; aliis paravi puteum.

*Miſer.* Scen. IV. 5 Ut *verbera perhibes*, me periiſſe prædicas (*ſi vera dicis perii.*
Quid mihi melius eſt, quàm corpore vitam ſecludam? (*mortar.*
Ita mihi multæ in pectore curæ ſunt *exanimales.* [*quæ me exanimant.*

2 Hoc quod eſt. id neceſſarium eſt perpeti.

Scen. V. Qui ſunt qui preces *expeteſſunt*? haud gravatum patronum *exequuntur* (*urgent.*
Quidquid eſt comiter fiet à me, quo non copia valebit. (*comitate ſupplebo inopiam.*
Egomet vix vitam colo (*ſuſtento.*

Act. II. Scen. I. *Piſcatorum ſors.* Hice hami atque hæ harundines *ſunt* piſcatoribus *quæſtu & cultu.*
cibum captamus è mari, ſin eventus non venit, ſalſi, lautique domum redimus, dormimus incœnati.
modo nulla nobis ſpes eſt, niſi quid concharum *capſimus.*

Scen. II. Salvete fures maritimi conchitæ, atque hamiotæ, (*piſcatores.* Quid

Quid agitis, ut peritis? ℟. ut piſcatorem æquum eſt, fame, ſiti, ſpeque.

2. Vidiſtis fortem, qui tres duceret chlamydatos cum *machæriis*? [*macharis*.

*Senex.* ℟. Non, ſed recalvum, ac Sylanum ſenem, *Ventrioſum*, &c

*Piſ.* Cum ejus modi virtutibus qui natus ſit, eum quidem ad carnificem

eſt æquius, quam ad nuptias commeare.

Is huc herum etiam ad prandium vocavit, ſceleris ſemen.

Hoc ſeſe *excruciat animi* (*dolet*.

Scen. III. Qui it lavatum in *balneas*, ibi cum ſedulo veſtimenta ſervat,

Tamen ſurripiuntur; quippe qui quem illorum obſervet, falſus eſt.

2. Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum.

Scen. IV. Quis eſt qui noſtris tam protervè foribus facit injuriam?

2 At ego *baſilicus* ſum [*regalis*) quem niſi oras, guttam aquæ non feres.

3 Ut in ocellis *hilaritudo* ineſt! Veneris *effigia* [*effigies*] eſt.

Scen. VI. Qui homo miſerum ſeſe, atq; mendicum volet.

*Opibus ex-* Neptuno credat ſeſe atque ætatem ſuam.

*utus.* 2 Utinam ne, te meis vidiſſem oculis, *quē propter* hoc mali obtigit. [iſſem die.

℟ Utinam cum in ædes, tum in carceres illo potius

3 Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio? quidque hinc abitio?

Sceleſtiorem cœnam cœnavi tuam, quàm quæ Thyeſtæ fuit & Terei.

4 Mendicitatem mihi obtuliſti tua opera, dum auſculto *magnidicis* mendaciis.

5 Cum mari immergerem ex inſulſo ſalſum te feci mea opera.

℟ Quin tu hinc is à me in maximam malam crucem.

6 Jam *poſtulabas* te *impurata* bellua (*ſperabas impure*) devoraturum Siciliam,

Scen.VII. Eluas tu an exungare, ciccum non *interduim.* (*laves, an ungaris, bilum non curo.*

Act.III. Ferte opem inopiæ (*inopi oppreſſa*) atque exem-

Scen.II. plum peſſumum peſſundate.

*Oppreſſo ſubvenire.* vindicate, ne impiorum potior ſit pollentia [*potentia*

quam innocentium, qui ſe ſcelere fieri volunt nobiles

ſtatuite exemplum impudenti, date pudori præmium.

Prætorquete injuriæ prius collum, quam ad vos perveniat

2 Tibi ulmeam uberem eſſe ſperes virgidemiam

*Infelix.* Et tibi eventuram hoc anno uberem meſſem mali.

3 His *advorſum* jus legesque inſignite injuria hic facta eſt.

4 Ædepol *infortunio* hominē prædicas *donabilem*

Qui ſacerdoti ſceleſtus *fauces interpreſſerit.*

5 Jube oculos elidere, itidem ut ſepiis faciunt coci.

Proripite hominem pedibus huc, itidem ut occiſam ſuem.

Nimis velim improbiſſimo homini malas *edentaverint.*

Scen.III. Nunc id eſt cum omnium copiarum, atque o-

*Miſer & derelictus.* pum, auxilii,

præſidii viduitas nos tenet (*derelictæ ab omnibus ſumus*

nec ulla eſt ſpecula, quæ ſalutem afferat.

nec ſcimus, quam in partem *ingredi proſequamur*

2 Sed nunc, ſeſe ut ferunt res fortuneque noſtræ, par eſt *moriri.*

Vos defenſabo, *malitia* Leonis *contra incedeam.*

4. *Elaut*

4. *Elauti.* ſumus opera Neptuni (*loti in mari poſt naufragium.*

Scen. IV. *Nequam.* Exi e tano nate, quantum eſt hominum, *ſacrilegiſſime.*

Tun' *legirupionem* (*legis violatorem* hic nobis cum Dis facere poſtulas (*jungere.*

Tu in carcerem *compingier* eſt æquum, dum totum contriveris.

2 Non hodie *iſti rei auſpicavi*, ut cum furcifero fabuler.

*Panas intentare* Te follem pugillatorium faciam, & pendentem incurſabo pugnis.

Vos adeò, ubi ego innuero vobis, ſi ne *caput ei exoculaſſitis.*

Quaſi *murteta* (*myrteta*) juncis, item ego vos virgis *circumvincam.*

*Lan.* Vi agis mecum? ℞. Etiam vim *opprobras*; flagitii *flagrantia.*

*Lan.* Tun' trifurcifer audes mihi *inclementer* dicere? (*exprobrare ſcelera*?

Scen. V. *Minacias* (*minas* ego iſtas flocci non facio tuas.

2 *Ehem* (*hem*). optime ædepol, eccum clavator (*qui clavam fert*) advenit.

Act. IV. Scen. II. Neptuno gratiæ, qui in mari fluctuoſo *piſcatu* uberi me *compotivit* [*fecit compotem.*

De nocte multa impigrè exurrexi, lucrum *præpoſivi* (*præpoſui.*

ſopori & quieti. *Repperi* nunc, ut piger, ſi velim *ſiem.*

2 Nunc ſic conſilium eſt, ad herum veniam doctè atque aſtutè

pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut ſim liber.

Jam, ubi liber ero igitur, domum inſtruam, agrum, ædes, mancipia, &c.

3 Ubi demiſi *retem* (*rete*) atque hamum, quidquid hæſit extraho.

*Stultus.* 6 Stultus es, *helleboroſus* [*hellebore indiges*] *ceritus*

℞ Salve mi Thales. Hinc-

5 Hinc tu niſi malum *fruiſci* nequis; *exugebo* quidquid humoris tibi eſt.

6 Si tu proreta iſti es navi, ego gubernator ero *me cogeris ſequi*.

Scen.III. Jus merum oras meo quidem animo. (*ut exiſtimo*.

2 Suſpendam me tantiſper, dum abſcedat hæc ægrimonia

Scen.V. Hercules illum infeliciter, cum ſua licentia.

Ita meas replevit aures, quidquid memorabam: *licet* [*ſemper id repetens*.

Act.V. Scen.II. Quis me miſerior? nam lenones ex gaudio credo procreatos,

Ita omnes mortales ſiquid eſt mali, lenoni gaudēt

Scen.II. Num medicus quæſo es? ℞. Imò ædepol una litera plus ſum

quàm medicus. *Gr.* Tum tu mendicus es? ℞. tetigiſti acu.

2 Ecquid meminiſti invidulo, qui perit, quid *infuerit* ibi?

## Ex Sticho. Com. XVIII.

ACT.I. Scen. I. HÆres *vitæ* me *ſaturant*, mihi *vidua* & ſenio ſunt.

2 Neque quid agant, nos participant, neque ſuum officium colunt.

*Servus negligens* Scen II. Vos (*ſervi*) meminiſtis, quot calendis petere demenſum cibum,

qui minus meminiſtis, quod opus ſit facto facere in ædibus.

2. *Perplexabiliter* (vel *perplexim*] eorum hodie *perpavefaciam* pectora.

3 Utra conditio eſt *penſior* [*melior*) viduam, an virginem habere?

℞. Qui poteſt mulieres vitare, vitet; ne faciat pridie quod pigeat poſtridie.

4. Idem animus eſt in paupertate, qui olim in divitiis fuit. Non

Non tu me argento nuptum dediſti, ſed viro.
Suus Rex Reginæ placet.
Stultitia eſt, pater, venatum ducere invitos canes.
Hoſtis eſt uxor, invita quæ ad virum nupta datur.

Act.II. Famem fuiſſe ſuſpicor matrem mihi,
Scen.I. Nam poſtquam natus ſum, ſatur nunquam fui.
*Famelicus.* Nam illa me in alvo menſes geſtavit decem,
Ego illam in alvo geſto plus annos decem.
Illa me parvulum, at ego non *pauxillulam* in utero fero.
Uteri dolores, oriuntur cotidie, parere nequeo.
Solere elephantum gravidam perpetuos eſſe decem.
Annos ferunt, cujus ex ſemine hæc certò eſt fames.
Sed generi noſtro hæc reddita eſt benignitas.
Nulli negare ſoleo, qui eſum me vocat.
Nunc venalis ſum cum ornamentis omnibus,
*Inanimentis* explementum quærito.

2 Oratio hæc una interiit. Veni illò ad cœnam, face &c.
Nunc repererunt ei verbo vicarium, nihili herclè verbum:
Vocem te ad cœnam, niſi egomet cœnem foris,
Ei herclè verbo lumbos defractos velim.

3 Rogare juſſi te multo opere maximo, mutuum abs te dares.
℞. Negare mihi eſſe quod dem, niſi hanc linguam *venditaram.*

4 Næ iſtæ ædepol vinum *exantlavit* [*exauſit* ſcitiſſimè.

Scena II. Mercurius nunquam æquè patri nuntium lepidum attulit, quam heræ ego.
*Læta ferre nuntia.* Amœnitates omnium Venerum, onuſtum pectus porto lætitia.

Age

Age ut lubet, curre ut placet, age quenquam flocci feceris,

Tranquillam *concinna viam*, ſi rex obſtabit obviam *pervortito*.

2. *Laſcivibundum* ſimul *ad curſuram meditabor me.* (*me præparabo.*

Scen. III. Ecquid boni? ℞ Nimio impertior tam plus, quàm ſperas. (*ſupero ſpes tuas.*

4 Medullam laſſitudo *per bibit* (*laſſus ſu m* ℞. linguam haud tenet.

5 Prætor hac ſi me *irritaſſis* ædepol eſuries malè.

6 Efferte huc ſcopas, ut operam omnem aranearum perdatis

7 Sine ſuffragio populi hic ædilitatem quidem gerit, (*domi non juſſus imperat.*

8 Huc *naſiternam* (*amphoram*) cum aqua dejice pernam, & *glandiam* (*ex porcina.*

9. Forma *exumia* eſt. Cum *adbibero*, *alludiabo*, tum ſum *ridiculiſſimus.*

Act. III. Scio te ſcire, quàm multas *tecum miſerias multaverim* (*ſuſtulerim.*

Scen. I. 2 Ite hac ſecundum vos me, ego hunc lacero dien: (*ſequimini, conſumemus diem.*

Act. IV. Exoneremus nos *viciſſatim* voluptatibus.

Scen. I. 2 Si res labat, itidem amici collabaſcunt, res amicos invenit.

Act. V. Nos tamen efficimus pro opibus noſtra mœnia (*noſtræ opes nobis ſufficiunt*

Scen. IV.

Scen. V. 2 Hoc memorabile eſt, ego tu ſum, tu es ego *unianimi* ſumus.

3 Agedum Stiche, uter *demutaſſit*, poculo multabitur.

4 *Deſubito* vel cadus veti poteſt [*exhauriri.*

5 Fac nos hilariores, refer ad *labias* (*labia*) tibias (*infla.*

## Ex Trinummo. Comœdia XIX.

ACT. I. Scen. I. P*Rolog.* Accip te & date *vacivas auris* (*vacuas aures*] dum eloquar.

Ami-

Amicum hodie *conca,ſtigabo* pro commerità noxia.

2 Hic nimium morbus mores invaſit bonos.

*Mores mali.* 3 Mores mali quaſi herba iniqua, ſuccreverunt uberrimè·
eorum licet jam meſſem metere maximam.

Scen.II. Hic ille eſt ſenecta ætate qui factus eſt puer,
qui admiſit in ſe culpam *caſtigabilem.*

*Cal.* Quid agit tua uxor, ut valet? *Meg.* Pluſquam ego volo
immortalis eſt. Vin' commutemus? *Cal.* Note mala res, optuma eſt.

2 Nunquam tu, credo mihi imprudenti obrepſ[illegible]s (*non decipies me.*

3 Sed hoc animum advorte, atque aufer *ridicularia.*

4 Nam ſi in te ægrotant artes antiquæ tuæ,
Aut ſi demutant mores in genium tuum.
Omnibus amicis morbum tu incuties gravem,

5 Bonos accurate addecet, ſuſpicionem abs ſe ſegregent.

*Me.* Ne admittam culpam, ego meo ſum promus pectori;
Suſpicio eſt in pectore alieno ſita (*culpam cavere ſuſpicionem non poſſum.*

7 Sunt quos ſcio eſſe amicos mihi, ſunt quos ſuſpicor,

*Amici ſynceri pauci.* quorum ingenia atque animos non poſſum noſcere
ad amici partem, an ad inimici perveniant.
ſed tu ex amicis certis mihi es certiſſimus, ſiquid improbe
factum, ni id accuſas, tu ipſe objurgandus es, ſcio.

8 *Turpilucricupidum* & vulturium te vocant cives tui.

*Cal.* Quin dicant, non eſt in manu mihi: meritò ut ne dicant, id eſt.

*Aurum adoleſcentibus non convenit.* 7 Argentum amanti homini adoleſcenti, animi impoti dare,
qui exædificaret ſuam inchoatam ignaviam:
Dare erat hoc pacto ei gladium, qui ſe occideret,
& qui deterior eſſet, facere copiam

*Fideli credere* 8 Concredo, quod meæ concreditum eſt clam
fidei, & fiduciæ.

℞. Mihi quod credideris, ſumes ubi *poſiveris* (*poſueris*.

*Cal.* Non cuiquam credam unde ad alium id
poſſit *permanaſcere*.

9 *Inconſultu meo* ædes haſce venales inſcribit
literis.

10 A me argentum dedi. [*ex meo*] haſcine me
propter res maledicta dixerunt?

℞ *Occluſti* (*occluſiſti*] linguam viciſti, caſtigatorem
tuum.

11 Rogo, ut communices hunc mecum meam
provinciam (*me juves*.

12 Juxtaque eam curo, cum meâ (*ut meam*) Nihil
*confidentiloquius* illo eſt.

13 Quod ſi exquiratur uſque ab ſtirpe autoritas,
*primus autor*.

Ut niſi quod dictum appareat, famigerator (*rem ſpargens*) cum damno ſiet. (*luet*.

Hi omnes, qui quod neſciunt, ſciunt, occluſiorem habeant ſtultoloquentiam.

Actus II. Seen. I. Multas res *ſimitu* (*ſimul*) in meo corde verſo.
multum in cogitando

*In bivio adoleſcentia hæſitant* Dolorem indipiſcor, egomet me concoquo,
nec liquet utram potius
harum mihi artem expetaſſam; amore me, an rei
Obſequi potius par ſiet? utra in parta plus voluptatis ſit vitæ?

*Amor qualis.* Amor *blandiloquentulus* harpago, *cupes* (*cupedias amans* avarus,

Elegans deſpoliator, latebricolarum hominum
corruptor, &c.

Ubi

Ubi verò qui eget, quàm pretii eſt parvi? qui in amore præcipitavit

pejus perit, quàm ſi ſaxo ſaliat, Apage, Amor mihi amicus ne ſuas.

Quo illic homo foras ſe penerravit ex ædibus.

2 Patrem tuum percoles, per pietatem, nolo te cum improbis

ſermonem exequi, novi ego hoc ſæculum moribus quibus ſit.

*Mores Patrum laudamus, non ſequimur.* mores majorum laudant, eoſdem lutilant. hiſce artibus

ne imbuas ingenium, meo modo & moribus vivito antiquis.

3 Ab adoleſcentia tuis ſervivi ſervitutem imperiis

*Adoleſcens frugi.* Iſthoc ego mihi ſemper habui *ætati ſegumenum* meæ,

neu penetrarem me uſquam ubi eſſet *damni conciliabulum*:

neu tibi ægritudinē parer paterē, par ſi ſedulò.

Sarta tecta tua precepta uſque habui, meâ modeſtiâ.

*Pat.* Quid exprobras? probus eſt, quem nos pœnitet, quàm probus ſit,

Qui *ipſus* ſe contēnit, in eo eſt indoles induſtriæ

4 De mendico malè meretur, qui eo dat, quod edat aut bibat prodige,

*Prodiga liberalitas noxia.* nam & illud quod dat perdit, & illi producit vitam ad miſeriam.

Ita te aliorum miſereat, ne tui alios miſereat.

*Fil.* Deſerere illum & *dejuvare* (*non juvare*) in rebus adverſis pudet.

Multá bona benè parta habemus. *Immunifice*

*Avarus.* ſcis quid cantari ſolet?

quod habeas, ne habeas, & illud quod nunc habes, habeas malum.

quandoquidem nec tibi bene eſſe potes pati, nec alteri.

5 Non ætate, verùm ingenio *adipiſcitur ſapiētia*

Non

Scen.III. Non optuma hæc quidem, ſed meliora, quàm quæ *deterruma*.

2 Qui nihil aliud, niſi quod ſibi placet, conſulit advorſum filium,

*Factius* nihilo facit, ſuæ ſenectuti acriorem hiemem parat

Scen.IV. Minus quindecim dies ſunt, cum pro hiſce ædibus aderas.

2 Aurum à prodigo conſit citò, quàm ſi tu obiicias formicis papaverem,

3 Natus benè vult tibi, ℞ mutuum mecum facit, (*facit quod ego.*

*Sta.* Nequam illud verbum eſt, bene vult, niſi qui benè facit

4 Satin' tu ſanus mentis, qui hunc affinem repudies?

Nam illum *ferentarium* (*qui feret dona*) eſſe amicum inventum intelligo.

5 Ita dicis, non eſſe *aquiperabiles* veſtras cum noſtris factiones?

*Ager ſterilis.* 6 Bonis tuis rebus meas res irrides malas.

7 Ne tu huncagrum tuum *ſiris*(*ſiveris*)unquam fieri,

Ei rei argumentum dicam; cum alibi meſſis maxuma eſt,

Tribus *tantù illi* minus redit, quàm obſeveris.

℞ Hem, iſtic oportet obſeri mores malos.

8 Hoſpitium eſt calamitatis, quod vis malum hic inveneris.

Act.III. Scen.II. *Les.* Quod eſt facillimum facis. *Ly.* quid id eſt? *Les.* Amico injuriam.

Nullum beneficium duco id eſſe, quod cui facias, non placet.

2 Sentio quid agam, neque à me officium migrat, nec tuis depellor dictis &c.

*Amor ad vetita ardentior.* 3 Ita amor eſt, minus placet quod ſuadetur, quod diſſadetur,

Cum inopia eſt cupias; quando ejus eſt copia tunc non velis.

Ille qui *aſpellit* (*repellit*) hic compellit, qui *conſuadet*, vetat.

4 Præopravisti amorem tuum uti virtuti præponeres.

Igitur tibi aqua erit Cupido, genus *qui* (*ut*) reſtinguas tuum.

Ne ſcintillam quidem relinques, genus *qui conglifcat* tuum.

Scen. III. Vereor ne iſthæc pollicitatio, te in crimen populo ponat, (*vitio vertatur*.

2 Hoc me ætatis ſycophantari pudet.

Act. IV. Scen II. *Peregrinus fictus.* Advenio ex Aſia atque Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus unquam uſurpavi meis. (*finge me peregrè advenisse*.

Qui me conduxit, ornamenta hæc à chorago ſumpſit ſuo periculo.

nunc ego ſi potero ornamentis hominem circumducere

Dabo operam, ut me eſſe ipſum planè ſycophantam ſentiat.

2 Quid ille ignaviſſimus, ac minimi preci (*mihi* [*me*) *latitabat*.

3 nimis argutè obrepſiſti in eapſe occaſiuncula.

Poſtquam ego me aurum ferre dixi, poſt tu factus es Charmides.

prius tu non eras, quàm auri mentionem feci.

Rurſum te recharmida &c.

Tu quis ſis floccum non *interduim*, ſed epiſtola mihi *concenturiat* metum.

4 Nunquam ædepol temerè tinnit tintinnabulum, eſt qui movet

Scen. III. *morib leges opprimuntur. Mutuum ſi repetas, offendis*

Nequam mores leges jam perduxerunt in poteſtatem ſuam,

Queis *obnoxioſi* ſunt. Eæ ad parietem ſunt fixæ clavis ferreis

Ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

2 Si quis mutuum quid dederit, ſit pro proprio perditum,

Cum repetas, inimicum amicum beneficio invenis tuo,

Duarum rerum exoritur optio,ut vel quod crediderìs perdas,vel illum amicum amiſeris.

Act.V. Scen.I. Commoda eveniunt, quod ago gaudiis gaudium ſuppeditat.

Scen.II. Nimis *pergraphicus* nugator *meo allegatu* (*me mittente*) *venit*.

## Ex Truculento Com.XX.

ACT.I. Scen.I. PLus nunc furum, quam *olim* muſcarum,cum caletur maximè.

*Fures.* Auſcultate , ne quis adventor gravior abeat

Act.II. Scen.II. quàm adveniat.

Neu qui manus attulerit,ſteriles intro, gravidas exportet. (*furetur*.

2 In melle ſunt linguæ veſtræ ſitæ, corda in felle.

3 Hoc multis vitium eſt maximum, cum amant, tum pereunt.

Scen. II. Jam herclè ego te hic mulier quaſi ſus catulos pedibus conteram.

2.Si ecaſtor hic homo ſinapi victitet, non cenſeam

Tam eſſe triſtem poſſe. At pol hero benevolens ut is eſt ſuo!

3 Jam enim *excere*(*ecce reipſa*)ibo ad forum *Ad herum revidebo*.

Scen.III. Piſces ego credo, qui uſque dum vivunt, lavant,

Scen.V. minus diu *lavere* , quàm hic lavat.

Nullam rem oportet dolosè *aggrediri*,niſi aſtutè exequare.

2 Te medium *diſtruncabo*, ſi tu ad legionem bellator *clues* , ego in culina

*clueo* (*æſtimor*.) Te offa'im *concipi'abo*(*conterā*.

Emoriere ſi manu *niceris* (*tetigeris*) *vel* oculo *niveris*(*annueris*.

Act.IV. Scen.II. Mavelim mihi inimicos invidere , quàm me inimicis meis,

qui

*Invidia egentium eſt*

qui invident, egent illi: quibus invidetur, rem habent:

*Peſtidea* [*poſtea*] ego *te* manum *injiciam*, quadrupli venefica.

2. Nugæ ſunt, ſi ſtimulos pugnis cædis, manus plus dolent.

Commemini; quo *quicque* pacto ſitis confeſſæ,

Scen. III. ſcio,

2. Jam livorem tute ſcapulis iſthoc concinnas tuis (*concilias tibi verbera.*

3. Obſecro, ut tu iſtuc inſipienter factum ſapienter feras,

*Offendere per ebrietatem*

mihique ignoſcas, quod animi impos vini vitio fecerim.

℞ Non vinum hominibus moderari, ſed vino homines ſolent.

Scen. IV. *Bliteus* [*inutilis à blito herba*] eſt mercator, niſi qui ſapit in vino ad rem ſuam.

Video eccum qui *manſtutorem*(*manus tutorem*) me adoptavit bonis.

2. Mus ætatem uni cubili nunquam committit ſuam.

quia ſi unum oſtium obſideatur, aliud perfugium gerit.

3. Si auferes puerum, omnis tum mihi ſpes animum efflaverit (*deſperabo.*

4 Hoc *furatim* fiet [*furtim*) Iſtum aſtutis confectum fallaciis dabo.

Act. V. *Pecua* [*pecudes, in are*] collo in crumena ego obligata defero.

INDI-

# INDICVLVS IN APENDICEM, ET SELECTA EX PLAUTO LOCA.

*Juxta Alphabeticum Comœdiarum Ordinem.*


A

*ADoleſcens domui ſimilis.* Moſt *Act.1. ſcen.2. In bivio* Trin.*a.2.ſ.1 fugi* ib. *ſc. 2*

*Adverſa pati*, Capt. *a.1.ſ..2*

*Ager ſterilis*, Trin. *a.2 ſ.2*

*Amici ſynceri pauci.* Trin.*a.1 ſ.2 Fideli credẽdũ* ib. *falſi & invidi.* Bacch. *a 3.ſ.6*

*Amicitiã recõciliare.* Capt.*a 1 ſ 2* ib.*a.2 ſ 3* Pœn.*a.5 ſ.4*

*Amor indomabilis.* Perſ.*a.1.ſ.1 Qualis ſit.* Trin.*a.2 ſ.1. In venitia ardet* ib.*3.ſ.2. Ille tene i* Aſin.*a.1 ſ.2* Ciſt *a 2 ſ.1*

*Aptus ad omnia* Mil *a 3 ſ.1*

*Arterẽ expedĩre*, Mil.*a 2 ſ..4*

*Avarus*, Aul.*a.2 ſ.1* Perſ.*a.3. ſ.3* Trin.*a 2 ſ.1 obſervatores odit* Aul.*a.1 ſ.1*

*Aurũ arte emungere.* Bacch. *a.2 ſ.2* Epid.*a.2 ſ.2. adoleſcẽtibus noxiũ*, Trin.*a.2.ſ.2*

B.

*Benefacta facilè excidunt.* Pœn *a.3. ſ 6.*

*Beneficus*, Bach.*a.3.ſ.2 ſin prodigalitate*, Trin.*a 2.ſ*

*Bibax mulier*, Aul. *a.3.* Cur.*a.1.ſ.1*

C.

*Carceribus includi* Cap *a.1*

*Ciborum apparatus* Capt *a. ſ.2.* Men.*a.3.ſ.1*

*Convivium geniale*, Moſt.*a ſ.2.* Stich.*a.4 ſ.1*

*Conjugum brevis ira*, Am *a.3 ſ. 2*

*Conſilia occultanda hoſtib* Mil.*a.3 ſ.1*

D

*Decipere* Bacch *a.2.ſ 3 & ſ 4* Mil. *a.3 ſ.1* Pſeud. *ſ 3. Decipi facile eſt*, C *a.2 ſ.2*

*Deceptor* Capt.*a.3.ſ.5* Ep *a.3 ſ.4 & a 5 ſ.2*

*Deceptus* Capt. *a.3 ſ.4* Mi *a.3.ſ.2*

*Dolus proditus* Capt. *a.2*

*Domus inhoſpitalis* Aul.*a.1*

E

*Ebrius* Pſeud.*a.5 ſ.1* Truc *4.ſ.3*

F.

*Famelicus paraſitus* Capt.*a*.1 *ſ*.1 ib.*a*.3 *ſ*.1 Curc.*a* 2 *ſ*.3 Stich *a*.2 *ſ* 1
*Fatigari*, Merc. *a*.1.*ſ* 1
*Feſtinare* Curc.*a*.2 *ſ*.3
*Forma ſimiles* Men.*a*.5.*ſ*.5
*Fortuna imparis*, Aul.*a*.1 *ſ*.4
*Fruſtra laborare*, Aſin.*a*.1 *ſ*.1
*Fures* Truc.*a* 1. *ſ*.1. vide *Ra paces*.

G.

*Gaudium ob filium reducem* Capt. *a*.4. *ſ* 2
*Glorioſus a*.4 *ſ*.2. *Glorioſus paraſitus*, Mil *a*.1 .*ſ*.1 *ſervus jactator* Moſt. *a*.3.*ſ*.2

I.

*Januam pulſare*, Aſin. *a*.2 *ſ*.3
*Invidia miſerorum eſt*, Truc. *a*.4 *ſ* 2
*Iratus & minans* Curc.*a*.4 *ſ*.3
*Iracundus*. Epid.*a*.5 *ſ* 2

L.

*Labore opprimere & fame* Caſ.*a*.1 *ſ*.
*Læta nuntia* Stich. *a*2.*ſ*.2
*Loqui fruſtrà* Pſeud. *à* 1 *ſ*.3

M.

*Macilentus*, Capt. *a*. 1.*ſ* 1
*Meticuloſus* Amph.*a*.5 *ſ*.1 Aul.*a*. 4 *ſ*.3
*Metuens mali* Aul.*act*.4.*ſ* 3 Mil. *a*.2 *ſ*.3
*Miſer*, Epid.*a* 1.*ſ*.1. Pſeud.*a*. 1 *ſ*.1.Rud.*a*.1.*ſ*.4.ib.*à*.3 *ſ*.2 & 3.Ib. *a* 5 .*ſ*.1
*Mores boni*, Epid.*a* 3 *ſ*. 3.*ornant* Pœn.*a*,1.*ſ*.2.*laudamus non ſequimur*, Trin.*a*.2 *ſ*.2
*Mores mali*. Bacch.*act*.3 *ſ*.1 Pſeud.*a*.1.*ſ*.3. *leges opprimunt*, Trin.*a* 4 *ſ*.3
*Mortem minari*, Bach.*a*.1 *ſ*.6
*Mulier pudica ſit*, Amph.*a*.2 *ſ* 2. *non unguentis ſed moribus placet* Moſt.*a*.3.*ſ*.3, *Nunquam ſatis ornatur* Pæn.*a*.1 *ſc*.2
*Furioſa non laceſſenda* Amph *a*.2.*ſ*.2 *audax* Mil.*a*,2 *ſ*.2 vide uxor.

N

*Nequam homo*, Aſin *a*.5 *ſ*.2. Bacch. *a*.2 *ſ*.2. Pſeud.*a*.4 *ſ*.2. Rud.*a*.3 *ſ*. 4

O.

*Occaſione utendũ*, Aſin. . *ſ* 2
*Opem ferre*, Men.*a*.5 *ſ*.5.Rud *a* 3. *ſ*.2.
*Opibus exutus*, Rud.*a*.2 *ſ*.6

P.

*Paraſitari* Perſ.*a* 1.*ſ* 2
*Paupertas ne ſit infamis*, Perſ.*a*.3. *ſ*.1
*Peregrinus fiaus* Trin.*a*.4.*ſ*.2
*Perſequi alterum*, Caſ.*a*.1.*ſ*.1.
*Piger*, Aſin.*a*.2.*ſ*.1.
*Piſcatorum ſors*, *a*.1.*ſ*.2.
*Pœnis dignus* Aſin.*a*.2.*ſ*.2.& *a* 5.*ſ*.1. Moſt.*a*.1. *ſ*.3.Perſ. *a* 5.*ſ*.2.*pœnis multare*, Capt *a*.3.*ſ*.5.Curc *a*.5.*pœnæ graves*, Capt *a*.5.*ſ*.3 *ſuſtinere* Epid.*a*.5.*ſ*.2. *contemnere* Mil. *a*.2 *ſ*.4.

Tre-

*Prodigus* Merc.*a*.4.*ſ*.3.

R.

*Rapaces coci* Aul.*a*.3.*ſ*.2.Pſeu *a*.1.*ſ*.2. ib *a*.3.*ſ*.2.

S.

*Senex avarus* Aul.*a*.1.*ſ*.4 *& e avarum decipere* Perſ.*a*.2 *ſ*.3.*ludificatus* Men *a*.5 *ſ*.2 Rud.*act* 2.*ſ*.2. *metuendus* Bach.*a*. 5 *ſ*.2

*Servus ejuſq; mores* Amp.*a*.1. *ſ*.1.*frugi* ib.*a* 3.*ſ*.3.Mil.*a*.2 *ſ*.5.Pæn.*a* 1.*ſ*.1.*neglig*.Stic. *a*.1.*ſ*.1.*herum exagitans & contra*, Amph.*a*.3.*ſ*.1 *ſervorum opera* Aſin. 4.2.*ſ*.3.

*Spes nulla* Capt.*a*.3.*ſ*.3.Bacc. *a*.3.*ſ*.1.& *a*.5 *ſ*.1.Moſt.*a* 2 *ſ*.1. Pſeud. *a*.1.*ſ*.4

*Stultus* Capt.*a*.3.*ſ* 4, Bach. *a*.1.*ſ*.2.*Maledicere* Pæn.*a*. 3.*ſ*.2.Rud.*a* 4 *ſ*.2

*Stultitia celanda* Ciſt.*a*.1 *ſ*.1

*Tardus* Merc.*a*.3.*ſ*.4.Pæn *a*. 1.*ſ*.3.

*Vafer* Bacch. *a*.1.*ſ*.2. Mil. *a*.2 *ſ*.2.Pſeud. *a*.1.*ſ*.4.

*Verbera mereri* Amph.*a*.1.*ſ*.1. & *a*.4 *ſ*.1.Aſin.*a*.3.*ſ* 2.*pati* Aſin.*a*.3 *ſ*.2 *minari* Amph *a*. 1.*ſ*.1 & *a*.4.*ſ*.1.Aſin. *a*.2 *ſ*.3.Caſ.*ſ*.6.Pœn.*a*.5 *ſ*.5 Pſeu.*a*.1 .*ſ* 2.Rud *a* 3.*ſ*.4.

*Veſci allis* Moſt.*a*.1 *ſ*.1

*Vigil* Aul. *a*.1.*ſ*.1

*Vinum liguam ſolvit* Ciſt.*a*.5 *ſ*.3

*Virtus honoratur* Amph.Prol

*Votis frui* Epid.*a*.3. *ſ*.2

*Urbs benè morata ſat firma* Perſ.*a*.4. *ſ*4.

U*xor ſuperba onus domeſticū*, Aul.*a*.1.*ſ* 3.*viro obſtrepens* Caſ.*a*.1 *ſ* 3.*Conjugis abſentiam ferens*, Amph *a*,2*ſ*.2. Vide mulier.

# FINIS.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA